

Platón; Novotný, František

Commentarii

In: Novotný, František. *Platonis epistulae commentariis illustratae*.
Brno: Filosofická fakulta s podporou Ministerstva školství a národní
osvěty, 1930, pp. [53]-307

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/118757>

Access Date: 30. 11. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

COMMENTARII.

**Res gestae quae ad ea de quibus in epistulis narratur
pertinent, in brevi conspectu positae.**

Anno a. Chr. n.

- 427** natus est Plato
409 natus est Dio
405 Dionysius I. Syracusarum tyrannidem occupavit
404/3 triginta viri Athenis summam imperii tenebant
399 mortuus est Socrates
388—7 Platonis primum iter Siciliense
367 mortuus est Dionysius I., Platonis secundum iter
Siciliense
366 *scripta est epistula 13*
365—359 Perdiccas Macedonibus regnavit; quo tempore
scripta est epistula 5
364 aut **363** *scripta est epistula 2*
361—360 Platonis tertium iter Siciliense
c. **358** *scripta est epistula 3*
357 Dio Syracusis potitus est
c. **356** *scripta est epistula 4*
354 interfectus est Dio
353 Hipparinus Syracusis potitus est
c. **352** *scripta est epistula 7 et 8*
351 aut **350** interfectus est Hipparinus
c. **350** *scripta est epistula 6*
347 Plato mortuus est.

EPISTULA PRIMA.

Si haec epistula re vera Platonis esset, iudicari necesse esset Platonem eam scripsisse cum post discidium inter ipsum Dionysiumque factum ex tertio itinere Siciliensi a. 360 Athenas revertisset. Cum autem tertia epistula eodem tempore scripta rerum sit enarratio quae ad Platonis Dionysiique consuetudinem pertineant, haec epistula nihil nisi affectus viri offensi atque minitantis verbis et acerbis et tragoediarum pompa ornatis expressos perscribit. Quae res ipsa huius epistolae propria suspectam quodam modo reddit epistolam; tamen maioris ad suspicionem excitandam momenti sunt nonnulli eius loci qui a rebus in aliis epistulis commemoratis atque a Platone ipso prorsus abhorreant. Iam quod dicitur 309a *διοικῶν τὴν ὑμετέραν ἀρχήν* et 309b *ἀποικράτωρ πολλάνις τὴν ὑμετέραν πόλιν διαφυλάξας* Platonem Dionysii imperium gubernavisse plenaque imperandi potestate usum saepius Syracusanorum civitatem servavisse repugnat iis locis quibus Plato in epistula 3. et 7., v. praecipue 3, 316a, affirmat se minimam cepisse partem rei publicae Syracusanae administrandae. Is qui epistolam primam scripsisse fertur ignominiosa missione ne mendico quidam digna se esse offensum Dionysio exprobrat; se non accipere illam parum sufficientem pecuniam quam sibi Dionysius viaticum dederit. At 7, 350b ubi Plato de illo discessu narrat nullius ignominiae neque pecuniae remissae facit mentionem; contra si respicimus quod illic commemoratur illum discessum Archyta et Tarentinis publice intervenientibus factum esse, minime credimus Platonem tum a Dionysio ulla ignominia esse affectum.

Magna epistolae parte describitur misera tyranni solitudo. Notus est saepe a rhetoribus tractatus est ille locus neque dubito quin etiam haec epistula ponenda sit in numero epistularum quae exercitationis causa in rhetorum ludis componebantur. Etiam alia in ea occurrit sententia quam epistula re vera cum eius modi litterarum genere communem habeat, locum dico 309b, ubi Plato qui epistolam scribere fingitur indicat se in posterum vivendi rationem sibi esse constituturum ab hominum consuetudine alieniorem: quae *ἀπανθρώπια* argumentum est Socraticorum epistolae 24. Quoniam in illa epistula solum Timonis illius misanthropi non Platonis et Timonis consuetudinis mentio fit, conicit Otto Immisch, Philologus 72, 1913, 21, illam epistolam argumento ex epistula prima Platonica sumpto prius esse compositam quam alia quae Platonem cum Timone colloquentem faciant. Etiam apud alios scriptores Platonis ho-

minum taedium et attingitur et perstringitur, velut apud Amphidem poctam comicum (Diog. Laert. 3,28) et in Problematis quae feruntur Aristotelis Λ 953 a 27, cf. Diog. Laert. 3, 40 *ἐξετόπιζε καὶ αὐτὸς τὰ πλείιστα, καθ' ἅ τινες φασί*. Quae cum ita sint, epistolam de qua agimus tamquam imaginem — ut dicit Souilhé p. LXXXVIII — resonare apparet mytho cuidam quo Plato paulatim effictus esse videatur.

Cum haec epistula sine dubio in illis quattuor ad Dionysium scriptis epistulis numeretur quas in indice Platonis epistularum nominat Diogenes Laert. 3, 61, iudicandum est eam iam ante Diogenis aetatem ac fortasse iam ante Thrasyllum Epistularum corpori esse insertam; qui factum sit ut ei primus locus et daretur et servaretur, ego quidem nescio. Contra ad rem videtur pertinere quod nullum eius locum quantum scio apud quemquam veterum scriptorum memorialium invenimus.

Marsilius Ficinus in sua Platonis operum interpretatione epistolam primam inscribit „Dio Dionysio bene agere“, sed neque in argumento neque alibi dicit qua ratione ductus pro Platonis nomine Dionem posuerit. Dio in nullo quantum scio codice manuscripto epistolae auctor perhibetur. E codicibus quorum lectiones in editione Bekkeriana commemorantur, decem, in quibus et A et Ω (= A et O), praescriptum exhibent *Πλάτων Διονυσίῳ εἰς πράττειν*, in uno (b , Parisiensi 1040 saec. XIV) praescripta omittuntur, in uno (f , Parisiensi 2755) scribentis nomen omisum est. Secundum codices manuscriptos etiam editio princeps ab Aldo Manutio Venetiis a. 1513 edita Platonis nomine hanc epistolam inscriptam habet. Iudicandum est Marsilium Ficinum ipsum epistolae argumento commotum, praecipue iis quae a Platone aliena esse diximus, praescriptum eius mutavisse. Quem secuti etiam nonnulli Platonis Graeci textus editores epistolae primae praescriptum *Δίων Διονυσίῳ εἰς πράττειν* praeposuerunt, velut auctor editionis Basileensis (a. 1534), Bekker, Stallbaum, C. F. Hermann; etiam Grote, Plato and the other companions of Socrates 3, 3. ed. (1875) p. 220 annot., Dioni hanc epistolam attribuit. At non solum codicum manuscriptorum consensus et Diogenes Laertii quam supra attulimus Epistularum enumeratio documentum est ne Ficini mutationem velimus probare, sed etiam ipsum epistolae argumentum. Cum ea quae ibi de maxima rei publicae administrandae parte capta leguntur, magis ad Dionem quam ad Platonem referri posse videantur, contra a Dione illud scribentis abhorret quod dicit se tam diu apud Dionysium esse versatum.

Alio modo quaestionem quae est de epistula prima solve conatus est Otto Immisch, Philologus 72, 1913, 1—41. Qui existimat epistolam re vera scriptam esse a quodam qui eo tempore cum Syracusis tyrannis existeret rebus Syracusanis multum interesset; comparata ea cum Diodoro 13, 85-96 invenit Dexippum Lacedaemonium eam scripsisse; cuius archetypum fortasse notum fuisse Philisto; eum qui Epistulas collige-

ret atque ordinaret cognovisse eam sane inmutatam apud Timaeum rerum Siciliensium scriptorem; Platoni esse attributam propter locum 309b de quo supra disputavimus *ἐγὼ μὲν οὖν περὶ ἔμαντοῦ βουλευσομαι τὸ λοιπὸν τρόπον ἀπανθρωπότερον*. Immischii opinione difficultas quam epistula habet magis aliis difficultatibus implicari quam solvi mihi quidem videtur.

διατρίψας παρ' ὑμῖν χρόνον τοσοῦτον: repetitur 309 b τοσοῦτον παρ' ὑμῖν διατρίψαντα χρόνον. 309 a 1

διατρίψας . . . ὑπέμενον: enuntiatum aliter inceptum aliter ad finem perducitur, nam verbi regentis vice *ἀπεπέμφθη* (b) fungi debebat et sententia *τὰς διαβολὰς . . . ὑπέμενον* etiam vocum formis exaequanda erat sententiae, cui opponebatur, *τὰς ὀφελίας ὑμῶν λαμβανόντων*. Quod *διαβολαί* et *ὀφελίαι* inter se opponuntur locum communem esse ostendit W. A. Heidel, Pseudo-Platonica p. 38, cf. Lysiae or. 12, 93 *συνωφελείσθαι μὲν γὰρ ὑμᾶς οὐκ ἤξιουν, συνδιαβάλλεσθαι δ' ἠνάγκαζον*, Isocr. 4, 167 *ἔν' οἱ τῶν συμφορῶν κοινωνήσαντες, οὗτοι καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσωσι*.

διοικῶν τὴν ὑμετέραν ἀρχήν: haec verba iisque graviora, quae sunt 309 b *αὐτοκράτωρ πολλάκις τὴν ὑμετέραν πόλιν διαφυλάξας*, a Platone de rebus a se Syracusis gestis vix potest credi esse adhibita, quippe qui in epistula 3. et 7., v. praecipue 3, 316 a, minimam fuisse suam in re publica Syracusanorum administranda auctoritatem affirmet.

τὰς διαβολὰς: de calumniis et calumniatoribus re vera Plato 3 persaepe in epistulis queritur easque fuisse causas scribit, cur Dionysius fidem sibi detraxisset; v. 3, 315 e sqq.

ὑμῖν: datus auctoris cum inf. *πεπερᾶσθαι* iungendus, cum verbum *δόξει* ipsum per se vulgarem opinionem ac famam significet. 4

αὐτοκράτωρ: de huius vocabuli vi v. annot. ad 8, 353 b 3; b 2 quam non aptum esset Platoni supra diximus in praefatione huic epistulae praeposita.

ἀπεπέμφθη ἀτιμότερον: premitur vox *ἀτιμότερον*, cum *ἀπεπέμφθη* non »expulsus sum« significet, ut vertit Ast, sed »dimissus sum«, cf. 7, 350 b.

- 4 *διατρέψαντα*: verborum constructione ad *πιτωχόν* attractum est, sensu ad primam personam subiecti pertinet.
- 5 *τρόπον ἀπανθρωπότερον*: voce *ἀπανθρώπως* de Timone illo misanthropo utitur Lucianus, Tim. 35, voce *ἀπανθρωπία* ib. 44. De Platonis quod ferebatur hominum taedio v. quae supra in praefatione huic epistulae praeposita diximus; ceterum hoc loco Plato qui vocatur a solo Dionysio, non ab omnibus hominibus se cum taedio aversurum esse minatur.
- 6 *τοιούτος ὢν τύραννος οἰκήσεις μόνος*: versum agnovit R. Adam, Über die Echtheit der platonischen Briefe p. 18 sq. Tyrannis amicos deesse cum alibi tum in his epistulis commonetur, cf. infra 310 a 1; 4, 321 c cum annot.; 7, 332 c; sententiam habes communem.
- c1 *τὸ χρυσίον τὸ λαμπρόν*: 7, 350 b Plato scribit se a Dionysio *ἐφθόδια* accepisse; quae solumne cibaria fuerint an etiam pecunia ambiguum est; de pecunia remissa ibi nulla fit mentio.
- 6 *ἄλλον τινὰ τῶν ἐταίρων θεράπευσον ὥσπερ ἐμέ*: per sarcasum dici apparet.
- d2 *τὸ τοῦ Εὐριπίδου*: incertae tragoediae versus (Nauck, Tr. Gr. Fr.² Euripidis fr. 956) modo vere Platonico laudatur, cf. Crat. 428 a *ἀλλὰ τὸ τοῦ Ἡσιόδου καλῶς μοι φαίνεται ἔχειν*, Pol. 2, 362 a *τὸ δὲ τοῦ Αἰσχύλου πολὺ ἦν ἄρα ὀρθότερον λέγειν*.
πραγμάτων ἄλλων ποτὲ συμπεσόντων: *ἄλλων* per euphemismum pro *κακῶν*. In his verbis versum *καὶ ξυμπεσόντων πραγμάτων ἄλλων ποτέ* latere coniecit Grote (Nauck, Tr. Gr. Fr.² Euripidis fr. 956).
- 5 *διότι*: *διότι* sensu simplicis *ὅτι* cum apud Platonem non occurrat, apud oratores Atticos non est inusitatum, velut Isocr. 4, 48, ubi ex duobus enuntiatis coordinatis alterum coniunctione *ὅτι* alterum *διότι* inducitur. Non est cur Apeltium secuti vocem *διότι* errore scribae per dittographiam quae vocatur ortam esse opinemur (*βούλομαι ὅτι* > *βούλομαι διότι* i. e. . . . ΑΙΔΙ < ΑΙ), quamvis eiusmodi errorem interdum exsistere iure moneat Vahlen, v. Bonitzii Indicem Arist. s. v. *διότι* ab Apeltio laudatum.
τῶν ἄλλων τραγωδοποιῶν οἱ πλεῖστοι . . . ποιούσιν: unius poetae versus plurimorum poetarum esse dicitur velut Pol. 1, 328 e »poetis« (*φασιν . . . οἱ ποιηταί*) attribuuntur verba HomERICA.

φίλων ἔρημος, ὧ τάλας, ἀπόλλυμαι: versus incertae tragoediae 310 a 1
(Nauck, Tr. Gr. Fr.² Adesp. fr. 347). Quod tyrannis amicos
deesse commemoratur, v. annot. ad 309 b 6.

τοῖς νοῦν ἔχουσιν οὐ κακῶς ἔχειν δοκεῖ: haec verba iusti 3
trimetri vinculis idque consulto ab epistulae scriptore inclusa
esse recte docet Kaibel, Hermes 25, 1890, 101 sq.; eadem est
opinio Wilamowitzii, Platon, II. 406. Versum denuo agnovit
H. Raeder, Rh. Mus. 41, 1906, 437 annot. 3, quem Kaibelii ob-
servatio videtur praeterisse.

οὐ χρυσὸς ἀγλαδὸς... δημοφράδμων νόησις: incerti poetae 4
versus (Bergk, Poet. lyr. Gr. III⁴ Adesp. fr. 138, Diehl, Anthol.
lyr. II. Adesp. fr. 8). Bergk Bacchylidis esse suspicatus est,
idem autem fortasse ex tragoedia eos petitos esse censet, sicut ii
qui praecedunt tragicorum sint; Diehl Simonidis quoque *Θρήνους*
conferri vult. Versuum numeri a Bacchylidis arte minime vi-
dentur abhorrere, cum periodorum membra et incisa ex quibus
membra constant eadem apud Bacchylidem occurrant et ipsa
stropharum compositio ad Bacchylidis carmina proxime accedat.
Strophae sunt duae inter se congruentes, nisi quod alterius sola
prior pars sit allata; stropha e duabus periodis est composita,
quae et numero et sententia satis acute distinguuntur. Periodorum
forma est haec:

I. per.

$$\left. \begin{array}{l} \text{---} \cup \text{---} \\ \text{---} \cup \text{---} \end{array} \right\} \bar{\cup} \text{---} \cup \cup \text{---} \cup \cup \text{---} | \text{---} \cup \text{---}, \text{---} \cup \text{---}$$

II. per.

$$\text{---} \cup \cup \text{---}, \text{---} \cup \text{---}, \text{---} \cup \text{---} | \bar{\cup} (\text{---} \cup \cup \text{---} \cup \cup \text{---}, \text{---} \cup \text{---})$$

Qua cum forma e. g. comparare licet formam Bacchylidis
carminis in editione Blassiana octavi, in qua constituenda Jo-
sephi Král, Řecká a římská metrika II. p. 51, periodorum et
membrorum divisionem sequor, pedes reperire atque exaequare
omitto:

I. per.

$$\text{---} \cup \text{---} \text{---} \cup \cup \text{---} \cup \cup \text{---} | \text{---} \cup \text{---}, \text{---} \cup \text{---}$$

II. per.

$$\text{---} \cup \cup \text{---} \cup \cup \text{---} \text{---} \cup \text{---} | \text{---} \cup \text{---}, \text{---} \cup \cup \text{---} \cup \cup \text{---}$$

III. per.

— — — — — | — — — — —, — — — — —

IV. per.

— — — — —, — — — — — | — — — — —, — — — — — — — — — — —

Cum versuum sententia cf. quae Plato Leg. 1, 630 a sq. ex Theognide affert:

*πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερούσασθαι
ἄξιός ἐν χαλεπῇ, Κύρνε, διχοστασίῃ.*

In his versibus et legendis et dividendis ab editoribus differt Kaibel, Hermes 25, 1890, 102; qui tres esse versus putat οὐ χρυσοῦς... ἀδάμας | οὐδ'... γαίας | εὐρουπέδου... νόησις atque eorum medium hoc modo emendat: οὐδ' ἀργύρου κλεινὰ πρὸς ἀνθρώπων δοκιμαζόμενα στράπτει πρόσοψις; praeterea in primo versu σπανιώτατον esse legendum censet. De versuum auctore hoc profert iudicium: »mihi nec bono poeta neque valde antiquo digna videtur putida divitiarum enumeratio aut frigida cogitandi incultaque dicendi ratio«. Quam opinionem commemorare satis habeo.

- 5 **ἀδάμας:** non ausim cum Kaibelio, Hermes 25, 1890, 101 sq. affirmare hoc loco lapidem illum pretiosum, non metallum significari eaque re augeri numerum argumentorum, quibus probetur epistulam non esse scriptam a Platone, cum Graeci ante Alexandri Magni tempora de lapide adamante ne fando quidem audiverint. Re vera hic adamantis nomini videtur inesse notio metalli pretiosi, de quo v. Plat. Politic. 303 d sq. in auro purgando primum viliora quaedam amoveri, μετὰ δὲ ταῦτα λείπεται συμμεμειγμένα τὰ συγγενῆ τοῦ χρυσοῦ τίμια καὶ πυρὶ μόνον ἀφαιρετά, χαλκὸς καὶ ἄργυρος, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀδάμας, Tim. 59 b χρυσοῦ δὲ ὄζος, διὰ πυκνότητά σκληρότατον ὄν καὶ μελανθῆν, ἀδάμας ἐκλήθη, cf. Plin. N. h. 37, 4, 55 ita (adamas) appellabatur auri nodus in metallis repertus perquam raro [comes auri] nec nisi in auro nasci videbatur.

ἀργύρου κλίται: cf. Xenoph. Anab. 4, 4, 21 κλίται ἀργυρόποδες.

πρὸς ἀνθρώπων... πρὸς ὄψεις: lectionem πρὸς ἀνθρώπων vix rectam esse commemorat Richards, Cl. Rev. 14, 1900, 98,

praesertim cum *πρὸς ὄψεις* sequatur, et conicit *πρὸς ἀνθρώπου* aut *πρὸς ἀνθρώπων*, quod cum *δοκιμαζόμενα* coniungendum sit. At *δοκιμάζειν* (= probare) cum *πρὸς ἄνθρωπον* strui potest aequè ac struuntur verba *λογίζομαι*, *σκοπῶ* cum *πρὸς ἔμαντόν*. Verbo *δοκιμάζειν* de probando auro utitur Isocr. 12, 39 *ὥσπερ τὴν πορφύραν καὶ τὸν χρυσὸν θεωροῦμεν καὶ δοκιμάζομεν*.

γαίας εὐρουπέδου: cf. *γαίης εὐρουπέδοιο* in Antipatri Sidonii 6 epigrammate Anth. Pal. 7, 748, 6 St.

δμοφράδμων: haec vox alibi non invenitur, at cf. *ἀφράδμων*, *πολυφράδμων*, *συμφράδμων*. 7

ἔρρωσο: de hac clausula v. annot. ad 3, 315 b 1.

ἡμῶν διημαρτηκῶς: »aberravisti a nobis« iudicio et consuetudinis modo, i. e. »inique te erga nos gessisti«, cf. Phaedr. 257 d *τοῦ ἑταίρου συχρὸν διαμαρτάνεις, εἰ αὐτὸν οὕτως ἡγῆτινα ψοφοδεᾷ*. b 1

EPISTULA SECUNDA.

Qua de causa Plato hanc epistolam ad Dionysium scripserit, ex ipsa satis apparet. Dionysius cum certior factus esset aliquos e Platonis familiaribus male sibi dixisse, per Archedemum a Platone petiit ut et se et illos moderaretur atque consideraret quae ratio sibi cum Dionysio intercedere deberet. Talia postulanti dum Plato respondet, occasione data uberius demonstrat magnam sapientiam et magnam potestatem natura congruere solere; eiusmodi congressiones cum magnam sui famam relinquunt, etiam sibi et Dionysio posteritatis existimationem atque iudicium curae esse debere. Altera epistolae parte (312d sqq.) Plato ad aliam Dionysii quaestionem rescribit eamque ad philosophiam pertinentem.

Quo tempore epistula secunda scripta sit, satis certe videtur iudicio colligi posse. Videmus dissensionem quandam Dionysio cum philosopho intercessisse, non discidium. Plato quamquam non est nescius quam sibi non contigerit ut tyranni animum ad suam philosophiam revocaret, tamen cum de eius philosophiae studio haudquaquam desperet, de summa cognitione ei quaeritanti et in epistula respondet et plura Archedemum nuntiaturum esse declarat. Quae cum ita sint, epistolam inter secundum et tertium Platonis iter Siciliense scriptam esse apparet, haud ita multo post Olympia quae 310d commemorantur. Si rationem habemus quod in illo temporis spatio Olympia a. 364 celebrata sunt, vix dubitare possumus quin eodem ipso anno vel a. 363 Plato hanc epistolam scripserit. Quae J. Harward, *Cl. Review* 40, 1926, 186-188 profert ut probet — Grotio Karstenio E. Meyerio praecedentibus — hanc epistolam post tertium Platonis iter Siciliense esse scriptam, recte refelli videntur a L. A. Postio, *Cl. Review* 41, 1927, 58 sq.

310 b 4

Ἀρχεδήμων: eundem Archedemum Dionysius a. 361 cum triremi Athenas misit, ut Platonem Syracusas deveheret, v. 7, 339 a; discipulus fuit Archytæ (7, 339 b); Plato apud eum Syracusis per aliquod tempus habitavit (7, 349 d); testis fuit gravissimi illius colloquii quod Plato cum Dionysio habuit (3, 319 a); eo intercedente Dionysii et Platonis studiorum commercium conservabatur, v. 312 d et 313 d.

τοῦ φλαῦρόν τι ποιεῖν ἢ λέγειν: genetivus separativus cum 5
 ἡσυχίαν ἀγειν coniungendus, cf. Tim. 89 e τὸ . . . τῶν ἑαυτοῦ
 κινήσεων ἡσυχίαν ἀγον.

Δίωνα δὲ μόνον ἐξαίρετον ποιῆ: Dionem qui eo tempore Sy- c
 racusis relegatus in Graecia degebat linguae non temperavisse
 cum de iniuria sibi a Dionysio illata loqueretur veri est simillimum.
 Dionysius eius minis contemptis eum solum excepit cum
 aliorum calumnias deprecabatur.

Κρατιστόλου: solum hic commemoratur. 6

Πολυξένου: Polyxenium, cuius etiam 314 c fit mentio, unum 7
 ex Brysonis discipulis fuisse legimus 13, 360 c. Idem Polyxenus
 Platonis de ideis doctrinae »tertium hominem« obiecit; quam
 obiectionem etiam in Platonis Parmenide 131 e sqq. prolatam
 atque ab Aristotele Metaph. 990 b 15 probatam Polyxeni fuisse
 dicit Phanius, Aristotelis discipulus et amicus Theophrasti, ut
 commemorat Alexander Aphrod. in commentariis ad Arist. Me-
 taph. 990 b 15 (p. 84, 16 Hayd.). Polyxenus a Platone Syracusas
 missus (314 c) Dionysio notus fuit, cum Plato hanc epistulam
 scribebat; at in epistula 13, quae ante hanc epistulam scripta
 erat, Plato necesse habet scribere quis sit Polyxenus (13, 360 c
 Πολυξένω τῶν Βρύσσωνός τινι ἐταίρων). Obscura quaedam
 Polyxeni mentio invenitur in Socrat. epist. 35 (Orelli, Köhler 33),
 3, cui respondetur in Socrat. epist. 36 (Orelli, Köhler 34), 3.

Ὀλυμπίασι: Olympia anni a. Ch. n. 364, v. prooemium huic d1
 epistulae praepositum.

τάληθῆ λέγειν οὔτε δονήσω οὔτε αἰσχυνοῦμαι: proprius 4
 quidam videtur esse Platonis verbi αἰσχύνεσθαι usus, cum in
 aliis scriptis tum in Epistulis occurrens; v. 3, 317 b αἰσχύνομαι
 δὴ λέγειν ὄσαι quae sequuntur, 7, 324 e ὄν . . . οὐκ ἂν αἰσχυνοίμην
 εἰπὼν δικαιοῦτατον εἶναι, cf. Apol. 22 b αἰσχύνομαι οὐδὲν ἡμῖν
 εἰπεῖν . . . τάληθῆ, Phaedr. 245 e ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον
 τοῦτον αὐτόν τις λέγων οὐκ αἰσχυνέεται, Gorg. 494 c οὐκ αἰσχύνῃ
 εἰ τοιαῦτα ἀγων . . . τοὺς λόγους; Prot. 333 c αἰσχυνοίμην ἂν
 ἔγωγε . . . τοῦτο ὁμολογεῖν. Plura eius usus exempla affert Ast,
 Lex. s. v.

οὔτε αὐτοὶ ἀγνώτες ἐσμεν: ex iis quae sequuntur apparet 6
 Platonem valde suae famae consuluisse neque fuisse nescium

quam optime de philosophia meruisset; cf. 3, 317 d; 4, 320 bd; 7, 341 d; 345 c. Platonis φιλοδοξία reprehenditur apud Athenaeum 11, 507 d ἦν δὲ ὁ Πλάτων πρὸς τῆ κακοηθεία καὶ φιλόδοξος, ὅστις ἔφησεν· „ἔσχατον τὸν τῆς φιλοδοξίας χιτῶνα ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῷ ἀποδύμεθα, ἐν διαδήκαις, ἐν ἐκκομιδαῖς, ἐν τάφοις“, ὡς φησι Διοσκουριδῆς ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασιν. καὶ τὸ πόλιν δὲ θελῆσαι κίσει καὶ τὸ νομοθετῆσαι τίς οὐ φήσει πάθος εἶναι φιλοδοξίας; Quantum momentum faciat ad bene agendum futurae fama cupiditas demonstrat Plato Conv. 208c sqq.

e 2 τοσοῦτοι: codices et Burnet τοιοῦτοι, correxit Richards Cl. Rev. 14, 1900, 98 quem videtur fugisse iam ab Astio Lex. Plat. s. v. παραδέχομαι eandem coniecturam esse factam. Simili modo Plato 4, 320 d Dionem monet eum ab omnibus hominibus spectari.

4 τί οὖν δὴ λέγω νυνί: cf. 6, 323 a τί οὖν δὴ λέγω; συνιέναι εἰς ταῦτόν: cf. Conv. 184e τοῦτων συνιόντων εἰς ταῦτόν τῶν νόμων, ubi exponitur quomodo duo, qui amat et is qui amatur, inter se compleant; Leg. 4, 710 c (de coniungendo tyranno et legum latore) τὸ γενέσθαι τε ἐπ' αὐτοῦ (i. e. τυράννου) νομοθέτην ἄξιον ἐπαίνου, καὶ τίνα τύχην εἰς ταῦτόν ἀγαγεῖν αὐτῷ, ib. 711 e sq. δταν εἰς ταῦτόν τῷ φρονεῖν τε καὶ σωφρονεῖν ἢ μεγίστη δύναμις ἐν ἀνθρώπῳ συμπέσῃ, τότε πολιτείας τῆς ἀρίστης καὶ νόμων τῶν τοιούτων φύεται γένεσις, ἄλλως δὲ οὐ μὴ ποτε γένηται.

5 φρόνησις τε καὶ δύναμις μεγάλη: cum in Pol. optimum proponatur, ut in iisdem viris potestas coniungatur cum ratione, — quod in Dionysio fieri posse aliquamdiu sperabat, v. 7, 335 d — hoc loco Plato minus perfecto eius coniunctionis modo videtur esse contentus, qua ad rem publicam administrandam alterius potestas cum alterius ratione consocietur; cf. Leg. 4, 710 c.

Eandem sententiam profert exemplisque illustrat Cicero — haud scio an Platonem secutus — De off. 1, 155 „atque illi quorum studia vitaque omnis in rerum cognitione versata est, tamen ab augendis hominum utilitatibus et commodis non recesserunt; nam et erudiverunt multos, quo meliores cives utili-

oresque rebus suis publicis essent, ut Thebanum Epaminondam Lysis Pythagoreus, Syracosium Dionem Plato multique multos.“ Alia praeter haec eiusdem rei exempla afferuntur De orat. 3, 137 sqq. Profecto etiam Plato a posteritate numero philosophorum potentibus suadentium adiunctus est, ita tamen, ut potentis locum iuxta eum non Dionysius, sed Dio obtinuerit; v. etiam Cic. De or. 3, 139 » quis Dionem Syracosium doctrinis omnibus expolivit? non Plato? atque eum idem ille non linguae solum, verum etiam animi ac virtutis magister ad liberandam patriam impulit, instruxit, armavit»; Plut. Adv. Col. p. 1126 c *Πλάτων δὲ καλοῦς μὲν ἐν γράμμασι λόγους περὶ νόμων καὶ πολιτείας ἀπέλιπε, πολὺ δὲ κρείττονας ἐνεποίησε τοῖς ἑταίροις ἀφ’ ὧν Σικελία διὰ Δίωνα ἤλευθεροῦτο.* Cf. Aelian. Var. h. 3, 17.

διώκει καὶ ζητεῖ καὶ συγγίγνεται: proprie de amantis cupiditate, cf. Conv. 191 d *ζητεῖ δὴ αἰεὶ τὸ αὐτοῦ ἕκαστος σύμβολον,* ib. e *δοιοὶ δὲ ἄρρενος τιμῆμά εἰσι, τὰ ἄρρενα διώκουσι.*

ἐν τε ἰδίαις συνοουσίαις καὶ ἐν ταῖς ποιήσεσιν: carmina quae vel ore vel littera in publicum proferuntur, ab hominum sermonibus distinguit; cf. Leg. 12, 957 d *εἴτ’ ἐν γράμμασιν εἴτε καθ’ ἡμέραν ἐν ταῖς ἄλλαις πάσαις συνοουσίαις.*

Ἰέρωνος ... Πανσανίου ... Σιμωνίδου: regis Hieronis cum poeta Simonide commercium, de quo est Xenophontis ille libellus *Ἰέρων,* sine dubio multum hominibus sermonem dabat (Hirzel, Dialog 1, 170). Qui usus inter Simonidem et regem Pausaniam intercesserit v. Plut. Consol. ad Apollonium 105 a (= Aelian. Var. h. 9, 41); epigramma quo Pausanias victoriam suam Plataensem in tripode Apollini Pythio donato celebraverit (Thuc. 1,132) a Simonide esse compositum memoriae tradit Pausanias 3, 8, 2; de quo epigrammate v. Anthol. Pal. 6, 197. Simonides hoc epistulae loco in numero sapientum ponitur ut Pol. 1, 335 e *ἢ Σιμωνίδην ἢ Βλαντα ἢ Πιπτακὸν ... ἢ τιν’ ἄλλον τῶν σοφῶν τε καὶ μακαρίων ἀνδρῶν.*

Περὶανδρον καὶ Θαλήν: Periander, Corinthi tyrannus, qui nonnumquam unus ex septem sapientibus fuisse traditur, non solum hoc loco sed etiam Pol. 1, 336 a in exemplum regis sumitur; etiam Prot. 343 a Plato Thalem in septem sapientibus

numerat, pro Periandro primus quod sciamus Mysonem. De Thaletis cum Periandro consuetudine praeter hunc locum nullam reperio mentionem, nam quae in Plutarchi de septem sapientum convivio libro narrantur, cf. etiam Plut. Sol. 4, propriam ob causam inventa esse apparet nihilque ad Thalem Periandrumque ipsum pertinere.

ὕμνεϊν: cf. 7, 334 a 6 et annot.

Περικλέα καὶ Ἀναξαγόραν: Periclis et Anaxagorae amicitia notissima est; quantum profuerit Anaxagorae philosophia eloquentiae Periclis commemorat non sine ironia Socrates Phaedr. 270 a; Alcib. I 118 c de Pericle: *λέγεται γέ τοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου σοφὸς γεγονέναι, ἀλλὰ πολλοῖς καὶ σοφοῖς συγγεγονέναι, καὶ Πυθοκλείδῃ καὶ Ἀναξαγόρᾳ*. Cf. Cic. De or. 3, 138 »at hunc (sc. Periclem) non declamator aliqui ad clepsydrum latrare docuerat, sed, ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, vir summus in maximarum rerum scientia «.

- 6 *Κροῖσον καὶ Σόλωνα ὡς σοφοὺς καὶ Κῦρον ὡς δυναστήν*: Croesus in hoc exemplo et regis et philosophi vice fungitur, prout ei aut cum Solone aut cum Cyro consuetudo sit; cf. Herod. 1, 29 sqq. cum Herod. 1, 88 sqq. et 3, 33 sqq. Pindarus Pyth. 1, 94 Croesi famae famam Phalaridis opponit, dum demonstrat et carminibus et narrationibus ostendi quales fuerint utriusque mores. Croesum cum Cyro colloquentem inducit etiam Xenoph. Inst. Cyri 7, 2, 9 sqq.

- 7 *ταῦτα μιμούμενοι οἱ ποιηταί*: ab exemplis e rerum gestarum memoria petitis ad poetarum fabulas transit narratio.

Κρέοντα καὶ Τειρεσίαν: velut Sophocles in Antigona.

- b1 *Πολύειδον καὶ Μίνω*: Polyidus vates iam ab Homero Il. 13, 663 commemoratur; Minois filium Glaucum ab eo in vitam esse revocatum narrat Apollodorus 3, 3, 1 (= Hyg. Fab. 136), quae res fuit argumentum Sophoclis tragoediae *Μάντις ἢ Πολύιδος* (Nauck Tr. Gr. Fr.² Soph. fragm. 358-368) et Euripidis *Πολύιδος* (ib., Eur. fragm. 634-646).

Ἀγαμέμνονα . . . καὶ Παλαμήδη: exemplum e poetis epicis et tragicis petitum; Graecorum Troiam oppugnantium Nestor, Ulixes, Palamedes consiliorum acumine excellabant, Agamemno regia dignitate. Qui viri sapientes etiam Phaedr. 261 b

una commemorantur: ἀλλ' ἢ τὰς Νέστορος καὶ Ὀδυσσεῶς τέχνας μόνον περὶ λόγων ἀνήκοας, ἅς ἐν Ἰλίῳ σχολάζοντες συνεγραφέτην, τῶν δὲ Παλαμήδους ἀνήκοος γέγονας; Palamedes et litteras et arithmetica, astrorum scientiam, scriptas leges invenisse ferebatur; in inventoribus ponitur a Platone Legg. 3, 677 d cum Daedalo, Orptheo, Marsya, Olympo, Amphione. Pol. 7, 522 d Plato mentionem facit cuiusdam tragoediae, in qua Palamedes quantum sua ratiocinandi ars Graecis prodesset monstrabat; qua re vir sapiens Agamemnoni praestitisse Socrati videtur. Palamedem tragoediam Euripides composuit (Nauck, Tr. Gr. Fr.² Eur. fragm. 578—590).

ἀνάγκη . . . μέλειν ἡμῖν καὶ τοῦ ἔπειτα χρόνου: haec sententia et quae sequuntur repetuntur a Cicerone Tusc. 1, 31 sq. et 35. Ciceroni aequae ac Platoni cura futurae fama argumentum videtur esse quo demonstraretur hominem etiam post mortem quodam modo vivere. At quae Platoni epistulam scribenti tamquam de improvviso in mentem venerunt, ea apud eos, qui post eum de philosophia scribunt, explicata aucta amplificata inseruntur doctae de immortalitate animi argumentationi. Quod ad verba ipsa attinet comparare licet κατὰ τινὰ φύσιν ~ » naturam ipsam «; οἱ ἐπιεικέστατοι ~ » in maximis ingeniis altissimisque animis . . . optimus quisque «; μαντεύματα ~ „augurium“.

ἔστι τις αἰσθησις τοῖς τεθνεῶσιν τῶν ἐνθάδε: cum in Apol. 7 40 c sqq. Platonis Socrates dubitet, utrum post mortem corporis animus vivat et sentiat an mors sit tamquam nox qua nullum somnium videamus, cum etiam in Menex. 248 b sq. cum exceptione dicatur εἴ τις ἔστι τοῖς τετελευτηκόσιν αἰσθησις τῶν ζώντων, hoc loco non modo pro certo creditur sed etiam argumentis confirmatur ad eos qui vita cesserint pertinere ea quae de ipsis homines iudicent. Qua in re hic locus congruit cum Leg. 11, 927 a ubi eadem sententia prolata quodam modo confirmatur . . . αἱ τῶν τελευτησάντων ψυχαὶ δύναμιν ἔχουσιν τινὰ τελευτήσασαι, ἢ τῶν καὶ ἀνθρώπων πραγμάτων ἐπιμελοῦνται· ταῦτα δὲ ἀληθεῖς μὲν, μακροὶ δ' εἰσὶν περιέχοντες λόγοι, πιστεύειν δὲ ταῖς ἄλλαις φήμαις χρεῶν περὶ τὰ τοιαῦτα, οὕτω πολλαῖσιν καὶ σφόδρα παλαιαῖς οὔσαις, πιστεύειν δ' αὖ καὶ τοῖς νομοθετοῦσιν ταῦθ' οὕτως ἔχειν, ἄνπερ μὴ παντάπασιν

ἄφρονες φαίνονται. Exemplum huius rei occurrit Leg. 9, 865 e sq.

d 2 κυριώτερα ... τῶν μή: cf. Soph. 246 d τὸ γὰρ ὁμολογηθὲν παρὰ βελτιόνων που κυριώτερον ἢ τὸ παρὰ χειρόνων.

3 τοῖς ἔμπροσθεν: dativus qui verbo ἐξείη adiungendus erat antecapitur et post verbum ipsum repetitur (αὐτοῖς); supervacanea est C. F. Hermannii correctio τοῦς.

5 σὺν θεῷ εἰπεῖν: etiam multis aliis locis Plato simili modo deum appellans certis finibus continet sententiam, quae nisi aliquo modo restringatur audacior quam pro homine videri possit; cf. 4, 320 b, 320 c; Prot. 317 b; Theaet. 151 b; Leg. 9, 858 b. De dei deorumque apud Platonem ratione habita v. annot. ad 7, 326 b 2.

6 κατὰ τὴν ἔμπροσθεν συνουσίαν: quo tempore Plato primum apud Dionysium II. commorabatur.

e 1 ἀληθινὴν: refertur ad φιλοσοφίαν ut Pol. 6, 490 a μηδὰ μῆ μετεῖναι φιλοσοφίας ἀληθινῆς, ib. 499 c ἀληθινῆς φιλοσοφίας ἀληθινὸς ἔρωσ αἰσ aliis locis.

δόξαν ... καὶ λόγον: δόξα et λόγος coniunguntur ut Leg. 12, 950 c πάμπολλοι καὶ τῶν σφόδρα κακῶν εὖ τοῖς λόγοις καὶ ταῖς δόξαις διαιροῦνται τοὺς ἀμείνους τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς χείρονας. Quotopere Plato de philosophiae fama fuerit anxius ostenditur maxime Pol. 7, 539 b sqq.

2 περὶ τούτου ἐπιμελούμενοι: περὶ praepositur ut Leg. 7, 812 e ταῦτα μὲν οὕτω περὶ τῆς μουσικῆς ἡμῶν ὁ παιδευτῆς ἐπιμελεῖσθω, ib. 11, 932 b τῶν περὶ γάμους γυναικῶν ἐπιμελουμένων (contra ib. 11, 930 c πρὸς τὰς τῶν γάμων ἐπιμελουμένας γυναικας).

5 δόξαν ἔχων πολὺ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ διαφέρειν: cf. annot. ad 310 d 6.

6 συμμάχουρα: testem illius de Platonis philosophia opinionis.

312 a 1 ἵνα μοι τιμῶτο φιλοσοφία καὶ παρὰ τῷ πλήθει: multitudini suam philosophiam non capessendam at certe aestimandam esse Plato sibi persuasit; quod se assecuturum speravit, si tyranni animum ad eam cognoscendam atque colendam attraxisset. Eadem sententia de virtutis honore unius viri opera ad omnes homines propagando profertur 7, 336 b, ubi Plato pro

παρὰ τῷ πλήθει prorsus παρὰ πᾶσιν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀνθρώποις dicit.

εὐαγές: proprie »castum«, cf. Leg. 12, 956 a οὐκ εὐαγές 2
ἀνάθημα. Pollutus est rei eventus ἀνομῶν καὶ ἀθεότητι καὶ τὸ μέγιστον τόλμαις ἀμαθίας (7, 336 b).

ὅπερ ἂν πολλοὶ εἴποιεν: Dionysium non esse idoneum Platonis philosophiae capessendae; quam opinionem postea Dionysius ipse metuebat, v. 7, 338 e sq.

μεταπέμψασθαι καὶ ζητεῖν: distinctionis nota quam Burnet 4
ante καὶ ponit ommissa infinitivum ζητεῖν infinitivo ἐθέλειν subiungo.

ἀπιστῶν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ: Platonis philosophia Dionysio suspicionem movebat, cum calumniatores tyranno persuadere studebant Platonem rebus Dionis faventem Dionysium a re publica ad philosophiae studium advocare velle, cf. 7, 330 b.

τῶν παρ' ἐμοί: = τῶν ἐμῶν »quam ea quae a me traduntur«, ut 12, 359 d τὰ παρ' ἐμοὶ ὑπομνήματα. Cf annot. ad 3, 316 c 7 de usu praepositionis περι.

ὡσπερ καὶ ἐξ ἀρχῆς: Dionysius Platone Syracusas arcessito 6
initium fecit commercii quod ei cum philosopho erat.

ἡσυχίαν ἔξω: per euphemismum pro οὐ τιμήσω σε, cf. 7, c2
324 a βουλευέσθαι πολλάκις pro οὐ κοινωνήσῃ.

ὅτι διεσκόπεις καὶ ἄλλους: in numero philosophorum qui 3
apud Dionysium commorati sunt, nominantur imprimis Aeschines et Aristippus Socratici (Diog. Laert. 2, 61 sq.); commercium ei fuit cum Archyta Tarentino et iis qui circa Archytam erant; Heliconem, Eudoxi discipulum, Plato ipse Dionysio commendavit, v. 13, 360 c; etiam Polyxenum, de quo v. annot. ad 310 c 7, ad eum misit.

εὐδοξίαν σοι οἶσει: iam antea 13, 360 e Plato in Dionysii 4
animo ambitiosam honoris cupiditatem excitare studet.

πλοῦτον δόξω θαναμάζειν τε καὶ διώκειν: iam Platonis aetate 5
fuisse videntur quifamae philosophi obtrectandaestudio narrarent Platonem divitiis Dionysii et luxuria Siciliensi plectum Syracusas esse profectum. De talibus calumniis v. annot. ad 7, 326 b 5.

τὸ σφαιρίον: quid fuerit globulus, de quo Plato Dionysio d2
respondet, nescimus. Voce σφαιρίον significat Aristoteles De

anima 1, 4, 409 a 10 *minutas particulas, ex quibus omnia constare affirmabat Democritus: δόξειε δ' ἂν οὐθὲν διαφέρειν μονάδας λέγειν ἢ σωματία μικρά· καὶ γὰρ ἐκ τῶν Δημοκρίτου σφαιρίων ἂν γένωνται σιγμά, μόνον δὲ μένη τὸ ποσόν, ἔσται τι ἐν αὐτῷ τὸ μὲν κινοῦν τὸ δὲ κινούμενον, ὥσπερ ἐν τῷ συνεχεῖ.* Ib. 5, 409 b 9 Aristoteles eandem rem *σφαίρας μικρός* appellat. Cum autem Plato quaestionem quae est de globulo tamquam leviolem iis quae de universi natura explicantur opponat, aliud esse illud *σφαῖρον* atque *atomos* quae vocantur apparet. Si Dionysium a Platone geometria institutum esse constat, v. 3, 319 c, veri simile est ne stereometriam quidem in illa institutione esse neglectam, cuius ad educandos animos vim quanti fecerit Plato ex Pol. 7, 528 a sqq. apparet; fieri potuit ut Dionysius per Archedemum Platoni proposuerit quae ipse in quodam problemate stereometrico solvendo de sphaera invenisse sibi videretur.

6 *περὶ τῆς τοῦ πρώτου φύσεως*: idem quod 7, 344 d exprimitur verbis *τῶν περὶ φύσεως ἄκρων καὶ πρώτων*. Voce *τὸ πρώτων* principia omnium quae sunt significari videntur; hoc sensu quod ad materiam attinet utitur verbis *πρῶτα τῶν πάντων* Plato Leg. 10, 891 c *κινδυνεύει γὰρ ὁ λέγων ταῦτα πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα πρῶτα ἡγεῖσθαι τῶν πάντων εἶναι, καὶ τὴν φύσιν ὀνομάζειν ταῦτα αὐτά, ψυχὴν δὲ ἐκ τούτων ὕστερον*. Discrimine quod est inter priora, quae sint ipsa per se, et posteriora, quae sine prioribus esse non possint, usum esse Platonem dicit Aristoteles Metaph. 5, 11, 1019 a *τὰ μὲν δὴ οὕτω λέγεται πρότερα καὶ ὕστερα· τὰ δὲ κατὰ φύσιν καὶ οὐσίαν, ὅσα ἐνδέχεται εἶναι ἄνευ ἄλλων, ἐκεῖνα δὲ ἄνευ ἐκείνων μὴ ἦ διαιρέσει ἐχρήσατο Πλάτων*.

7 *δι' αἰνιγμῶν*: et substantivo *αἰνιγμός* et verbo *αἰνίττεσθαι* Plato saepius utitur cum agitur de sententia non aperte sed tecte exprimens, quod dicendi genus in oraculis mysteriis similibus adhibebatur. Cf. Apol. 21 b *τί ποτε λέγει ὁ θεός, καὶ τί ποτε αἰνίττεται*; Phaedo 69 c *καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες . . . πάλαι αἰνίττεσθαι ὅτι . . .*; Gorg. 495 b *ταῦτά τε γὰρ τὰ νυνδὴ αἰνιχθέντα πολλὰ καὶ αἰσχροῦ φαίνεται συμβαίνοντα*; Tim. 72 b *οὓς μάντιες αὐτοῖς ὀνο-*

μάζουσίν τινες, τὸ πᾶν ἡγνοηκότιες ὅτι τῆς δι' αἰνιγμῶν οὗτοι φήμης καὶ φαντάσεως ὑποκοιταί, καὶ οὗτι μάντιες, προφηταὶ δὲ μαντευομένων δικαιοτάτα ὀνομάζονται ἄν. Cf. Aeschin. 3, 121 οὐ . . . δι' αἰνιγμῶν, ἀλλ' ἐναργῶς γέγραπται. Locus de quo agimus ponendus est in exemplis quibus demonstratur quo modo veteres epistularum secreta celare studuerint. De quibus v. Guil. Süss, Über antike Geheimschreibmethoden und ihr Nachleben, Philologus 78, 1922, 142—175. V. etiam annot. ad 13, 363 b 1. Quae hic Plato scripsit de philosophia non divulganda, ea imitatus auctor Aristotelicae epist. 6 ad Alexandrum scriptae (p. 174 Herch.) de Aristotelis scriptis acroaticis quae dicebantur adhibuit: Ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροατικῶν λόγων οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις· ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους· ξυνητοὶ γὰρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν.

ἡ πόντου ἢ γῆς ἐν πτυχαῖς: dictio sine dubio ex tragoediis petita, cf. Soph. Oed. R. 1026 ναπαλαῖς ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς, Eur. Or. ἐν αἰθέρος πτυχαῖς, 1636 id., Suppl. 757 πρὸς Κιθαιρῶνος πτυχαῖς, Bacch. 797 ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς, 1219 id., Hel. 44 ἐν πτυχαῖσιν αἰθέρος.

ἵνα . . . ὁ ἀναγνὸς μὴ γνῶ: Plato metuit ne quae de intima philosophia scribat in manus imperitorum incidant; cur id metuat v. infra 314 a 1 et annot. e 1

περὶ τὸν πάντων βασιλέα . . . δεύτερον δὲ πέρι τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον πέρι τὰ τρίτα: πέρι, non περὶ, legendum proposuit H. T. Karsten in Commentatione critica p. 208, recepit Burnet in sua Platonis editione critica. Karstenio id agebatur, ut verba δεύτερον δὲ πέρι τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον πέρι τὰ τρίτα cum iis quae praecedunt περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστὶ congruerent; praeterea rationem habuit loci cuiusdam apud Iustinum Martyrem [Apol. I 60], qui ultima verba mutato ordine sic citet: τὰ δὲ τρίτα περὶ τὸν (τὸ Karsten) τρίτον. Similis est praepositionis πέρι usus 7, 342 c ὁ κύκλος, ὃν πέρι πάντ' ἐστὶν ταῦτα. Verborum structura εἶναι περὶ τι hoc loco idem quod «esse circum aliquid» = «pertinere ad aliquid» significat; alius est usus dictionis εἶναι περὶ τι in Phaedro 247 c, ubi percipiendi ratio designatur: ἡ γὰρ ἀχρῶματός τε καὶ ἀσχημάτιστος καὶ ἀναφῆς

οὐσία ὄντως ὄσα . . . , περὶ ἣν τὸ τῆς ἀληθοῦς ἐπιστήμης γένος, τοῦτον ἔχει τὸν τόπον.

Non satis explicata est sententia loci quo Plato δι' αἰνιγμῶν, ut ipse dicit, Dionysio de principiorum natura respondet; pervetusta est quaestio quid sit quod Plato βασιλέα, τὸ δευτερον, τὸ τρίτον appellet neque defuerunt qui existimarent eam vix posse solvi. Facere non possumus quin varias huius loci explicationes in conspectum propositas percenseamus.

Iam omnium primum reiiciendae sunt opiniones eorum, qui hic Trinitatis Christianae notionem subesse putabant, dum alii Platonis alii Christianorum quae sit de ea re doctrinam parum ex se ipsa totam esse aptam affirmant, alii epistulam non a Platone, sed a Christiano quodam esse compositam. Iustinus Martyr Apol. I 60 hunc locum cum Timaei loco 36 b non recte citato coniungit et utrumque e Moysis libris sumptum depravatamque esse affirmat: *δευτέραν μὲν γὰρ χώραν τῷ παρὰ θεοῦ λόγῳ, ὃν κηρίασθαι ἐν τῷ παντὶ ἔφη, δίδωσι, τὴν δὲ τρίτην τῷ λεχθέντι ἐπιφέρεσθαι τῷ ὕδατι πνεύματι, εἰπών. Τὰ δὲ τρία περὶ τὸν τρίτον.* Clemens Alex., Strom. 5, 14, p. 395, 12 sqq. (Stähli.) *ὥστε καὶ ἐπὶν εἶπη «περὶ τὸν πάντων βασιλέα quae sequuntur. . . τὰ τρία», οὐκ ἄλλως ἔργωγε ἔξακούω ἢ τὴν ἀγίαν τριάδα μνηύεσθαι· τρίτον μὲν γὰρ εἶναι τὸ ἅγιον πνεῦμα, τὸν υἱὸν δὲ δευτερον, δι' οὗ «πάντα ἐγένετο» κατὰ βούλησιν τοῦ πατρὸς.* Eusebius, Praepar. evang. 11, 20 interpretationem Christianam Neoplatonicorum explicationi videtur praeferre; qui locus infra afferetur.

Alia est trinitas Neoplatonicorum, u n u m (*τὸ ἔν, τὸ ἀγαθόν*), id quod est sive causa efficiens (*τὸ ὄν, ὁ νοῦς*), a n i m a u n i v e r s i (*ψυχὴ*). De qua dum Plotinus Ennead. 5, 1, 8 exponit aperte dicit non esse novam doctrinam, sed explicationem eorum, quae olim non satis dilucide a Platone et partim ante Platonem a Parmenide, Anaxagora, Heraclito, Empedocle dicta sint; e Platone praeter alios etiam locum de quo agimus citat: *καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ Πλάτωνος τριτά, τὰ πάντα περὶ τῶν πάντων βασιλέα· φησὶ γὰρ πρῶτα, καὶ δευτερον περὶ τὰ δευτερα, καὶ περὶ τὰ τρία τρίτον.* Etiam Porphyrius (apud Cyrillum, Contra Iulianum 1, p. 34, Aub. = Migne, Patrol. Gr. 76, 553B sqq.)

existimavit Platonis aenigmate summum bonum, mundi opificem, universi animam significari.

Neoplatonicorum explicationem commemorat eorumque triadi Trinitatem Christianam anteposit Eusebius, Praep. evang. 11, 20, ubi de tribus substantiis principii vim habentibus exponit; loco Platonis *φραστεῖον δὴ σοι . . . βλέπουσα εἰς τὰ αὐτῆς συγγενῆ* allato haec addit: *ταῦτα οἱ τὸν Πλάτωνα διασαφεῖν πειρώμενοι ἐπὶ τὸν πρῶτον θεὸν ἀνάγουσιν, ἐπὶ τε τὸ δεύτερον αἴτιον καὶ τρίτον τὴν τοῦ κόσμου ψυχὴν, θεὸν τρίτον καὶ αὐτὴν ὀριζόμενοι εἶναι· οἱ δέ γε θεοὶ λόγοι τὴν ἀγίαν καὶ μακαρίαν τριάδα, πατὴρ καὶ υἱοῦ καὶ ἀγίου πνεύματος, ἐν ἀρχῆς λόγῳ τάττουσι κατὰ τὰ ἀποδοδομένα.*

In hac interpretatione originem habent quae Bessarion, In calumniatorem Platonis 2, 5, 3, de Platonis trinitate exponit loco epistulae de quo agimus testimonio usus.

Adiungenda est opinio Procli, qui in commentario ad Platonis Timaei 30 a (119 F Schn.) locis Pol. 7, 517 c et Ep. 2, 312 e usus probat ipsum Platonem omnia ad unum principium reducere; in eodem commentario ad Tim. 29 d (108 C Schn.) loco de quo agimus demonstratur omnia esse ex bono; etiam in commentario ad Parmenidem (edit. Cousin. t. 6 p. 86 sq.) Proclus de uno verba facit, quod sit origo causa finis omnium quae sint: *εἰ δὲ ὅλως χρή τι καταφατικῶς περὶ αὐτῶν λέγειν, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, κατὰ τὴν τοῦ Πλάτωνος ψῆφον ἀμεινον αὐτὸ πηγὴν θεότητος πάσης καλεῖν, ἄλλωσπερ ἐπεὶ καὶ ἀρχὴν αὐτὸ καὶ αἴτιον τῶν πάντων λέγομεν καὶ τέλος πάντων καὶ ἐφετὸν τοῖς πᾶσιν. ἐκεῖνου γὰρ ἔνεκα πάντα καὶ ἐκεῖνο αἴτιον πάντων καλῶν, ὡς φησιν αὐτὸς ἐν Ἐπιστολαῖς.*

Quae Neoplatonicorum explicatio satis placuit quibusdam recentium Platonis interpretum, velut Carolo Steinhart (in prooemio ad interpretationem Hieronymi Müller t. 8, p. 288) et Rudolpho Adam (Über die Echtheit der platonischen Briefe, p. 19). Etiam Josephus Souilhé existimat illam explicationem aliis esse praeferendam, si modo credi possit eum qui epistolam scripsit non errantem de hac re et vagam sed stabilem certamque habuisse sententiam; quod si verum sit loco de quo agimus putat demonstrari studium Platonis doctrinam ad certam

quandam artem et rationem revocandi atque iam hic exemplum contineri illarum triadum quales in Academia Speusippi magisque Xenocratis aetate floruerint et apud Alexandrinos imprimis adhiberi sint solitae (p. LXXIX).

Alii apud Platonem ipsum tria reperire studuerunt, quae in locum ignoti illius primi secundi tertii reponi possent. Tiedemann, *Geist der spekulativen Philosophie* (1791—1797) vol. II. p. 118 deum, universi animam, solem significari putabat, Schlosser in annotatione ad locum, de quo agimus, in sua Platonis epistularum interpretatione (1795) deum, daemones, homines quaeque alia animalia a daemonibus procreata sint. Contra Wiegandio in annot. 19 ad interpretationem huius epistulae (1859) nulla hic theosophica quae vocatur trinitas subesse videbatur, sed notiones quaedam quae ad Platonis de rerum cognitione doctrinam pertineant; regem esse divinam rationem (v. *Phileb.* 22 c), secundum et tertium rationem humanam, qua et perfecta cognitio (*γνώμη, ἐπιστήμη*) efficiatur, si ad cognoscendas ideas intendatur, et minus perfecta opinio (*δόξα*), si cognoscantur res sensibus obiectae.

Divinam rationem, quae omnia regens eadem sit atque boni idea primo illo significari credit etiam L. A. Post in 11. annotatione ad suam huius epistulae interpretationem (*Thirteen Epistles of Plato*, Oxford 1925); secundam esse *διάνοιαν*, quae ad res scientia cognoscendas pertineat, tertiam *αἰσθησιν*, rerum perceptionem sensibus effectam.

Etiam Hackforth, *The authorship of the Platonic epistles*, hic de variis rerum cognitionibus agi existimat, dum hunc locum cum iis quae 7, 342 a sqq. exponuntur coniungit; eum qui epistulam secundam scripsit in animo habuisse trinitatem illo septimae epistulae loco propositam, quae est *ἰδέω, λόγος, εἶδωλον*, sed pro effigie posuisse ideam; loci sententiam esse hanc (p. 49): „everything is referable to, or may be regarded in the aspect of, primarily an Idea, secondarily that which ranks second (the *λόγος*), thirdly, that which ranks third (the *ἰδέω*). «

Wiegandii explicatione reiecta Carolus Steinhart l. c. aliam proponit, qua illud primum esse ideas doceat earumque reginam ideam boni, secundum res quas sensibus percipiamus, tertium

artes, quibus res imitando effingantur. H. F. Karsten in opere cit. p. 209 credit menti eius qui epistolam scripsit obversatum esse locum Tim. 52 a, quo a Platone tria discernantur, mundus idearum, mundus qui sensibus percipiatur ad illius similitudinem conformatus, locus qui omnia quae gignuntur complectatur. Ernestus Howald in libro *Die Briefe Platons* p. 186 Karstenium secutus huius loci sententiam c Timaco 52 a sqq. haustam esse credit, sed dubitat an is qui epistolam scripsit rem accurate et acriter mente conceperit. Cum Karstenio aliqua ex parte consentire videtur H. Raeder, *Rhein. Mus.* 61, 1906, p. 537, qui cum *δεύτερον* et *δευτέρα*, *τρίτον* et *τρίτα* discernere velit, primo illi et secundo mundo demiurgum et universi animam praeesse moneat, tertium quod ad tertia pertineat esse causam mali, cuius mentionem 313 a verbis *ὁ πάντων αἰτιὸν ἔστιν κακῶν* fieri Raeder dum haec scribit putavit. Alio modo illud tertium interpretatur Guilelmus Andreae in commentatione *Platons Philosophie in seinen Briefen* p. 48 sqq. (cf. eiusdem librum *Platons Staatschriften I: Briefe*, annotationem ad 312 d—314 c), cum dicit primum esse demiurgum, mundi opificem, secundum mundi animam, res secundas autem stellas, instrumenta temporis, tertium animam humanam, quae ad tertias res sensibus percipiendas pertineat. Tres esse gradus sciendi et cognoscendi; infimum esse eum, in quo anima humana res sensibus propositas percipiat (*δόξα*), superiorem esse cognitionem ad quam mathematica et philosophia perveniat (*διάνοια*), in summo gradu cognosci ipsas ideas (*νόησις*, *ἐπιστήμη*). Otto Apelt in annot. 16 ad suam epistolae interpretationem pro certo habet non solum primo sed etiam secundo et tertio quiddam a sensibus remotum significari velut ideas et universi animam aut eius modi aliud.

In tanta explicationum multitudine nulla est qua quaestio de huius loci sententia perfecte solvatur. Iam exponatur quid nos ad locum interpretandum conferre posse nobis quidem videamur.

Ex iis quae sequuntur concludendum est animum humanum ad regem illum et ea quae ad regem pertinent vix accedere posse, quippe qui ea solum videat et percipiat, quae cum eo affinitate

quadam sint coniuncta. Quem Plato regem appellat, sine dubio bonum est, summa idearum; quod dicit illam esse causam omnium quae sint pulchra, comparare licet Pol. 7, 517 b sq. τὰ δ' οὖν ἐμοὶ φαινόμενα οὕτω φαίνεται, ἐν τῷ γνωστῷ τελευταία ἢ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα καὶ μόγις ὁρᾶσθαι, ὀφθεῖσα δὲ συλλογιστέα εἶναι ὡς ἄρα πᾶσι πάντων αὕτη ὀρθῶν τε καὶ καλῶν αἰτία. Cum rege boni idea comparatur etiam Pol. 6, 509 d νόησον τοίνυν... δύο αὐτῶ εἶναι (sc. τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν et τὸν ἥλιον) καὶ βασιλεύειν τὸ μὲν νοητοῦ γένους τε καὶ τόπου, τὸ δ' αὖ ὁρατοῦ. Quaerentibus nobis, ubi Platoni boni et idearum cognitio superior esse videatur quam quae vulgari et usitata animi i. e. rationis opera attingi possit, ea quae de summa rerum cognitione Plato in epistula septima 342 a sq. exponit maxime esse idonea occurrit, quibus difficillimus secundae epistulae locus explicetur. Quo loco Plato tria numerat quibus cognitio pareatur; quartam esse ipsam cognitionem, quintum id, quod cognoscendum sit, ideam. Cognitio autem, cuius genera sunt ἐπιστήμη, νοῦς, δόξα, opponitur iis quae Plato tria priora inducit, quae sunt ὄνομα, λόγος, εἶδωλον; altera in animis posita sunt (v. 7, 342 c ὡς δὲ ἐν τοῦτο αὖ πᾶν θετέον, οὐκ ἐν φωναῖς οὐδ' ἐν σωματίων σχήμασιν ἀλλ' ἐν ψυχαῖς ἐνόν), altera in sensibus (v. 344 b ὀνόματα καὶ λόγοι ὄψεις τε καὶ αἰσθήσεις); utraque parum clara esse et utrisque animum cognitionem appetentem in errorem induci, v. 7, 343 b sq. μυρίος δὲ λόγος αὖ περὶ ἐκάστου τῶν τεττάρων ὡς ἀσαφές, τὸ δὲ μέγιστον... ὅτι δυοῖν ὄντοι, τοῦ τε ὄντος καὶ τοῦ ποιοῦ τινος, οὐ τὸ ποιοῦν τι, τὸ δὲ τί, ζητούσης εἰδέναί τῆς ψυχῆς, τὸ μὴ ζητούμενον ἕκαστον τῶν τεττάρων προτεῖνον τῇ ψυχῇ λόγῳ τε καὶ κατ' ἔργα, αἰσθήσεσιν εὐέλεγκτον τό τε λεγόμενον καὶ δεικνύμενον ἀεὶ παρεχόμενον ἕκαστον, ἀπορίας τε καὶ ἀσαφείας ἐμπέμπλησι πάσης ὡς ἔπος εἰπεῖν πάντ' ἄνδρα. Quae cum ita sint non dubito quin Plato etiam hoc secundae epistulae loco, quo Dionysium tecte περὶ τῆς τοῦ πρώτου φύσεως, aperte de molesta eam cognoscendi difficultate doceat, eadem in animo habeat, quorum aliquot annis post in epistula septima plurimis verbis rationem atque naturam aperiat. O m n i u m r e x e s t b o n u m, s u m m a i d e a r u m; s e c u n d a s r e s a d s e c u n d u m p e r t i n e n t e s p u t o e s s e τὰ

νοητά, ea quae cognoscantur communi cogitandi opera, cuius genera sint ἐπιστήμη νοῦς δόξα; sensuum perceptionem, αἴσθησις, esse tertium, ad quod pertineant τὰ αἰσθητά. Quae tria non sunt in aequo ponenda, sed primum illud sui ac proprii est ordinis, secundum et tertium tamquam altero loco numerari videntur.

Huius modi triadis memoriam invenire mihi videor apud Stobaeum Ecl. 1, 1 p. 37 Wachsmuth (= Diels, Doxogr. Graeci, 2. ed. p. 304 sq.), ubi hoc Platonis dogma refertur (scribo secundum Dielsium): Πλάτων δὲ τὸ ἓν, τὸ μονοφυές, τὸ μοναδικόν, τὸ ὄντως ὄν, τὰγαθόν (sc. θεὸν ἀπεφήνατο). πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα τῶν ὀνομάτων εἰς τὸν νοῦν σπεύδει. νοῦς οὖν ὁ θεός, χωριστὸν εἶδος· τὸ δὲ χωριστὸν ἀκουέσθω τὸ ἀμιγῆς πάσης ὕλης καὶ μηδενὶ τῶν σωματικῶν συμπεπλεγμένον, μηδὲ τῷ παθητῷ τῆς φύσεως συμπαθές. τούτου δὲ πατρὸς καὶ ποιητοῦ τὰ ἄλλα θεῖα ἔκγονα νοητὰ μὲν, ὃ τε νοητὸς λεγόμενος κόσμος * * *, παραδείγματα δ' ἐστὶ τοῦ ὄρατοῦ κόσμου, πρὸς δὲ τούτοις ἐναιθέριοι τινες δυνάμεις (λόγοι δ' εἰσὶν ἀσώματοι) καὶ ἐναέριοι καὶ ἐνυδροί, αἰσθητὰ δὲ τοῦ πρώτου θεοῦ ἔκγονα ἥλιος σελήνη ἀστέρες γῆ καὶ ὁ περιέχων πάντα κόσμος. Habemus triadem, in qua τὰγαθόν, τὰ νοητά, τὰ αἰσθητά discernuntur. Posterioris philosophiae est et quod νοῦς idem esse ponitur ac bonum et quod bonum τὸ ἓν, τὸ μοναδικόν appellatur. Plato sane ipse τὸ ἓν et τὴν δυάδα principia docebat esse, at omnium rerum, et earum quae ad rationem et earum quae ad sensus pertinerent; v. quae ex eius de bono acroasi afferuntur in Aristotelis fragm. 28 (Rose), maxime apud Simplic. in phys. f. 104 b: τὸ μέντοι ἄπειρον καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς εἶναι φησι καὶ ἐν ταῖς ιδέαις· ἀρχὰς γὰρ καὶ τῶν αἰσθητῶν τὸ ἓν καὶ τὴν ἀόριστον φησι δυάδα λέγειν τὸν Πλάτωνα. τὴν δὲ ἀόριστον δυάδα καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς τιθεὶς ἄπειρον εἶναι ἔλεγεν, καὶ τὸ μέγα δὲ καὶ τὸ μικρὸν ἀρχὰς τιθεὶς ἄπειρα εἶναι ἔλεγεν ἐν τοῖς περὶ τὰγαθοῦ λόγοις. Itaque haec duo principia apud Platonem ipsum ab illa triade haudquaquam absona videntur fuisse. Primus quantum scio Xenocrates utrumque confudit et quae apud Platonem omnium simul ac pariter principia

fuerant, ea in superioris et inferioris ordinis rationem digesta loco triadis Platonicae posuit; v. Stob. Ecl. 1, 1, p. 36 Wachsmuth (= Diels l. c. p. 304): *Ξενοκράτης . . . τὴν μονάδα καὶ τὴν δυνάδα θεοῦς, τὴν μὲν ὡς ἄρρενα πατρὸς ἔχουσαν τάξιν ἐν οὐρανῷ βασιλεύουσαν, ἥντινα προσαγορεύει καὶ Ζῆνα καὶ περιπτόν καὶ νοῦν, ὅστις ἐστὶν αὐτῷ πρῶτος θεός· τὴν δ' ὡς θήλειαν, μητρὸς θεῶν δίκην, τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν λήξεως ἡγουμένην, ἣτις ἐστὶν αὐτῷ ψυχὴ τοῦ παντός.*

- 4 *περὶ αὐτὰ δρέγεται μαθεῖν ποῖ' ἅττα ἐστίν:* *περὶ αὐτὰ non omnia tria quae praecedunt significat, sed potissimum ea, quae Plato ad primum pertinere dicit, idearum genus. Quod animus qualia sint cognoscere cupit, omnium errorum et difficultatum est origo, v. annot. ad 313 a 3.*

313 a 1 *βλέπουσα εἰς τὰ αὐτῆς συγγενῆ, ὧν οὐδὲν ἱκανῶς ἔχει:* quod de parum idonea animi cognatione legimus, videtur pugnare cum aliis Platonis locis, quibus affirmatur hominis animum esse perfectum et absolutum, ideis atque deo cognatum, velut Prot. 322 a ὁ ἀνθρώπος . . . διὰ τὴν τοῦ θεοῦ συγγένειαν ζῶν μόνον θεοῦς ἐνομίσειν; Phaedo 79 d (ἡ ψυχὴ) οἴχεται εἰς τὸ καθαρὸν τε καὶ αἰεὶ ὄν καὶ ἀθάνατον καὶ ὡσαύτως ἔχον, καὶ ὡς συγγενῆς οὕσα αὐτοῦ αἰεὶ μετ' ἐκείνου . . . γίγνεται; ib. 84a; Pol. 10, 611 E; Leg. 10, 899 d sqq. At Platoni talia proferenti sine dubio occurrit quanto sit animus humanus superior et corpore et ceteris animalibus. Contra si quae supra hominis naturam posita sunt spectat, animadvertit quam non sit perfectus homo; quod optime in ea Timaei parte expressum invenimus, ubi de demiurgo animam humanam fingenti narratur (41 d): animam immortalis suae parti admixta habere quaedam non divina (69 c), coniunctam cum corpore fieri insipientem (44 a) atque morbis infici (86 a sqq.), deorum regimine indigere, ne homo ipse sibi mali causa fiat (42 e). Animae ita constitutae illa quattuor iure possunt dici esse cognata, de quibus Plato 7, 342 a sqq. exponit, ὄνομα, λόγος, εἶδωλον, ἐπιστήμη, et quorum unumquidque quodam modo imperfectum esse docet, v. 343 d ἡ τῶν τεττάρων φύσις ἐκάστου, πεφυκνῖα φαύλως; de quibus v. annotationem quae praecedit.

- 2 *καὶ ὧν εἶπον:* i. e. τῶν καλῶν.

οὐδέν ἐστιν τοιοῦτον: qualia sunt ea quae animae cognata esse dicit, parum perfecta. Voce *τοιοῦτον* enuntiatum finiri puto, v. annotationem quae sequitur.

τὸ δὴ μετὰ τοῦτο ἢ ψυχὴ φησιν: dissentio a Burnetio qui dum enuntiat *οὐδέν ἐστιν τοιοῦτον* et ἀλλὰ ποῖόν τι μὴν inter se cohaerere existimat, enuntiatum τὸ δὴ μετὰ τοῦτο ἢ ψυχὴ φησιν tamquam interpositum lineolis et ab iis quae praecedunt et ab iis quae sequuntur distinguit. Mea sententia enuntiatum de quo agimus solum ad quaestionem quae sequitur pertinet. De personificatione quae vocatur v. annot. ad 7, 328 b 2.

τοῦτ' ἐστίν... τὸ ἐρώτημα: quaestio animi interrogantis quae (ποῖόν τι) non quid sit illud primum. De hac differentia v. annot. ad 7, 342 e 2.

ὃ παῖ Διονυσίου καὶ Δωριδος: cf. Alcib. I. 105 d ὃ φίλε παῖ Κλεινίου καὶ Δεινομάχης. In hoc loco ipso appellationis modo ostenditur sermonem ad summam rem pervenisse; idem significat appellatio ὃ παῖ Μένωνος Men. 85 b. Alius est sensus appellationis ὃ παῖ cum gen. Pol. 2, 368 a ὃ παῖδες ἐκείνου τοῦ ἀνδρός, Phileb. 36 d ὃ παῖ 'κείνου τάνδρος.

ὃ πάντων αἰτιόν ἐστιν κακῶν: etiam Pol. 7, 537 d sqq. 4 mali quiddam efficitur interrogatione quae tamquam homo verba faciens inducitur 538 d, *δταν τὸν οὕτως ἔχοντα ἐλθὼν ἐρώτημα ἔρηται· τί ἐστι τὸ καλόν*. In loco de quo agimus illa interrogatione animus erroribus completur; de quibus eadem causa exortis v. 7, 342 e et 343 c.

ἢ περὶ τούτου ὠδῆς: cf. quae Theaet. 151 a Socrates de sua 5 disserendi via et ratione exponit: *πάσχοισι δὲ δὴ οἱ ἐμοὶ συγγινόμενοι καὶ τοῦτο ταῦτόν ταις τικτούσαις· ὠδίνουσι γὰρ καὶ ἀπορίας ἐμπιμπλάνται νύκτας τε καὶ ἡμέρας πολὺν μᾶλλον ἢ 'κείναι· ταύτην δὲ τὴν ὠδῖνα ἐγείρειν τε καὶ ἀποπαύειν ἢ ἐμὴ τέχνη δύναται*.

ἐν τῷ κήπῳ: de eodem colloquio Plato narrare videtur 7, 7 345 a. Aliud colloquium in eodem horto habitum commemoratur 7, 348 c.

πολλῶν ἂν εἴης λόγων ἐμὲ ἀπολελυκώς: cf. Theaet. 185 e 6 2 *εὐ ἐποίησάς με μάλα συγχοῦ λόγου ἀπαλλάξας*; Hipp. Mai. 291 b

βούλει σοι εἶπω . . . ὃ εἰπὼν εἶναι τὸ καλὸν ἀπαλλάξεις σαυτὸν τῶν πολλῶν λόγων ;

οὐ μὴν ἄλλω γέ ποτ' ἔφην ἐντετυχηκέναι τοῦθ' ἠύρηκόντι, ἀλλὰ ἡ πολλή μοι πραγματεία περὶ τοῦτ' εἶη: locus gravissimus ad cognoscendum in qua philosophiae parte Plato eo tempore summam operam posuerit. Optativus in oratione obliqua constructioni accusativi cum infinitivo succedit ut 7, 328 c ἐξειρασμένος ἐσοίμην post antecedentem infinitivum δεῖν . . . πειρατέον εἶναι adhibetur.

4 θεία μοίρα: v. annot. ad 7, 326 b 2.

5 αὐτοῦ τὰς ἀποδείξεις ὡς ἔχων βεβαίως οὐ κατέδησας: βεβαίως cum ἔχων coniunctum ut Phileb. 11 e τοῦ ταῦτα ἔχοντος βεβαίως βίον. Vinciendi notione etiam alibi Plato utitur de re quam quis cogitando invenerit ratione firmanda.

Quam verborum translationem explanantibus nobis adhibendus est dialogi Menonis locus 97 d sqq. quo Plato Vinciendi notionem ad cognoscendi rationem transfert: . . . τοῖς Δαιδάλου ἀγάλλασιν οὐ προσέσηκας τὸν νοῦν· ἴσως δὲ οὐδ' ἔστιν παρ' ἡμῖν . . . (τὰ Δαιδάλου ἀγάλματα) ἐὰν μὲν μὴ δεδεμένα ἦ, ἀποδιδράσκει καὶ δραπετεύει, ἐὰν δὲ δεδεμένα, παραμένει . . . τῶν ἐκείνου ποιημάτων λελυμένων μὲν ἐκτιῆσθαι οὐ πολλῆς τιнос ἀξιὸν ἔστι τιμῆς, ὥσπερ δραπέτην ἀνθρώπου — οὐ γὰρ παραμένει — δεδεμένον δὲ πολλοῦ ἀξιον· πάνν γὰρ καλὰ τὰ ἔργα ἔστιν. πρὸς τί οὖν δὴ λέγω ταῦτα ; πρὸς τὰς δόξας τὰς ἀληθεῖς. καὶ γὰρ αἱ δόξαι αἱ ἀληθεῖς, ὅσον μὲν ἂν χρόνον παραμένωσιν, καλὸν τὸ χρῆμα καὶ πάντ' ἀγαθὰ ἐργάζονται· πολλὸν δὲ χρόνον οὐκ ἐθέλουσι παραμένειν, ἀλλὰ δραπετεύουσιν ἐκ τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνθρώπου, ὥστε οὐ πολλοῦ ἀξιαί εἰσιν, ἕως ἂν τις αὐτὰς δήσῃ αἰτίας λογισμῶ. τοῦτο δ' ἔστιν, ὃ Μένων ἐταῖρε, ἀνάμνησις, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν ἡμῖν ὠμολόγηται. ἐπειδὴν δὲ δεθῶσιν, πρῶτον μὲν ἐπιστήμαι γίνονται, ἔπειτα μόνιμοι· καὶ διὰ ταῦτα δὴ τιμιώτερον ἐπιστήμη ὀρθῆς δόξης ἔστιν, καὶ διαφέρει δεσμῶ ἐπιστήμη ὀρθῆς δόξης.

Euthyphr. 11 b sqq. Euthyphro non invenit quomodo quod sentiat Socrati dicat; circumire enim quodammodo sibi quodcumque ponat nec velle consistere quocumque statuatur. Socrates respondet: Τοῦ ἡμετέρου προγόνου, ὃ Εὐθύφρων, εἰ-

κεν εἶναι Δαιδάλου τὰ ὑπὸ σοῦ λεγόμενα. καὶ εἰ μὲν αὐτὰ ἐγὼ ἔλεγον καὶ ἐτιθέμην, ἴσως ἂν με ἐπέσκωπτες ὡς ἄρα καὶ ἐμοὶ κατὰ τὴν ἐκείνου συγγένειαν τὰ ἐν τοῖς λόγοις ἔργα ἀποδιδράσκει καὶ οὐκ ἐθέλει μένειν ὅπου ἂν τις αὐτὰ θῆ· νῦν δὲ σαι γὰρ αἱ ὑποθέσεις εἰσὶν. ἄλλου δὴ τινος δεῖ σκώμματος· οὐ γὰρ ἐθέλουσι σοὶ μένειν, ὡς καὶ αὐτῷ σοι δοκεῖ. Euthyphroni Socrates ipse videtur Daedalus esse qui iis quae ab Euthyphrone dicta sint iniciat quod circumeant neque eodem maneat loco; unde Socrates iudicat se praestantiorem esse artificem Daedalo qui sua tantum opera instabilia fabricaretur (d ὁ μὲν τὰ αὐτοῦ μόνα ἐποiei οὐ μένοντα), cum ipse praeter sua etiam aliena talia efficiat. Ad eandem similitudinem revertitur Socrates 15 b cum ostendit Euthyphronem esse Daedalo multo maiorem artificem ut qui sua etiam in orbem circumire faciat (αὐτὸς ὢν πολὺ γε τεχνικώτερος τοῦ Δαιδάλου καὶ κύκλῳ περιμόντα ποιῶν). Cf. etiam Gorg. 508 e ταῦτα ἡμῖν ἄνω ἐκεῖ ἐν τοῖς πρόσθεν λόγοις οὕτω φανέντα. . . κατέχεται καὶ δέδεται . . . σιδηροῖς καὶ ἀδαμαντίνοις λόγοις.

Huiusmodi Daedali artificiorum mentionem fecit etiam Aristophanes, v. Hesychium s. v. Δαιδάλεια· Ἀριστοφάνης τὸν ὑπὸ Δαιδάλου κατασκευασθέντα ἀνδριάντα, ὡς διὰ τὸ ἀποδιδράσκειν δεδεμένον.

Euthyphronis dialogi locum quem attulimus dum explicat scholiastes (Append. Plat. p. 225 Herm.) docet Daedalum primum statuam divisa crura habentem esse fabricatum, cum artifices qui ante eum essent coniuncta facere essent soliti; unde ortam esse famam statuas eius moveri atque incedere posse; cf. Suid. s. v. Δαιδάλου ποιήματα. Quae explicatio etiam his temporibus usitatissima est. Idem de Daedali operibus sensisse videtur [Dio Chrysost.] 37, 9 sq. ubi Favorinus suam statuam Corinthi erectam et postea sublatam cum Daedali operibus comparat: ὁ δ' ἀνδριᾶς τῶν Δαιδάλου ποιημάτων ἔτυχεν ὢν καὶ λαθὼν ἡμᾶς ἀπέδρα. ἀλλ' ἀφ' οὗ Δαιδάλος ἐτελεύτησεν, οὐδεὶς εἰς ταύτην τὴν ἡμέραν ἐξέκετο τῆς τέχνης μέχρι τοῦ καὶ δρασμὸν ἐμποιεῖν τῷ χαλκῷ· ἀλλὰ διαβεβηκότας μὲν εἶ καὶ καλῶς ποιοῦσι, τοὺς δὲ καὶ ἐφ' Ἰππων ὀχουμένους· μένουσι μέντοι οὗτοι πάντες κατὰ σχῆμα καὶ χώραν, κἄν μὴ τις αὐτοὺς

μετακινήσει, τό γε ἐπ' αὐτοῖς εἶναι χαλκὸς ἄδραστος, ἂν καὶ πτερὰ ἔχη, ὥσπερ καὶ ὁ τοῦ Πυθαγόρου Περσεύς.

Commemoranda videtur arguta atque iocosa huius rei explicatio Philippi comoedi cuius mentionem facit Aristoteles De anima 1, 3, 406 b 15 *ἐνιοὶ δὲ καὶ κινεῖν φασὶ τὴν ψυχὴν τὸ σῶμα ἐν ᾧ ἐστίν, ὡς αὐτὴ κινεῖται, οἷον Δημόκριτος, παραπλησίως λέγων Φιλίππῳ τῷ κωμωδοδιδασκάλῳ. φησὶ γὰρ τὸν Δαιδάλον κινουμένην ποιῆσαι τὴν ξυλλήνην Ἀφροδίτην, ἐγγέαντ' ἄργυρον χυτόν. ὁμοίως δὲ καὶ Δημόκριτος λέγει· κινουμένας γὰρ φησι τὰς ἀδιαιρέτους σφαίρας διὰ τὸ πεφυκέναι μηδέποτε μένειν, συνεφέλκειν καὶ κινεῖν τὸ σῶμα πᾶν.*

- 6 *ἀλλ' ἄττιουσι:* iam pridem scripsi pro lectione Burnetii *ἀλλ' ἄττει σοι*; nunc etiam a Josepho Souilhé eodem modo lectionem codicum auctore Dièsio emendari invenio. Verbum *ἄττιουσι* clare illustratur loco dialogi Menonis 98a quem ante commemoravimus (*αἱ ἀληθεῖς δόξαι*) οὐκ ἐθέλουσι παραμένειν, ἀλλὰ δραπετεύουσιν ἐκ τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνθρώπου.

περὶ τὸ φανταζόμενον: de eo quod Plato 7, 342 b sqq. *εἶδωλον* appellat; cf. Pol. 5, 476 a *καὶ περὶ δὴ δικαίου καὶ ἀδίκου καὶ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ καὶ πάντων τῶν εἰδῶν πέρι ὃ αὐτὸς λόγος, αὐτὸ μὲν ἐν ἑκαστῷ εἶναι, τῇ δὲ τῶν πράξεων καὶ σωματικῶν καὶ ἀλλήλων κοινωνία πανταχοῦ φανταζόμενα πολλὰ φαίνεσθαι ἑκαστῷ.*

- 7 *τὸ δὲ οὐδὲν ἐστὶν τοιοῦτον:* cf. 313 a τοῦ δὴ βασιλέως *πέρι ... οὐδὲν ἐστὶν τοιοῦτον.* Enuntiati subiectum *τό* = res ipsa per se, idea, eiusque cognitio; *τοιοῦτον* scilicet οἷον τὸ φανταζόμενον.

- c1 *πρῶτον... κατ' ἀρχάς:* ex hac ipsa comparatione colligendum est Dionysium ad illud tempus Platonis philosophiam primoribus solum labris attigisse.

- 4 *τούτων δὴ γεγονότων καὶ ἐχόντων οὕτω:* Plato dum respondet Dionysio interroganti *ὅπως δεῖ πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς* (i. e. Platonem et Dionysium) *ἔχειν* (cf. 312 b *πῶς χρὴ ἔχειν ἐμὲ καὶ σὲ* (i. e. Platonem et Dionysium) *πρὸς ἀλλήλους*) a philosophiae doctrina ad certum quendam vitae usum proponendum transit.

- 6 *ἐπεὶ γὰρ βασανίξεις αὐτὰ συγγινόμενος ... ἄλλοις:* αὐτὰ = Platonis doctrinam. Haud temere Plato iterum atque iterum

commemorat (cf. 312 c *ὅτι διεσκόπεις καὶ ἄλλους*) Dionysium etiam aliorum philosophorum consuetudine usum esse; tacito ei exprobrare videtur quod ipsius doctrina parum contentus fuerit.

νῦν σοι ταῦτα... προσφύσεται: accrescendi notione Plato saepius significat si quid ita cum corpore coaluerit vel animo perceptum sit, ut iam naturae vim obtinuerit; proprie dicitur Pol. 10, 611 d Glaucum illum maritimum deformatum conspici ὑπὸ τοῦ τὰ τε παλαιὰ τοῦ σώματος μέρη τὰ μὲν ἐκκεκλάσθαι, τὰ δὲ συντετριῶθαι καὶ πάντως λελωβῆσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων, ἄλλα δὲ προσπεφυκέναι, ὄστρεά τε καὶ φυνία καὶ πέτρας, cf. Tim. 45 a *σκέλη μὲν οὖν χειρὲς τε ταύτη καὶ διὰ ταῦτα προσέφυν παῖσιν*; transfertur Leg. 5, 728 b *προσπεφυκῶτα... τοῖς τοιοῦτοις* (sc. *κακοῖς*) *ἀνάγκη ποιεῖν καὶ πάσχειν ἃ πεφύκασιν ἀλλήλους οἱ τοιοῦτοι ποιεῖν καὶ λέγειν*, ubi *προσπεφυκέναι* = *ὁμοιοῦσθαι*. V. etiam annot. ad 7, 344 a 2.

οἰκείος τούτοις τε καὶ ἡμῖν ἔση: *οἰκείος* cognationem quandam significat qua animus cum re quam cogitando perceperit coniungitur; eandem Plato Pol. 3, 401 c *ὁμοιότητά τε καὶ φιλιαν καὶ συμφωνίαν τῷ καλῷ λόγῳ* appellat. Alibi apud Platonem eius modi cognatio non philosophiae studio effici, sed naturae indoles esse dicitur, ad vere philosophandum necessaria, v. 7, 344 a.

τὸν Ἀρχέδημον: v. annot. ad 310 b 4.

μετὰ ταῦτα ἴσως ἄλλαι σε ἀπορίαι λήγονται: cum enuntiato quod praecedit *τὸν Ἀρχέδημον νῦν τε ὀρθῶς ἐποίησας πέμψας* congruens esset quod exspectamus *καὶ τὸ λοιπὸν... πέμψον*, at quae Plato, dum haec scribit, de Dionysii consilii inopia in animo habebat ita praevaluerunt, ut ipsa per se, non conditionis modo, prolata sint et sententia quam exspectamus particula *οὖν* (*πέμψεις οὖν αὐθις* quae sequuntur) sit adiuncta. Qui locus ponendus est in exemplis „seiunctionis“ quam Luise Reinhard, *Die Anakoluthe bei Platon* (1920) p. 65—88 appellat et plurimis Platonis locis demonstrat; cf. Phaed. 107 b *οὐ μόνον γ', ἔφη, ὦ Σιμίλα, ὁ Σωκράτης, ἀλλὰ ταῦτά τε εἰ λέγεις καὶ τὰς γε ὑποθέσεις τὰς πρώτας, καὶ εἰ πιστὰ ὑμῖν εἰσιν, ὁμῶς ἐπισκεπτεῖται σαφέστερον*.

e 2 *πολύ σοι διοίσει ἢ νῦν: ἢ cum διαφέρω coniungitur etiam Phaedr. 228 d οἷς ἔφη διαφέρειν τὰ τοῦ ἐρώωντος ἢ τὰ τοῦ μή.*

3 *τῆς ἐμπορίας ταύτης: negotiatio de qua hic Plato scribit videtur adhiberi posse ad illustrandam negotiationem Hermodori illius Syracusani cuius mentionem facit Cicero Ad Att. 13, 21, 4, dum Atticum reprehendit quod quintum De finibus librum se invito Balbo describendum commodaverit: »dic mihi, placetne tibi primum edere iniussu meo? hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is qui Platonis libros solitus est divulgare, ex quo λόγοισιν Ἐρμόδωρος« Quae verba pars sunt versus senarii qui proverbii locum obtinuit λόγοισιν Ἐρμόδωρος ἐμπορεύεται, cuius sententiam illustrat Zenobius 5, 6 (et iisdem fere verbis Suidas s. v. λόγοισιν Ἐρμόδωρος ἐμπορεύεται): ὁ Ἐρμόδωρος ἀκροατῆς γέγονε Πλάτωνος, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ συντεθειμένους λογισμοὺς κομίζων εἰς Σικελίαν ἐπώλει. εἴρηται ὅν διὰ ταῦτα ἡ παροιμία.* Sine dubio versus de quo agitur comici cuiusdam poetae est; qui cur in proverbium venerit parum intellegimus si Ciceronem et Zenobium secuti Hermodorum libris vendendis mercaturam putamus exercuisse. Quam rem cum senserit H. Alline, Histoire du texte de Platon p. 10—14, probare studet Hermodorum a poeta irrideri quod non vendibiles aliquas merces, sed de philosophia scriptos sermones lucri causa exportet. At multo maior fit comica illius versus vis si cogitatione fingimus poetam non ob mercaturam quae proprie dicitur Hermodorum cavillari, sed tale quoddam philosophorum commercium ludibrio habere quale est id quod Dionysio Plato per Archedemum exercendum proponit. Profecto nihil habet absurdi putare Platonem non solum in hac epistula neque de solo Archedemo mercaturae nomine in hunc modum translato usum esse eamque rem extra Academiae convictum prolatam in comici cuiusdam cavillationem incurrisse.

314 a 1 *εὐλαβοῦ μέντοι... πραγματείας: affert Eusebius Praep. ev. 12, 7 inter locos quibus demonstrat cavendum esse ne sacra profanentur; locus quem adiungit est Matth. 7, 6 μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσίν, μηδὲ βάλλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἐμπροσθεν τῶν χοίρων.*

μὴ ποτε ἐκπέσῃ ταῦτα εἰς ἀνθρώπους ἀπαιδεύτους: iam 312 d Plato cavendum sibi esse putat ne quae de philosophia

scribit a quolibet rei imperito legi possint. Philosophus videtur usu didicisse vulgus irridere philosophiae doctrinam quam non intellegat, cf. Phaedr. 249 c sq. (φιλόσοφος) ἐξιστάμενος τῶν ἀνθρωπίνων σπουδασμάτων καὶ πρὸς τῷ θεῷ γιγνόμενος, νουθετεῖται μὲν ὑπὸ τῶν πολλῶν ὡς παρακινῶν, ἐνθουσιάζων δὲ λέληθεν τοὺς πολλοὺς. Cuius rei apud Atticorum poetas comicos plurima testimonia inveniuntur, v. Diog. Laert. 3, 26 sqq. Profecto Plato numquam contendebat ut philosophiam ad vulgarem sensum popularemque intellegentiam accommodaret, quippe qui sibi persuaserit multitudinem a philosophia abhorrere, v. Pol. 6, 494 a φιλόσοφον . . . πλήθος ἀδύνατον εἶναι. Non est cur opinemur eum prorsus ab arcanis quae dicuntur doctrinis alienum fuisse; certe in promptu erat intimam philosophiam cum mystarum sacris et re et verbis (ἀπορρητὰ) comparare, cf. Phaed. 62 b, 67 b, 69 c sq., Gorg. 493 a, Theaet. 152 c (de arcana Protagorae doctrina: ἀρ' οὖν πρὸς Χαρίτων πάσοσφός τις ἦν ὁ Πρωταγόρας, καὶ τοῦτο ἡμῖν μὲν ἠνέξατο τῷ πολλῷ σαρφεῖ, τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐν ἀπορρητῷ τὴν ἀλήθειαν ἔλεγεν;), 155 e, Crat. 413 a, Pol. 2, 378 a (quae de Saturno prodita sint potissimum esse silentio tegenda, εἰ δὲ ἀνάγκη τις ἦν λέγειν, δι' ἀπορρητῶν ἀκούειν ὡς ὀλιγίστους), Menex. 236 c, Conv. 209 e sqq. quo loco Diotima monet Socratem: ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἐρωτικὰ ἴσως, ὧ Σώκρατες, κἂν σὺ μνηθεύης· τὰ δὲ τέλεα καὶ ἐποπτικά, ὧν ἕνεκα καὶ ταῦτα ἔστιν, ἐάν τις ὀρθῶς μετῆ, οὐκ οἶδ' εἰ οἶός τ' ἂν εἴης. Ib. 218 b dicit Alcibiades πάντες γὰρ κεκοινωνήκατε τῆς φιλοσόφου μανίας τε καὶ βακχείας — διὸ πάντες ἀκούσασθε . . . οἱ δὲ οἰκέται, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶν βέβηλός τε καὶ ἀγροίκος, πύλας πάντων μεγάλας τοῖς ὤσιν ἐπίθεσθε. Versum repetit Orphicum, »φθέρξομαι οἷς θέμις ἐστί. Θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι«, v. Orphicorum fragmenta coll. O. Kern n. 245 v. 1, 247 v. 1, schol. Aristid. 3, p. 471 Dind. Quod dicendi genus in usum venisse apparet, cum oratio ad aliquid gravissimum traducebatur, velut Dion. Hal. De comp. 194 sq. hoc modo ad numerum Demosthenis enuntiati cuiusdam explicandum transit: μυστηρίοις μὲν οὖν ἔοικεν ἤδη ταῦτα καὶ οὐκ εἰς πολλοὺς οἰᾷ τε ἐστὶν ἐκφέρεσθαι, ὥστ' οὐκ ἂν εἴην φορτικός, εἰ παρακαλοῖν ὅτις θέμις ἐστί ν' ἤκειν ἐπὶ τὰς τελετὰς τοῦ λόγου,

‘*ῥύρας δ’ ἐπιθῆσθαι*’ λέγοιμι ταῖς ἀκοαῖς τοὺς ‘*βεβήλους*’. Errare mihi videntur qui quidquid in Platonis epistulis de celandā philosophiae doctrina scriptum inveniatur, in numero argumentorum ponant quibus epistulas esse spurias demonstraretur.

Odo Casel in commentatione »De philosophorum Graecorum silentio mystico« (Giessen, 1919) optime demonstravit quomodo philosophi simili atque mystae religionis sensu imbuti silentio operam navare essent soliti, non solum Pythagorei, sed etiam Plato, si posteriores missos facimus. Quam Plato non laudaverit philosophiae ad vulgare iudicium accommodatam doctrinam, cum aliis locis tum Theaet. 180d apparet ubi Heracliti sectatores palam (*ἀναφανδόν*) sapientiam suam ostentare dicuntur *ἵνα καὶ οἱ σκυτοτόμοι αὐτῶν τὴν σοφίαν μάθωσιν ἀκούσαντες*.

- 3 *καταγελαστότερα ἀκούσματα*: cf. quae 7, 341e de philosophia parum intellecta dicit: *τοὺς μὲν καταφρονήσεως οὐκ ὀρθῆς ἐμπλήσειεν ἂν οὐδαμῆ ἔμμελῶς*. De vocis *καταγέλαστος* usu v. annot. ad 7, 347 b 1.
- 4 *πολλάκις δὲ λεγόμενα...μετὰ πολλῆς πραγματείας*: cf. quae de difficillima cognoscendi via exponuntur 7, 343e et 344 b.
- 5 *ὥσπερ χρυσὸς ἐκκαθαίρεται*: pluribus verbis notiones ratione percipiendae cum expurgando auro comparantur Politic. 303 d sq.
- b 1 *ἀνθρωποι ταῦτα ἀκηκόετες*: quae de intima philosophia Plato disserebat.
- 2 *πάντη πάντως*: v. annot. ad 7, 343 c 5.
- 3 *οὐκ ἐλάττω τριάκοντα ἐτῶν ἀκηκόετες*: per multos annos Platonem audiebant — praeter Aristotelem — etiam Erastus et Coriscus, de quibus Plato 6, 322 e scribit *διὰ τὸ μεθ’ ἡμῶν μετρίων ὄντων καὶ οὐ κακῶν συχρὸν διατετριφέναι τοῦ βίου*. Si haec epistula anno 364 scripta est, temporis rationem computantes invenimus Platonem ab ipsa fere Socratis morte, priusquam primum in Siciliam profectus esset, cum iis qui circum eum erant, de philosophia disserere esse solitum.
- 4 *νῦν ἄρτι*: *νῦν* initio enuntiati positum ut vim quandam et pondus obtineat post *τότε* repetitur.

τὰ μὲν τότε ἀπιστότατα δόξαντα εἶναι . . . τοῦναντίον: quod hic aliis accidisse commemorat, ut tempore procedente suas de philosophia opiniones mutarent, ipsum id de se usu didicisse nemo est qui nesciat.

τῶν νῦν ἀναξίως ἐκπεσόντων: cf. 314 a εὐλαβοῦ μέντοι μή 7 ποτε ἐκπέσῃ ταῦτα εἰς ἀνθρώπους ἀπαιδευτούς et verbi ἐκβάλλειν usum 7, 344 d οὐκ ἂν αὐτὰ ἐτόλμησεν εἰς ἀναρμοστίαν καὶ ἀπρέπειαν ἐκβάλλειν.

μεγίστη . . . φυλακή: » maxima « i. e. » tutissima custodia «. Cf. annot. ad 12, 359 d 6.

μὴ γράφειν ἀλλ' ἐκμανθάνειν: de discipulo quae magister exponat in commentariis condenti; quibus si Plato ediscendi operam praefert, necesse habet poscere, ut qui philosophiam capessat memoriae vi praeditus sit, v. Pol. 6, 487 a ἐπιτήδευμα (i. e. philosophia), ὃ μὴ ποτ' ἂν τις οἶός τε γένοιτο ἱκανῶς ἐπιτηδεῦσαι, εἰ μὴ φύσει εἴη μνήμων, εὐμαθής, μεγαλοπρεπής quae sequuntur; cf. ep. 7, 344 a τὸν μὴ συγγενῆ τοῦ πράγματος οὐτ' ἂν εὐμάθεια ποιήσειέν ποτε οὔτε μνήμη. Philosophiae quasdam doctrinas litteris non esse mandandas accuratissime exponit Plato atque argumentis demonstrat ep. 7, 342 a sqq., cf. praesertim 343 a ὧν ἔνεκα νοῦν ἔχων οὐδεὶς τολμήσει ποτὲ εἰς αὐτὸ τιθέναι τὰ νεροημένα ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ταῦτα εἰς ἀμετακίνητον, ὃ δὴ πάσχει τὰ γεγραμμένα τύποις. Quae sententia quam sit vere Platonica ex iis quae e. g. Phaedr. 274 b sqq. legimus satis apparet; ubi cum probatur sermonem litteris esse praefendum, etiam illud affertur, quod scripta facile in manus imperitorum incidant eoque plus noceant quam prosint, v. 275 e δταν δὲ ἀπαξ γραφῆ, κλινδεῖται μὲν πανταχοῦ πᾶς λόγος ὁμοίως παρὰ τοῖς ἐπαύουσιν, ὡς δ' αὐτως παρ' οἷς οὐδὲν προσήκει, καὶ οὐκ ἐπίσταται λέγειν οἷς δεῖ γε καὶ μὴ. Quod Platonis consilium a Dionysio neglectum est, v. 7, 341 b.

Addendum est hoc de perscribenda philosophia vetitum partim etiam ad illud silentium mysticum pertinere de quo in annot. ad 314 a1 exposuimus. Mystica scribi saepius vetari ostendit Odo Casel l. I. p. 37 annot. 2 praeterque alia exempla affert Iambl. V. Pyth. 226 ἀγράφως καθάπερ μυστήρια παραδιδόντες, De comm. math. scientia c. 22 p. 68 Fest. ἀλλ' ἐπεὶ τὰ

πλείστα ἐνεργὰ ἦν παρ' αὐτοῖς, ἐν μνήμαις τε ἀγράφοις διεσώζετο, αἱ νῦν οὐκέτι διαμένουσι. Addas Iambl. V. Pyth. 164 φροντο δὲ δεῖν κατέχειν καὶ διασώζειν ἐν τῇ μνήμῃ πάντα τὰ διδασκόμενά τε καὶ φραζόμενα quae sequuntur. Etiam hanc de scribendo opinionem Plato a Pythagoreis videtur accepisse. Epistula qua Lysis Hipparchum reprehendens fingitur quod contra magistri praecepta philosophiam eius vulgaverit (Hercher, Epistol. Gr. 601—603), posteritati eius rei documentum erat, v. Bessarion, In calumniatorem Platonis 1, 2, 2 sq. Eusebius, Praep. evang. 11, 12 Platonis silentium mysticum ad Moysen prophetasque Hebraeos refert, quod loco septimae epistulae 341 c ῥητὸν γὰρ quae sequuntur usque ad τρέφει allato demonstrat.

c1 οὐ γὰρ ἔστιν τὰ γραφέντα μὴ οὐκ ἐκπεσεῖν: sc. et invito scriptore.

2 οὐδὲν πάποτ' ἐγὼ περὶ τούτων γέγραφα, οὐδ' ἔστιν σύγγραμμα Πλάτωνος οὐδὲν οὐδ' ἔσται, τὰ δὲ νῦν λεγόμενα Σωκράτους ἐστὶν καλοῦ καὶ νέου γεγονότος: nomen proprium Πλάτωνος per emphasin quae dicitur loco pronominis ἐμόν, cf. 7,325 b sq. Σωκράτη... εἰσάγουσιν εἰς δικαστήριον, ἀνοσιωτάτην αἰτίαν ἐπιβαλόντες καὶ πάντων ἥμισυ Σωκράτει προσήκουσαν, Gorg. 467a (Socrates Polo) πῶς ἂν οὖν οἱ ῥήτορες μέγα δύναιτο ἢ οἱ τύραννοι ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐὰν μὴ Σωκράτης ἐξελεγχθῆ ὑπὸ Πάβλου, διὸ ποιοῦσιν ἂ βούλονται; Qui nominis proprii usus communis est Platoni cum poetis scaenicis, cf. Soph. Ai. 98, Oed. R. 1366, Oed. Col. 3; 109; 626, et iam apud Homerum occurrit, cf. Il. 1, 240 (Achilles) ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἴξεται υἱας Ἀχαιῶν.

Quod ad sententiam huius loci pertinet cf. 7, 341 c οὐκ οὐκ ἐμόν γε περὶ αὐτῶν ἔστιν σύγγραμμα οὐδὲ μήποτε γένηται. Utroque loco Plato non profitetur se omnino nihil scripsisse aut scripturum esse, sed addita voce περὶ τούτων (περὶ αὐτῶν) indicat de qua re se scribere neget; quae sit illa res aperte dicitur 7, 344 d: περὶ φύσεως ἀκρῶν καὶ πρώτων. Cf. quod 7, 344c monet ne vir gravis scribat de rebus vere seriis (τῶν ὄντων σπουδαίων περὶ). Re vera nullus est liber Platonis quo doctrinae modo de summis naturae exponatur, atque perpauca sunt loci ubi Plato illud primum, omnium regem (312e), i. e. ideam

boni, commemoret. Quae cum ita sint, refutandae vel prorsus reiiciendae sunt opiniones eorum, qui voce *περὶ τούτων* (*περὶ αὐτῶν*) neglecta variis modis hunc locum citaverunt atque interpretati sunt. Ex antiquis mentione est dignus Iulianus Or. 6, 189 A sq. *ἐπεὶ καὶ Πλάτων ἐξομνύμενος φαίνεται τὰ ξυγγραμματα. «Ὁὐ γάρ ἐστι Πλάτωνος», φησί, «ξυγγραμματα οὐδὲν οὐτ' ἐστὶν, τὰ δὲ νῦν φερόμενά ἐστι Σωκράτους, ἀνδρὸς καλοῦ καὶ νέου». Fuerunt qui Platonem id egisse suspicarentur, ut legentium mentes eluderet, velut Aristides 46, 288 Dind. *καὶ ἅμα μοι δοκεῖν ἐφέλκεται τι τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς μεγαλοπρεπειᾶς (ὁ Πλάτων) καὶ οὐ παντάπασιν ἀκριβολογεῖται, ἀλλ' . . . συγχωρεῖ τῇ φύσει. ἔπειτα ταῦθ' ἡμεῖς ἀπλῶς οὕτως παραδεξόμεθα; οὐκ' ἄρ' εἰδέναι τὰ κείνου δόξομεν. οὐδέ γε τῶν Πλάτωνος σύγγραμμά ἐστι Πλάτωνος οὐδὲν οὐδὲ ἐστὶν πόθεν; ἀλλὰ ταῦτ' ἐστὶ Σωκράτους νέου καὶ καλοῦ γεγονότος, εἴθ' ὁ μὲν γράψας οὐ γέγραφε (ὁ δ' οὐ γράψας γέγραφεν). λοιπὸν οὖν αὐτῷ καὶ τοῦνομα ἐξαρνούμενῳ πελθεῖν οὐχ ἡμᾶς γε, ἐὰν σωφρονῶμεν, ἀλλ' εἰσόμεθα αὐτοῦ τὰς παιδείας. Athenaeus hunc locum iocose perstringit cum 15, 702 b sq. in calce operis sui talia scribit: *ταῦτα, φίλτατε Τιμόκρατες, κατὰ τὸν Πλάτωνα, οὐ Σωκράτους νέου καὶ καλοῦ παίγνια, ἀλλὰ τῶν δειπνοσοφιστῶν σπουδάσματα.***

Epistulam Platonis ipsam parum cognitam videtur habuisse auctor Socraticae epistulae 15. qui Xenophontem haec de Platone scribentem facit: *οὐδὲ γάρ ἐσμεν ποιηταὶ ὥσπερ καὶ αὐτός, καὶν πάνν ἀπαρνηῖται ποιητικὴν. θρουπιτόμενος γὰρ πρὸς τοὺς καλοὺς φησὶ μηδὲν εἶναι ποίημα αὐτοῦ, Σωκράτους μέντοι νέου καὶ καλοῦ ὄντος. Platonis verba parum intellecta et parum accurate tradita tamquam in proverbii consuetudinem venisse apparet.*

Premuntur haec verba in dialogo quem Leo Allatius de scriptis Socratis ad Bernardinum Cardinalis Biscii fratris filium scriptum in libro »Socratis, Antisthenis et aliorum Socraticorum epistulae« edidit (editionis Parisinae a. 1637 p. 76 sqq.); locus de quo agimus praeter alios argumentum adhibetur quo demostretur Platonem re vera nihil scripsisse scriptorumque quae eius esse traduntur auctorem fuisse Socratem.

Etiam novissimis temporibus sunt qui hoc loco Platonem, aut ipsum aut qui pro Platone haberi velit, omnia sua scripta abdicare atque Socrati supponere existiment; merito id fieri, cum Socrates fere in omnibus primas partes agat. Longum est enumerare quot et quibus modis verba *Σωκράτους καλοῦ καὶ νέου γεγονότος* explicata sint. Minime probari potest interpretatio Ficini et eorum qui Ficinum secuti sunt: »Hac de causa nihil ego de iis scripsi umquam neque est Platonis opus praescriptum aliquod neque erit. Quae autem modo dicuntur, Socratis sunt: qui vir etiam dum iuvenis esset, virtute claruit.« Plurimis hoc epistulae loco significari videtur Socrates qui sit in dialogis, non qualis re vera fuerit, sed perfectior quidam, insigni forma et florentissima aetate praeditus, qualem sibi Plato animo finxerit. Quam non vera sit ista opinio ea re demonstratur, quod ex Platonis libris ipsis satis cognoscimus Socratem neque fuisse neque effingi formosum. Ne illa quidem explicatio mihi probatur, qua usus Andreae in annotatione ad hunc locum pertinenti Platonem se ipsum appellare existimat Socratem pulchrum et aetate florentem. Howald in annotatione hunc locum explicante inepte iocari putat eum, qui epistulam scripsit, cum fingat Platonis Socratem esse natu minorem illo, qui ad summam senectutem perventurus fuisset, si ad id tempus vixisset; verumtamen fortasse praefendam esse coniecturam *Ἰσοκράτους*, praesertim cum etiam Phaedri loco 277 e Isocratis nomen occurrat adiectivis *καλός* et *νέος* ornatum. Alio modo hanc difficultatem solvere conatus est H. Raeder Rhein. Mus. 61, 1906, 534 sq. praecedente Blassio; non Socratem illum Platonis magistrum, sed Socratem Minorem significari, qui in Theaeteto et Sophista audiens, in Politico disserens inducitur, in quibus dialogis Plato discedat ab iis, quae in prioribus libris Socratem Maiorem docentem finxisset. Vix mentione dignum est quod ego olim ad hunc locum explicandum attulisse mihi videbar: *καλοῦ καὶ νέου γεγονότος* idem esse atque *μακαρίου γεγονότος* (v. Leg. 12, 947 e) »vita defuncti«.

Si a tanta opinionum varietate ad ea ipsa quae in epistula legimus redeunt quid certi ibi sit perspicere studemus, haec mihi partim vera partim veri similia videntur posse reperiri:

1. Platonem dicere se de quibusdam rebus, scilicet de summa philosophiae notione, nihil scripsisse neque scripturum esse;
 2. quaedam de hac re scripta tum cum Plato epistulam scribebat exstitisse et a quibusdam ad Platonem auctorem esse relata;
 3. illa scripta non fuisse Socratis, Platonis magistri, quippe qui nihil scripserit. Non est tam absurda quam multis videtur opinio Raederii qui putat Socratem Minorem hoc loco significari; qui vir quantum apud Platonem valuerit tempore quo dialogi Theaetetus Sophista Politicus componebantur, in annotatione ad 11, 358 d 6 ostendimus. Tamen quae ad nomen ipsum adduntur *καλοῦ καὶ νέον γεγονότος* indicare mihi quidem videntur hic non de viro agi cui vere Socrates nomen esset, sed Socratis nomine quendam appellari, qui de summa philosophia scripserit scriptumque tamquam Platonis evulgaverit. Cum ex hoc loco ipso tum ex iis quae Plato 7, 341 b (v. et annot.) de Dionysio aliisque qui de intima philosophia scripserunt iudicat, satis apparet tales scriptores Platoni minime esse probatos et si quid nostra explicatio recti habet, Socratis nomen illi philosopho tamquam alteri ut dicitur Socrati per cavillationem esse inditum. Quis fuerit ille philosophus pro certo dicere non possumus; de qua re v. annot. ad 7, 341 b 6.

Et verbis et re loco de quo agimus simillimum est illud quod de Platone dixisse Gorgiam narrat Athenaeus 11, 505 d sq. *ἡ καλὸν γε αἱ Ἀθηναὶ καὶ νέον τοῦτον Ἀρχίλοχον ἐνηνόχασιν*. Quibus verbis Gorgiam respondisse Platoni qui cum eum vidisset exclamaverit *ἤκει ἡμῖν ὁ καλὸς τε καὶ χρυσοῦς Γοργίας* in iocum vertens quod Gorgias statuam sui auream Delphis posuisset. Loco epistolae de quo agimus defendi videtur lectio *καλὸν . . . καὶ νέον . . . Ἀρχίλοχον*, cuius coniunctionem *καὶ* Kaibel Meinekii opinionem secutus (Anal. critica ad Athenaei Deipnosophistas p. 234) uncis includere non dubitavit.

Socratis nomine facile quilibet philosophorum iocose designari poterat, cum et poetae comici saepius Socratem tamquam typum quendam viri sapientis vel sophistae in scaenam produxissent; unde etiam verba *σωκρατεῖν* et *σωκρατίζειν* in usum venerunt, velut Aristoph. Aves 1281 sqq. *ἐλακωνομάνουον ἄπαντες ἄνθρωποι τότε, ἐκόμων ἐπείνων ἐρρούπων ἐσωκράτουον σκυ-*

τάλι' ἐφόρου; Alciphro 4, 17, 3 καὶ σωκρατίζειν καὶ σιωμύλλεσθαι θέλει καὶ εἰρωνεύεσθαι, καὶ Ἀλκιβιάδην τινὰ τὸν Πυθοκλέα νομίζει καὶ Ξανθίππην ἐμὲ οἶεται ποιήσειν. Quod ipse Plato Socratis nomine de alio philosopho est usus, et per se ipsum veri simile est et commemoratur apud Aelianum Var. h. 14, 33 εἰώθει δέ φασιν ὁ Πλάτων περὶ Διογένους λέγειν, ὅτι μαινόμενος οὗτος Σωκράτης ἐστίν.

Socrates in iocis et proverbii simili viceungebatur atque Thales, cuius nomine persaepe homines tamquam doctissimi designabantur aut aliquo modo cum eo philosopho comparabantur, velut Aristoph. Aves 1009 ἄνθρωπος Θαλῆς (contra proprie Nub. 180 τί δῆτ' ἐκείνον τὸν Θαλῆν θανατοῦμεν.); Plaut. Bacch. 122 sq. »quem ego sapere nimio censui plus quam Thalem, is stultior es barbaro poticio«; Capt. 274 sq. »Eugepae, Thalem talento non emam Milesium; nam ad sapientiam huius hominis nimius nugator fuit«; Rud. 1003 »salve, Thales.« Quod Plato ipse tali modo etiam alia nomina transferre solebat, apparet e Phaedr. 261 d ubi τὸν Ἑλεατικὸν Παλαμήδην de Zenone dici explicant et scholia et Diogenes Laert. 9, 25. Quin etiam ipsius Platonis nomen in eiusmodi usum incurrit; Suidas s. v. Ἐρατοσθένης: οἱ δὲ καὶ δεύτερον ἢ νέον Πλάτωνα, ἄλλοι Πένταθλον ἐκάλεσαν. Comparari potest quod Photius Bibl. cod. 58 memoriae prodidit Arrianum esse appellatum Xenophontem Minorem: ἐπωνόμαζον δὲ αὐτὸν Ξενοφῶντα νέον; immo vero Arrianus ipse Cyneg. 5, 6 sibi dat nomen Ξενοφῶν ὁ Ἀθηναῖος et verum illum Xenophontem Peripl. 12, 5 et 25, 1 cognomine ὁ πρεσβύτερος distinguit. Simili modo clarorum virorum nomina voce »alter« addita in usu erant, velut Cleanthes δεύτερος Ἡρακλῆς appellabatur, v. Diog. Laert. 7, 170.

- 5 τὴν ἐπιστολὴν ταύτην νῦν πρῶτον πολλὰκις ἀναγνοῦς: πρῶτον additur verbo quod actionem praecedentem exprimit ut Pol. 1, 338 c ἀλλὰ τί οὐκ ἐπαινεῖς;... ἐὰν μάθω γε πρῶτον, ἔφη, τί λέγεις· νῦν γὰρ οὐπω οἶδα; Leg. 11, 918 a ταύτης δὲ περὶ συμπάσης συμβουλήν πρῶτον δόντες καὶ λόγον, ἐπ' αὐτῇ νόμον ὑστερον ἐπιθώμεθα. Vox νῦν apto sensu caret; conicio esse legendum τὴν ἐπιστολὴν ταυτηνὴν πρῶτον πολλὰκις ἀναγνοῦς. De epistula semel iterumque legenda cf. 6,323 c.

κατάκαισον: varie explicari potest quomodo servata sit epistula comburenda, sive altero eius exemplo a Platone relicto sive quod Dionysius Platonis iussum non peregit. Quae quidem etiam his temporibus accidere satis constat neque esset necesse ea commemorare, nisi a nonnullis hic locus in argumentis poneretur quibus demonstraretur epistulam esse spuriam, v. Ast, *Platon's Leben und Schriften* (1816) p. 514, Adam, *Über die Echtheit der platonischen Briefe* p. 20. Contra 13, 363 e Plato Dionysium monet, ut epistulam quam ad eum mittit servet.

περὶ Πολυξένου: de Polyxeno v. annot. ad 310 c 7. Dionysius miratus est Polyxenem ad se mitti fortasse cum putaret se contentum esse posse philosophis quos ad id tempus apud se haberet. 7

περὶ Λυκόφρονος: sine dubio sophista qui nonnullis Aristotelis locis commemoratur, v. Pol. 3, 9, 1280 b 10 καὶ ὁ νόμος συνθήκη καὶ, καθάπερ ἔφη Λυκόφρων ὁ σοφιστής, ἐγγυητής ἀλλήλοις τῶν δικαίων, ἀλλ' οὐχ οἶος ποιεῖν ἀγαθὸς καὶ δικαίους τοὺς πολίτας. *Metaph.* 7, 6, 1045 b 10 *Λυκόφρων φησὶν εἶναι τὴν ἐπιστήμην συνοουσιαν τοῦ ἐπίστασθαι καὶ ψυχῆς.* *Fragm.* 82, 1490 a 10 *Λυκόφρων κενόν τι πάμπαν εἶναι τὴν εὐγένειαν ἔγραψεν.* d 1

πάμπωλυ διαφέρεις αὐτῶν: non est mera adulatio, cum Plato etiam omni commercio quod ei cum Dionysio erat dissoluto non dubitet 7, 338 d ad Dionis amicos scribere Dionysium non esse hebetem ad discendum. 3

Φιλιστίωνι: Philistio Syracusanus medicus illustrissimus, magister Eudoxi Cnidii (*Diog. Laert.* 8, 86) et Chrysippi Cnidii (*ib.* 89), empiricorum sectator; scriptorum eius fragmenta continentur collectione Wellmannii, *Fragmentsammlung der griechischen Ärzte*, vol. I.: *Die Fragmente der sikelischen Ärzte Akron, Philistion und des Diokles von Karystos* (1901). Philistionis discipulum vel Philistionem ipsum esse illum medicum Siciliensem qui in Epicratis comici fragmento 11 v. 27 sq. (*Com. Att. Fragm.* II p. 287 ed. Kock) Platonicorum disputationem cavillans inducitur putat W. Jaeger, *Aristoteles* p. 16; quae opinio quid veri habeat non dispicio. 7

Σπενσελίπω χρῆσον: activum χρῆσαι, i. d. mutuuum dare, e 1 utendum dare, quantum ex Astii lexico cognoscimus, apud Pla-

tonem ipsum praeter hunc locum nusquam alibi occurrit; invenitur in Demodoco Pseudoplatonico 384 b *ὅτι αὐτῷ ἀργύριον χρῆσαι οὐκ ἠθέλησεν οὐδὲ πιστεῦσαι*, cf. Her. 4, 58 *ἐδέοντο δέκα τάλαντά σφι χρῆσαι*, Xenoph. Mem. 3, 11, 18 *χρήσον τόνων μοι . . . τὴν ἴνγγα*, Plut. Dio 22 (*Δίωνα*) *εἰς ὑπηρετικὸν ἐμβάντα χρῆσαι τὸ σῶμα καὶ τοῦνομα Σικελιώταις ἐπὶ τὸν Διονύσιον*. Ficinus miro errore inductus locum de quo agimus vertit »Philistione si uti contigerit, utere quam maxime. Et si fieri potest, Speusippi utere opera: atque remittas. Eget quidem tui et Speusippus.« Quem secuti alii eodem sensu hunc locum sunt interpretati, Wiegand, Karsten, Hieronymus Müller. Qua interpretatione probata necesse erat putare Speusippum eo tempore Syracusis fuisse, quae res non videbatur congruere cum eo quod apud Plutarchum, Dio 17 et 22, legimus, Speusippo cum Dione Athenis fuisse consuetudinem; unde colligebant epistulam esse spuriam, velut M. A. Fischer, De Speusippi Atheniensis vita (1845) p. 27, Wiegand in annot. ad hunc locum, Karsten l. c. p. 161 sq., Steinhart in praefatione versionis Müllerianae tom. 8 p. 291. Qui epistulam genuinam esse credebant, aut eam a Platone post tertium iter Siciliense scriptam existimabant aut coniciebant, velut Raeder Rhein. Mus. 61, 1906, 439, Speusippum aliquod tempus Syracusis commoratum Athenas revertisse. Recte verbi *χρήσον* (= utendum da) usum explicaverunt R. Adam in commentatione quam supra diximus p. 5 et C. Ritter, Neue Untersuchungen 370 sq., cum quibus etiam omnes quas inspexerim interpretationes huius temporis consentiunt.

Itaque tempore quo Plato hanc epistulam scribebat, i. e. anno 364, Speusippus Athenis versans valetudine ita laborabat, ut Syracusani medici ope indigeret; qua cum re congruit quod narrat Diog. Laert. 4, 1 et 3, Speusippo voluptatibus dedito corpus paralyti obtorpuisse eumque lectica in Academiam ferri esse solitum. In Speusippi quae feruntur epistulis (Socrat. epist. 33 (Orelli; Köhler 31), 34 (32), 35 (33), eius morbi saepius fit mentio; in epist. 35 (33) Speusippus rogat ut Philistio ad se mittatur; v. etiam ib. 36 (34) 1.

- 3 *τὸν ἐκ τῶν λατομιῶν*: quem Plato his verbis significet nescimus; si forte memoriae proditum est Philoxenum dithyram-

borum poetam a Dionysio Maiore in lapicidas esse coniectum, v. Aelian. Var. h. 12, 44, non est cur veri simillimum putemus ad illum maxime haec verba pertinere.

περὶ Ἡγησίππου τοῦ Ἀριστωνος: de viro nihil aliud traditur. 4

περὶ Δυσικλείδου: qui vir alibi non commemoratur. 315 a 1

τᾶληθὲς εἰπεῖν ἄξιον: 13, 362 c Plato suum esse existimat Dionysio nuntiare qualis quisque sibi erga illum esse videatur; quod et in illa epistula 362 b c e et hoc loco facit. Si quis dixerit eiusmodi rem a Platonis moribus abhorrere, nihil nisi praecipuatam ostendit de Platone opinionem.

ἐπὶ τὰ βελτίω λέγων: cf. Gorg. 503 d ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ καὶ 4
ἐπὶ τὸ βέλτιστον λέγων.

EPISTULA TERTIA.

Ad hanc epistolam scribendam Plato commotus est cum audivisset se a Dionysio falsis peti criminationibus. Dionysius dixerat se Graecas urbes in Sicilia condere volentem Syracusiosque regno pro tyrannide constituto relevare, a Platone esse prohibitum; quem eo tempore Dioni ut eadem perficeret esse auctorem. Aliae erant calumniae Philistidis aliorumque omnia si quid inique commissum esset in Platonem convertentium atque affirmantium Dionysium in omnibus rebus Platoni obsequi. De his rebus Dionysio sui defendendi causa respondere suum esse ratus primum satis copiosa narratione de consuetudine quae sibi cum Dionysio fuerit ostendit merito se fugisse Dionysii in rebus civilibus tractandis societatem (316c—318e), tum colloquio quod cum Dionysio habuerit commemorato falsa esse demonstrat quae sibi Dionysius crimini det (318e—319e).

Scripta est epistula post tertium Platonis iter Siciliense ante Dionis expeditionem, circiter a. 358; Platonis epistularum ad Dionysium scriptarum quae quidem servatae sint hanc esse postremam apparet. Et defendendi consilio et argumento ipso proxime ad eam accedit epistula septima, circiter a. 352 scripta; utriusque epistolae locis inter se comparatis et res ipsa de qua agitur elucet et quomodo quamque rem Plato variis temporibus spectaverit.

315 a 5 *Πλάτων Διονυσίω χαιρεῖν*: haec praescripti forma iam Platonis aetate in epistulis usitatissima videtur fuisse, sicut est in epistulis quas papyri Aegyptiae continent; v. Exler, A study in Greek epistolography (1923) p. 23.

b 1 *κατὰ τὴν ἐμὴν συνήθειαν γράφων »εὖ πράττειν«*: salutatio *εὖ πράττειν* in epistulis papyrorum quas quidem noverimus raro occurrit; Pap. Oxyrh. 4, 822 (saec. I. p. Chr.) *εὖ πράττειτε*; Papiri Greci e Latini (Pubblicazioni della Società Italiana) 4, 299 (= Ghedini, Lettere Cristiane dai papiri Greci del III e IV secolo p. 85) *τῇ κυρίᾳ ἀδελφῇ Τιτιανῶς εὖ πράττειν*; pap. Oxyrh. 1, 115 habet in extrema epistula valedicendi formulam

εἰ πρότιτετε pro *ἔρρωσθε*. Quod hic legimus Platonem ea uti consuevisse, omnino congruit cum illa notissima Socratis et Platonis doctrina demonstrante in duplici verborum *εἰ πρότιτετε* sensu praeclaram inesse sapientiam, v. Charm. 172 a, Gorg. 495 e, 496 e sq., 507 c; cf. Xenoph. Mem. 3, 9, 14. Cuius salutationis verba premuntur etiam in exordio epistolae 8.; in ep. 13. haec salutatio pro signo est quo ostendatur epistolam esse vere Platonis; illud quoque dignum est ad quod animum attendamus Platonis libros de re publica finiri enuntiato *ἴνα . . . εἰ πρότιτωμεν*.

Argumenta quibus F. Ziemann in commentatione »De epistularum Graecarum formulis sollemnibus« (1910) demonstrare conatur Platonem huius praescripti auctorem non esse, leviora sunt quam quibus re vera aliquid efficiatur; dicit enim p. 291 neminem non videre illam novam formulam admodum esse quaesitam et curiosam; huc accedere quod rhetores epistolographi ipso praescripto mores scribentium depingere amaverint; praeterea illius praescripti explanationem non satis quadrare capiti epistolae quae non ad alienos sed ad Dionysium amicum mittatur quippe qui Platonis usum novisset. Totum praescriptum Ziemannio ex Platonis philosophia sumptum videtur esse; quod et nos concedimus, si quidem ad »sumptum« additur »a Platone ipso«.

Salutationem *εἰ πρότιτετε* propriam esse epistularum Platonis commemorat Diogenes Laert. 3, 61 et Suidas s. v. *εἰ διάγειν, εἰ πρότιτετε, χαίρειν*. Platonem dubitantem utrum *χαίρειν* an *εἰ πρότιτετε* scribere praestet imitatur auctor Socrat. epist. 36 (Orelli; Köhler 34), 1 *λέγω δὴ σοι εἰ πρότιτετε, εἰ ἄρα τοῦτό ἐστι τοῦ χαίρειν ἄμεινον, ὡς οὐκ ἔστιν*.

Pluribus verbis de salutatione *εἰ πρότιτετε* a Platone probata deque aliorum philosophorum salutandi verbis agit Lucianus Pro laps. in salut. c. 4 sq. (I p. 728 sq. R.), ubi etiam hunc tertiae epistolae locum suis verbis exponit: *ἀλλ' ὁ θανμαστος Πλάτων . . . τὸ μὲν χαίρειν κελεύει καὶ πάνν ἀποδοκιμάζειν ὡς μοχθηρὸν δν καὶ οὐδὲν σπονδαῖον ἐμφαῖνον, τὸ δ' εἰ πρότιτετε ἀντ' αὐτοῦ εἰσάγει ὡς κοινὸν σώματός τε καὶ ψυχῆς εἰ διακεμμένων σύμβολον, καὶ ἐπιστέλλων γε τῷ Διονυσίῳ αἰ-*

τιᾶται αὐτόν, ὅτι ποιῶν ἐς τὸν Ἀπόλλω χαίρειν τὸν θεὸν προσεῖπεν ὡς ἀνάξιον τοῦ Πυθίου καὶ οὐχ ὀπως θεοῖς, ἀλλ' οὐδ' ἀνθρώποις δεξιοῖς πρέπον. Ipse Lucianus praescripto εἰδὲ πράττειν in duabus epistulis utitur, cum quibus dialogos Nigrinum et Peregrinum ad illos philosophos Platonicos mittit. De aliis locis quibus ea salutatio invenitur docet Ziemann in commentatione quam supra diximus p. 291 sq.; apud Arrianum initio dissertationum Epicteti eam occurrere semel, apud Plutarchum identidem (Moral. 138 a, [172 a], 464 e, 608 a, 1012 a), apud Neoplatonicos, velut in Porphyrii vita Plotini 17, in plurimis epistulis clarorum virorum a rhetoribus fictis.

Quae de aliorum philosophorum praescriptis traduntur sine dubio ad exemplar huius praescripti Platonici ficta sunt, velut quod de Pythagorae praescripto ὑγιαίνειν narrat Lucianus l. l. c. 5 et schol. Aristoph. Nub. 609, de Epicuri εἰδὲ διάγειν Diogenes Laert. 3, 61. Si res, non rhetorum commenta cum Platonis praescripto comparare volumus, laudandum est initium Senecae epistolae 15, cuius et Ziemann p. 294 mentionem facit: »mos antiquis fuit usque ad meam servatus aetatem primis epistolae verbis adicere: 'si vales, bene est, ego valeo'. recte nos dicimus: 'si philosopharis, bene est'. valere autem hoc demum est. sine hoc aeger est animus . . . ergo hanc praecipue validitudinem cura.« Et commune illud χαίρειν et Platicum εἰδὲ πράττειν superare conatur Synesius cum ep. 140 (p. 725 ed. Herch.) ad Herculanum scribit: καὶ ὡς πρὸς τοιοῦτόν μοι τῆς ἐπιστολῆς τὸ πρόσρημα πολλὰ φρονεῖν, οὐ χαίρειν οὐδ' εἰδὲ πράττειν, τὸ μετριώτερον.

Commemorandum videtur valetudinis quae dicitur formulam »si vales, bene est, ego valeo«, quam Lagidarum aetate et primis Romanorum saeculis in epistulis privatis vel regum litteris praescriptum sequi solere docet Ziemann in commentatione quam supra diximus p. 302 sqq., in Platonis epistulis non occurrere. Contra clausulae formula quam extremo fine epistularum iam in vetustissimis papyrorum epistulis usitatam esse ostendit Ziemann l. c. p. 334, occurrit in Platonis epistula 2, 314 c ἔρωσο, 4, 321 c εὐτύχει, 5, 322 c εὐτύχει, 10, 358 c ἔρωσο, 11, 359 c εὐτύχει, 13, 363 c ἔρωσο; praeterea in Platonis

quae fertur epistula prima 310 b *ἔρρωσο*; in aliis epistulis clausula deest, quod non solum in apographis, sed etiam in epistulis re vera missis occurrere ostendit Ziemann l. c. p. 356 sqq. Formula *εὐτύχει* in omnibus epistulis in quibus occurrat in ipso fine posita est; contra *ἔρρωσο* in ep. 2. et 13. longiorem epistulae exeuntis partem praecedit, in epist. 10. ad eam alia exhortatio additur. Etiam in hac re huius formulae usus Platonicus non congruit cum usu epistularum quae in papyris servatae sunt, in quibus saeculis antechristianis *ἔρρωσο* et *εὐτύχει* nudum, nullo vocabulo addito inveniri commemorat Ziemann l. c. p. 339. Quae declinatio a communi atque usitata scribendi regula, siquidem eo tempore communis atque usitata erat, Platonis dicendi genus minime dedecere mihi videtur.

Quod ad discrimen inter clausulam *ἔρρωσο* et *εὐτύχει* attingit, Ziemann l. c. 350 sqq. non consentit cum Mahaffyo opinante clausulam *ἔρρωσο* adhiberi tantummodo in epistulis ad inferiores vel familiares missis, *εὐτύχει* vero tum, cum ad homines superioris ordinis scribatur; ipse contendit posse credit in universum in hypomnematis et enteuxibus quae dicuntur addi clausulam *εὐτύχει*, in veris epistulis *ἔρρωσο*. Platonis epistularum usum neque ad Mahaffyi neque ad Ziemannii opinionem probandam quadrare apparet; ceterum Ziemann ipse concedit nonnullas epistulas privatas cum illa sua regula dissentire, sed cum multae earum ortae sint primis Lagidarum saeculis, fortasse iudicari posse eo tempore illum clausularum usum nondum adeo apparuisse (p. 351 et 354).

Quod in anonymi libello qui Characteres epistolici inscribitur paragrapho 51 epistulas scribentibus solum salutationis forma *ὁ δεῖνα τῷ δεῖνι χάλρειν* commendatur salutationis *εὖ πρώττειν* nulla mentione facta, in argumentis ponendum esse mihi quidem videtur Proclo Platonico eum libellum falso attribui esse solitum.

χαῖρε: Charm. 164 d sq. monet Critias ipsum deum Delphicum alloqui eos qui ad templum eius adveniunt verbis *γνώθι σαυτόν*, quae significant idem quod *σωφρόνει*, non usitata salutatione *χαῖρε*, »ὡς τούτου μὲν οὐκ ὀρθοῦ ὄντος τοῦ προσρήματος, τοῦ χάλρειν, οὐδὲ δεῖν τοῦτο παρακελεύεσθαι

ἀλλήλοις ἀλλὰ σωφρονεῖν«. Apparet a Dionysio hymnum esse compositum in Apollinem Pythium versibus hexametris (cf. Lucian. loco in annotatione quae praecedat citato *ποιῶν ἐς τὸν Ἀπόλλω*) eumque Pythiis esse recitatum. De Dionysio Apollinis cultore v. annot. ad 13, 361 a 1.

- c 1** *μὴ δτι δὴ θεῶ:* sic scribunt optime mea quidem sententia Howald et Souilhé correctionem codicis *A* secuti; *οὔτι θεῶ ΑΟ;* *οὔτι δὴ θεῶ* Schneider et Andreae; *μήτι δὴ θεῶ* Burnet. Latine »ne dicam deo«; cf. 7, 329 e *μὴ δτι κωλύοντος . . . Διονυσίου, ἀλλ' οὐδ' εἰ μὴ . . . ἐπέστελλεν*, Conv. 207 e *καὶ μὴ δτι κατὰ τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν*.
- 2** *πόρρω γὰρ ἡδονῆς ἴδρται καὶ λύπης τὸ θεῖον:* cf. Phil. 33 b *οὐκ οὐκ εἰκός γε οὔτε χαίρειν θεοῦς οὔτε τὸ ἐναντίον*. || *πάνν μὲν οὖν οὐκ εἰκός· ἄσχημον γοῦν αὐτῶν ἐκάτερον γιγνώμενόν ἐστιν*, Epin. 985 a *θεὸν μὲν γὰρ δὴ τὸν τέλος ἔχοντα τῆς θείας μοίρας ἔξω τούτων εἶναι, λύπης τε καὶ ἡδονῆς, τοῦ δὲ φρονεῖν καὶ τοῦ γιγνώσκειν κατὰ πάντα μετειληφέναι*. De invidia simili modo dicitur Phaedr. 247 a *φθόνος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ ἴσταιται*.
- 4** *βλάβην ἡδονῆ καὶ λύπη γεννᾷ:* laetitiae et aegritudinis in-temperantiam in gravissimis animi morbis ponit Plato Tim. 86 b. *δυσμάθειαν καὶ λήθην:* Tim. 87a exponitur ex immodica aegritudine gigni varias animi defectiones quales sint *δυσκολία, δυσθυμία, θρασύτης, δειλία, λήθη, δυσμαθία*.
- 6** *ὄπη βούλει δέξασθαι, ταύτη δέχου:* cognoscimus longo illo ac prope molesto epistulae exordio, quo demonstratur salutationem *εὔ πράττειν* salutationi *χαίρειν* esse praefendam, a Platone sciente Dionysium peti.
- d 2** *τάς τε Ἑλληνίδας πόλεις ἐν Σικελίᾳ οἰκίσειν καὶ Συρακουσίους ἐπικουφίσει:* ad haec duo gravissima perficienda se una cum Dione Dionysium hortatum esse scribit Plato 7, 332 e.
- 4** *μεταστήσαντα:* quamquam totius actionis subiectum genitivo pronominis *σοῦ* continetur, adiunctus est infinitivo *ἐπικουφίσει* accusativus participii *μεταστήσαντα* una cum infinitivo illo Dionysii consilium exprimens, participio *μέλλοντος* indicatum; cf. Phaedr. 276 e *παγκάλην λέγεις παρὰ φαύλην παιδιάν, ὦ Σώκρατες, τοῦ ἐν λόγοις δυναμένου παίζειν, δικαιοσύνης τε καὶ ἄλλων ὧν λέγεις περὶ μυθολογοῦντα*.

ὑπὸ Φιλιστίδου: hunc Platonis calumniatorem Ed. Meyer, **e 3** Gesch. des Altertums 5, 502, eundem esse putat atque notissimum illum Philistum, rerum scriptorem, a Dionysio Maiore quem olim adiuverat (Diod. 13, 91, 4) expulsum, postea revocatum (Diod. 15, 7, 3 sq.), fidum Dionysii Minoris adiutorem, Dionis acerrimum adversarium, v. Plut. Dio 14. Plutarchus, Dio 19, scribit Siculos speravisse Philisto a Platone victo fore ut tyrannis succumberet philosophiae.

Φιλιστίδης et *Φίλιστος* duae formae eiusdem nominis putandae sunt, ut *Φιλιππίδης* et *Φίλιππος*, *Φειδιππίδης* et *Φειδιππος*. Fortasse Plato ipse consilio quodam hoc loco adversarii nomen mutatum scribit; cf. *Σιμαντίδης* pro *Σίμων* apud Lucia num, Somn. s. Gall. 14.

ἄλλα: quam non consentiant cum hac aestimatione ea **316 a 1** quae in ep. prima leguntur v. annot. ad 1, 309 a 1. Contra non recte mihi quidem videtur H. Richards, Cl. Rev. 14, 1900, 336 sq. invenire repugnantias quasdam quae intersint inter hunc locum et ea quae leguntur 319 a (*κελεύων σε τὰς πόλεις τὰς Ἑλληνίδας κατοικίξεν*) et 319 c (*παιδευθέντα με ἐκέλευες ποιεῖν πάντα ταῦτα ἢ μὴ ποιεῖν*). Immo Plato hoc loco se quaedam de re publica cum Dionysio egisse minime negat.

ὅτε τι πλέον ποιεῖν ἂν φήσῃ: sunt qui *ἂν* particulam cum *φήσῃ* coniungentes reprehendant rarissimum Platonis tempore usum indicativi temporis historici cum *ἂν* in enuntiato subiunctivo de actione praeterita iterata adhibiti iique iure, siquidem recte A. Debrunner, Glotta 11, 1921, 1 sqq., talem usum solum in Graecitate hellenisticae quam dicimus aetatis occurrere demonstrat. At nihil obstat quin particula *ἂν* ad infinitivum *ποιεῖν* relata potentialis infinitivi vis agnoscatur.

τὰ περὶ τῶν νόμων προοίμια: de prooemiis legum verbis praemittendis v. Leg. 4, 722 c sqq. Cuius rei causa Plato Syracusis legum prooemia composuerit nescimus neque quidquam certi potest dici quae iis incerserit ratio cum libris de legibus quos Plato scriptos reliquit et quibus plurima prooemiorum exempla continentur. **2**

πρὸς δύο δὴ μοι διττὰς ἀναγκαῖον ποιήσασθαι τὰς ἀπολογίας: **b 2** quae calumniarum et defensionis divisio revocat animum ad

memoriam Socratis in Platonis Apologia calumnias et defensionem dividens, v. praecipue 18 a *πρῶτον μὲν οὖν δίκαιός εἰμι ἀπολογήσασθαι . . . πρὸς τὰ πρῶτά μου ψευδῆ κατηγορημένα καὶ τοὺς πρώτους κατηγόρους, ἔπειτα δὲ πρὸς τὰ ὕστερον καὶ τοὺς ὑστέρους*, ib. d *ἀξιώσατε οὖν καὶ ὑμεῖς . . . διττοὺς μου τοὺς κατηγόρους γεγενῆναι, ἑτέρους μὲν τοὺς ἄρτι κατηγορήσαντας, ἑτέρους δὲ τοὺς πάλαι οὓς ἐγὼ λέγω*. Hoc loco Plato in prioribus calumniis ea ponit, quae Philistides et alii variis rumoribus differebant, dum ad Platonem auctorem omnia referunt quae ii, qui rei publicae praeerant, parum populariter gesserunt (315 e), posteriore crimine se videt insimulari a Dionysio affirmante se impeditum esse a Platone quominus perficeret quae sibi ad rem publicam melius administrandam proposuisset (315 d). De illa re Plato respondet satis copiosa narratione de sua prima et altera apud Dionysium Minorem commoratione (316 c—318 e), de hac cum admonet colloqui circa viginti diebus ante quam Syracusis profectus est cum Dionysio habiti (318 e—319 e).

- 5 *ὡς οὐκ ἐμὴν ταύτην εἰρηκας συμβουλήν οὐδὲ διακώλυσιν*: Richards, Cl. Rev. 14, 1900, 98, in hoc enuntiato ad complendam sententiam vocem *ἀληθῶς* desiderat. At hacc per brachylogiam quae vocatur dicta esse apparet pro *ὡς οὐκ ἐμὴ ἦν αὐτῆ ἢ συμβουλή οὐδὲ διακώλυσιν, ἦν εἰρηκας*; cf. Pol. 7, 515 a *ἀποπον . . . λέγεις εἰκόνα καὶ δεσμώτας ἀτόπους*, Theaet. 144 d *γεννικὸν λίγεις τὸν ἄνδρα*.

ἔμποδῶν ἐμὲ γεγενῆσθαι: infinitivus appositionis quae vocatur modo substantiva *συμβουλήν* et *διακώλυσιν* explanans; cf. 318 b *μηχανὴν ἠδρες ἐμὲ ἐκφοβεῖν*, 7, 324 b *δόξαν . . . Συρακοσίου οἰεσθαι δεῖν ἐλευθέρους εἶναι*, Pol. 7, 531 c *οὐκ εἰς προβλήματα ἀνίσσιν, ἐπισκοπεῖν τίνες σύμφωνοι ἀριθμοὶ καὶ τίνες οὐ*, ib. 8, 566 b *τὸ δὴ τυραννικὸν αἴτημα . . . πάντες . . . ἔξευρισκουσιν, αἰτεῖν τὸν δῆμον φύλακὰς τινὰς τοῦ σώματος*.

- c 2 *ἦλθον . . . εἰς Συρακούσας*: de hoc adventu narrat Plato etiam 7, 327 d sqq.

- 3 *ξένου πάλαι γεγονότος*: iam a tempore quo Plato apud Dionysium Maiorem commorabatur; cum Dionysio Minore paulo ante finem alterius suae Syracusanae commorationis hospitium fecit, v. 7, 338 d.

ἐν ἡλικίᾳ ὄντος μέση τε καὶ καθεστηκυῖα: Dio eo tempore prope ad quadragesimum aetatis suae annum pervenerat, v. annot. ad 7, 324 a 6.

ὧν δὴ παντάπασιν χρεῖα τοῖς νοῦν καὶ σμικρὸν κεκτημένοις: 4
ὧν idem atque οἶων (ἀνδρῶν), i. d. firmatae aetatis virorum; dativo τοῖς νοῦν καὶ σμικρὸν κεκτημένοις non significantur qui rem de qua agitur aestimant, sed ii qui illorum virorum indigent, scilicet Plato et Dionysius; eadem virorum recte suadentium indigentia commemoratur 6, 322 d. De dictione καὶ σμικρὸν cf. 7, 336 e ᾧ καὶ βραχὺ δόξης ὀρθῆς μετέδωκεν θεία τις τύχη, Apol. 27 e ὅπως δὲ σύ τινα πείθοις ἂν καὶ σμικρὸν νοῦν ἔχοντα ἀνθρώπων; Phil. 58 a ὅσοις νοῦ καὶ σμικρὸν προσήρηται, Tim. 48 c ὑπὸ τοῦ καὶ βραχὺ φρονοῦντος, Leg. 5, 737 b ὅσοις νοῦ καὶ σμικρὸν μετῆ, ib. 6, 776 e οὐδὲ πιστεῦειν οὐδέποτε' οὐδὲν τῷ γένει δεῖ τὸν νοῦν κεκτημένον.

σφόδρα νέου: in iuvenili Dionysii aetate maximam spem se 6
habere ostendebat Dio, cum Platonem monebat ut Syracusas veniret, v. 7, 328 a καὶ τὴν νεότητα καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν Διονυσίου φιλοσοφίας τε καὶ παιδείας ὡς ἔχοι σφόδρα λέγων. Dionysii aetatem computat G. Grote, A History of Greece (1869) 10, p. 333 annot. 1, eorum ratione habita, quae Plutarchus, Dio c. 37, de Apollocrate, Dionysii filio, narrat; efficitur Dionysium anno 367, quo pater eius est mortuus, iuvenem fuisse circiter XXV annorum.

πολλῆς ἀπειρίας οὔσης περὶ σέ: accusativo cum prae-positione περὶ etiam aliis locis pro genetivo utitur Plato eoque et possessivo et obiectivo, cf. 7, 327 b μέχρι τοῦ θανάτου τοῦ περὶ Διονύσιον γενομένου, 325 b ἢ περὶ τὸ πράττειν τὰ κοινὰ καὶ πολιτικὰ ἐπιθυμία, 325 c τῆς... ἀγωγῆς... περὶ ἓνα τῶν τότε φευγόντων φίλων, 328 b τὴν δ' ἐμὴν δόξαν τὸ... περὶ τῶν νέων... εἶχεν φόβος, 335 b περὶ τὴν ἀνδραποδώδη... ἡδονὴν... τοῦμπληπασθαι, 338 a τοῖς οἰκείοις καὶ ἑταίροις τοῖς περὶ Δίωνα, 340 a τῶν περὶ ἐμὲ πραγμάτων, Leg. 3, 677 e τὰ περὶ τοὺς ἀνθρώπους πράγματα, 692 d ἢ δ' αὖ (πόλις)... ἢ περὶ τὸ Ἄργος, Phaedr. 279 a κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν... λόγους. Simili modo adhibetur dativus cum παρά, v. annot. ad 2, 312 b 5.

d 1 *σφόδρα ἀγνώτος ἐμοί*: Plato consulto plurimis verbis exponit quid Dionysius a Dione differre sibi visus sit — immo vero dicit alterum prudentem (*ἐμφρονα*) alterum imprudentem (*ἄφρονα*) fuisse — ut probaret se non potuisse cum Dionysio sentire eiusque partes sequi.

εἴτ' ἀνθρώπος εἴτε θεὸς εἴτε τύχη τις μετὰ σοῦ: cf. 8, 353 b *εἴτε δὴ θεῖον τις ἡγεῖσθαι βούλεται τύχην καὶ θεὸν εἴτε τὴν τῶν ἀρχόντων ἀρετὴν εἴτε καὶ τὸ συναμφοτέρον*. De dei deorumque apud Platonem ratione habita v. annot. ad 7, 326 b 2.

7 *ἐκ τῶν λοιπῶν*: cf. Leg. 4, 709 e *ὁ λαβῶν ἔξεις ὥστ' ἐκ τῶν λοιπῶν αὐτὸς τὴν πόλιν ἱκανῶς διοικήσῃαι*.

e 4 *συντείνων οὐκ ἀνήκα*: cf. 7, 340 c *συντείνων... οὐκ ἀνήσῃων πρὶν ἢ τέλος ἐπιθῆ παῖσιν, ἢ λάβῃ δύναμιν*.

μόλις μὲν, ὅμως δ' ὠμολογήθη: omitto Burnetii notam interpunctionis post *ὅμως δ'* positam. Per brachylogiam quae vocatur dictum, qualis est usitatissima, si actionem non plane atque facile sed cum exceptione aut molestia quadam fieri significatur, cf. 7, 325 a *πάλιν δὲ βραδύτερον μὲν, εἴλκεν δέ με ὅμως*, Pol. 10, 607 e *βία μὲν, ὅμως δὲ ἀπέχονται*. Quod idem apud poetas occurrit, velut Soph. Ant. 1105 sq. *μόλις μὲν, καρδίας δ' ἐξίσταμαι τὸ δρᾶν*, Eur. Phoen. 1421 *μόλις μὲν, ἐξέτεινε δ' εἰς ἦπαρ ξίφος*, Aristoph. Nub. 1363 *κἀγὼ μόλις μὲν, ἀλλ' ὅμως ἡμεσχόμεν τὸ πρῶτον*. Alibi verbum aut idem aut simile bis ponitur, v. annot. ad 7, 327 c 1.

317 a 1 *πόλεμος ὑμᾶς κατεῖχεν*: cf. de eodem tempore 7, 338 a *ἦν γὰρ τότε πόλεμος ἐν Σικελίᾳ*; unde etiam Plut. Dio 16 *ἐν τούτῳ δὲ πολέμου τινὸς ἐμπεσόντος ἀποπέμπει τὸν Πλάτωνα*. Quodnam fuerit illud bellum, certum nescimus; Ed. Meyer, Gesch. d. Alt. 5, 506 usus loco Diod. 16, 5 opinatur mentionem fieri belli quod Dionysius cum Lucanis languide gessit atque brevi finivit.

3 *σὲ δὲ καλεῖν ἡμᾶς*: cf. de eadem re 7, 338 a *Διονύσιος ἔφη μεταπέμψασθαι Δίωνα καὶ ἐμὲ πάλιν*.

5 *σωτηρίας*: cf. 7, 338 e *ἐπειδὴ... οἴκαδε ἐσώθην*. Proprie de iis qui e navigatione sospites reverterunt, cf. Pol. 1, 346 a *κυβερνητικὴ (ἡμῖν παρέχεται) σωτηρίαν ἐν τῷ πλεῖν*.

7 *εἰς αὐθις*: 7, 338b legimus Dionysium uno anno intermisso Dionem revocaturum fuisse.

μεταπέμψασθαι: Burnet recentiorum codicum manuscriptorum auctoritatem secutus scribit *μεταπέμψεσθαι*; at infinitivus aoristi, qui etiam 7, 338 a simili loco occurrit, etiam alibi adhibetur cum spei voluntatis pollicendi verbis coniunctus, velut 4, 320 e *πολλή ἐστιν ἐλπίς ἀναιρεθέντος Διονυσίου διαφθαρεῖν τὰ πράγματα*, 7, 331 e *ὅπως... μέλλοι... φίλους... κησασθαι* (AO, Burnet *κησασθαι*), 11, 359 c *οἰομένους τι ἐτοίμως διαπράξασθαι* (Richards *διαπράξεσθαι*), Conv. 193 d *εἰς τὸ ἔπειτα ἐλπίδας μεγίστας παρέχεται... μακαρίους καὶ εὐδαίμονας ποιῆσαι*, Phaed. 67 b *πολλή ἐλπίς ἀφικομένων... ἐκεῖ ἱκανῶς... κησασθαι τοῦτο*, Euthyd. 278 c *ἐφάτην γὰρ ἐπιδείξασθαι* (Stephanus *ἐπιδείξεσθαι*) *τὴν προτροπικὴν σοφίαν*.

ἀλλὰ καὶ Δίῳι τότ' ἀπηχθόμην: de eadem re 7, 338 c *καὶ ἀπηχθόμην ἄμφοϊν*.

τριῆρης ἀφίκετο καὶ ἐπιστολαὶ παρὰ σοῦ: cf. de eadem re 7, 339 a sq. *ἔπεμψε... Διονύσιος τρίτον ἐπ' ἐμὲ τριῆρη... ἔπεμψεν δὲ ἐπιστολὴν πᾶν μακράν*.

ἤρχεν: de initio epistulae, non de eius summa; cuius initii ipsa verba commemorantur 7, 339 c.

τάναντία: i. e. «οὐδέν σοι τῶν περὶ Δίῳνα ἔξει πραγμάτων οὔτε περὶ τᾶλλα οὔτε περὶ αὐτὸν κατὰ νοῦν γιγνόμενα» (7, 339 c).

αἰσχύνομαι: v. annot. ad 2, 310 d4.

ὅσαι τότε ἐπιστολαὶ παρὰ σοῦ καὶ παρ' ἄλλων ἦλθον διὰ σέ: 6 cf. de eadem re 7, 339 d *ἐπιστολαὶ δὲ ἄλλαι ἐφοίτων παρὰ τὸ Ἄρχύτου καὶ τῶν ἐν Τάραντι*.

μαλθακίζεσθαι: eodem verbo utitur Plato 7, 329 b cum narrat qua verecundia commotus statuerit Syracusas proficisci: *εἶ τι καταμαλθακισθεῖς καὶ ἀποδειλιῶν αἰσχύνῃς μετέσχον κακῆς*.

τὴν ἡλικίαν αὐτοῖς προὔτεινόμεν: cf. 7, 338 c *ὅτι γέρον ἐῖην*. Plato eo tempore prope iam septuaginta annos natus erat.

τὰς μεγάλας οὐσίας... τρεφούσας... κακὸν... γεννᾶ πλοῦτος: 6 cum hoc verborum *τρέφειν* et *γεννᾶν* usu translato cf. Pol. 4, 441 e *μουσικῆς καὶ γυμναστικῆς κρᾶσις... τὸ μὲν ἐπιτείνουσα καὶ τρέφουσα λόγοις τε καλοῖς καὶ μαθήμασιν*, ib. 8, 568 e

ὁ δῆμος ὁ γεννήσας τὸν τύραννον θρόφει αὐτόν τε καὶ ἑταίρους,
Leg. 10, 889 d εἶδωλα... οἳ' ἡ γραφικὴ γεννᾶ καὶ μουσικῆ.

d 2 πρὸς ἡδονὴν μετὰ αἰσχροῦ βλάβης ὁμιλοῦντας: cf. Gorg. 513 d μίαν μὲν (παρασκευῆν) πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖν, τὴν ἑτέραν δὲ πρὸς τὸ βέλτιστον, ib. 521 a ὡς διακονήσουντα καὶ πρὸς χάριν ὁμιλήσουντα.

e 2 ἤξιουν... κατάγειν Δίωνα οἰκειωσάμενον: omissum est pronomen σε, obiectum verbi ἤξιουν idemque subiectum verbi κατάγειν; cf. 349 e ἐκέλευε... σοὶ φράζειν omisso pronomine με.

4 φράζων τὴν οἰκειότητα, ἦν εἰ ἐμοὶ τότε ἐπέειθον...: accusativus ἦν attractione quae dicitur accusativo τὴν οἰκειότητα assimilatus sua vi relativa enuntiatum compositum quod sequitur adiungit, cf. 6, 323 c φιλοτήτά τε καὶ κοινωνίαν, ἦν ἂν μὲν φιλοσοφῶμεν... κύρια τὰ νῦν κεχρησμοδημένα ἔσται. Articulo τῆν voci οἰκειότητά addito videtur significari Platonem certum quoddam familiaritatis genus commemorare, quod ipse eo tempore Dionysio suaserit quodque Dionysius non perfecerit; parum liquet utrum necessitudinem et affinitatem quae proprie dicatur coniungendam proposuerit an eam quae inter eos exsistat qui eadem de re publica vel de philosophia sentiunt; huius modi est ea de qua Parm. 128 a dicitur Ζήνων δδε οὐ μόνον τῆ ἄλλῃ σου φίλτα βούλεται ὠκειῶσθαι, ἀλλὰ καὶ τῷ συγγράμματι.

5 βέλτιον... ἔσχε καὶ σοὶ καὶ Συρακούσαις καὶ τοῖς ἄλλοις Ἑλλησιν: impersonali verbi ἔχειν structura minus usitata Plato usus est, ne sibi verbum personale ad tria varia subiecta referendum esset.

Sunt qui hanc epistolam post Dionis expeditionem a. 357 factam putent aut esse scriptam aut scriptam fingi; qui hunc locum ad illas caedes civium quae Syracusis factae sunt usque ad id tempus quo Dionysius Syracusis relictis Locros se contulit referendum esse existimant. F. Juroszek, Commentatio critica p. 154 sq. putat vix reperiri posse quid ante Dionis expeditionem in Sicilia acciderit, quod si non accidisset melior Dionysii et Syracusanorum et omnium reliquorum Graecorum condicio futura fuerit. Profecto eo tempore plura erant quae Plato corrigenda censeret; Dionysii et Dionis discidium quod iam iam in bellum erupturum videbatur, desperatio Syracusarum

tyrannidis in regnum redigendae, Graecarum urbium κατοίκισις neglecta.

ὡς ἡ ἐμὴ δόξα μαντεύεται: cf. Phil. 66 b ὡς ἡ ἐμὴ μαντεία 6 et v. annot. ad 7, 328 b2.

καὶ μὴ διανείμασθαι τοὺς διανειμαμένους, οὓς οἶσθα σύ: 318 a 1
Dionysius Dionis rem familiarem non propinquis sed alienis procurandam dedit qui eam inter se partiebantur; quibus verbis hyperbolen quae dicitur contineri ex iis quae de illis procuratoribus (ἐπίτροποι) 7, 345 c commemorantur satis apparet. Cum dictione οὓς οἶσθα σύ cf. 4, 320 c τοὺς οἶσθα δήπου.

καὶ μᾶλλον ἐγὼ ἔτι καὶ οὐχ ἤττον: eiusdem rei duplex 3
significatio, cf. 319 a ψεύδεσθαι καὶ μὴ τάληθῆ λέγειν, 7, 335 b τυφλὸς ὢν καὶ οὐχ ὄρων, 7, 350 d ἀπειθοῦντες καὶ οὐ πειθόμενοι, Leg. 3, 690 c οὐ παρὰ φύσιν... κατὰ φύσιν δέ.

τὴν Δίωνα ἀποδόμενος οὐσίαν... τῷ παιδί καταλείπειν αὐτοῦ: 5
cf. 7, 347 d, ubi Dionysius pollicetur se dimidium illud per Platonem Dionis esse missurum; Corinthi illo loco nulla fit mentio minaeque Dionysii quodam tempore intermisso illi colloquio successisse dicuntur quo Dionysius Platoni persuadebat ut Syracusis maneret.

οὐ πείσας Δίωνα: cf. de eadem re 7, 347d sq. b 3

τὸν κολοφῶνα... ταῖς ὑποσχέσεσιν... ἐπέθηκας: cf. Euthyd. 4
301 e κολοφῶνα ἐπιτιθεῖς τῇ σοφίᾳ, Leg. 2, 673 d ἐπὶ τολύβην τῇ τῆς μέθης χρεῖα τὸν κολοφῶνα πρῶτον ἐπιθῶμεν.

Ἡρακλείδην: de Heraclidae fuga narratur 7, 348 b sqq. Heraclides postea Corinthum ad Dionem perfugit (Nep. Dio 5, Plut. Dio 32), cum quo potius communis periculi quam consiliorum societate coniungebatur; Dionysio victo ex simultate quae Heraclidae cum Dione intercedebat (v. 4, 320 d) inimicitiae exortae sunt dum Heraclides popularium factioni praeficitur, quas Dio cum lenire non posset Heraclidam iussit interfici (Nep. ib. 6, Plut. ib. 53). De Heraclidae epistulis Lacedaemonem et Aeginam missis v. 4, 321 b. c 1

μετὰ Θεοδότου καὶ Εὐρυβίου: de iis pluribus verbis narratur 7, 348e sq.; Theodotes etiam 4, 321 b et Plut. Dio 12, 45, 47 commemoratur; Plut. ib. 45 Heraclidae avunculus fuisse dicitur. 2

- 4 *εἴπεις*: accuratius scribitur 7, 349 e Dionysium ea per nuntium quendam Platoni dixisse.
- d 2 *καὶ ταῦτα μὲν ταύτη περὶ τὰ πολιτικὰ κοινωνίας τῆς ἐμῆς καὶ σῆς*: sc. *εἰρήσθω*. Genetivus *κοινωνίας* additur eodem modo quo genetivus cum verbis dicendi et putandi coniungi solet praesertim si quod dicitur vel putatur verbis est expressum; cf. Pol. 4, 439 b *τοῦ τοξότου οὐ καλῶς ἔχει λέγειν ὅτι* quae sequuntur, ib. 5, 459 b *τί δὲ ἱππων οἶει . . . καὶ τῶν ἄλλων ζώων*; ib. 9, 576 d *ἄλλ' εὐδαιμονίας τε αὐτὴ καὶ ἀθλιότητος ὡσαύτως ἢ ἄλλως κρίνεις*;
- 3 *εἰκότως*: cum *οἶει* coniungendum »recte putas«, i. e. »recte se habet, si putas«; quae cum ita intellegamus, Richardsii correctio *οἶου* non est necessaria.
- 5 *τὸν μὲν παλαιὸν φίλον καὶ ξένον κακῶς πράττοντα διὰ σέ . . . σὲ δὲ τὸν ἀδικοῦντα*: simili modo Dionysius Dioni opponitur 316 c sq.
- 6 *μηδὲν σοῦ χεῖρω, ἵνα οὕτως εἶπω*: vocis *οὕτως* vi praevalente idem significatur quod Latinis enuntiatis »ut lenius nomen rei imponam«, »ne dicam acrius«; cf. Hipp. Min. 372 d *τοιούτος εἰμι οἷόσπερ εἰμί, ἵνα μηδὲν ἐμαντὸν μείζον εἶπω*.
- e 2 *τῆς ἐμῆς μεταβολῆς, εἰ μετεβαλόμην*: enuntiato *εἰ μετεβαλόμην* addito irrealis modus actionis exprimitur, qui substantivo solo significari non potest; simili modo exprimuntur alia quae ad verbum supplendum pertinent, velut 13, 360 b *ἀπ' αὐτῆς τῆς μεταπέμψεως, ὅτι μετεπεμψάμην αὐτόν*.
- 4 *λυκοφιλίαν*: de amicitia suspiciosa atque subdola; Eustathius p. 809 commemorat apud Aelium Dionysium vocem *λυκοφιλίως* pro *ὑπόπτως*, *ὑπούλως* inveniri atque Menandri versum citari *λυκοφίλιοι μὲν εἰσιν αἱ διαλλαγαί* [4 p. 279 Mein.]; idem apud Photium, Lex. s. v. *λυκοφιλίως· ὑπόπτως· ὑπούλως· οὕτω Μένανδρος*. M. Antoninus Imp., In semet ipsum 11, 51, eam quam *λυκοφιλίαν* vocat animo simplici contrariam esse dicit: *τοιούτον ὄλωσ δεῖ τὸν ἀπλοῦν καὶ ἀγαθὸν εἶναι, οἷον γράσωνα, ἵνα ὁ παρασιτὰς ἅμα τῷ προσελθεῖν, θέλει οὐ θέλει, αἰσθηταί. ἐπιτήδευσις δὲ ἀπλότητος σκάλμη ἐστίν. οὐδὲν ἐστὶν αἰσχίον λυκοφιλίας· πάντων μάλιστα τοῦτο φεῦγε. ὁ ἀγαθὸς καὶ ἀπλοῦς καὶ εὐμενὴς ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχουσι ταῦτα*

καὶ οὐ λανθάνει. Alia est notio amicitiae utilitatis causa comparatae Phaedr. 241 c ὡς λύκοι ἄρνας ἀγαπῶσιν, ὡς παῖδα φιλοῦσιν ἔρασταί. Hoc epistulae loco Plato comiter atque urbane facit cum et sibi et Dionysio, non Dionysio soli, illam diffidentiam ac suspicionem imputat.

τῶ... γενομένῳ: V O²; Burnet A O secutus γενομένῳ. 5

περὶ οὗ μοι τὸ δεύτερον ἀπολογητέον ἔφην εἶναι: v. 316 b. 319 a 1

ψεύδεσθαι... καὶ μὴ τάληθῆ λέγειν: v. annot. ad 318 a 3. 2

φημί γάρ σε... ἢ σοῦ μέλοι: enuntiato ἂ νῦν δὴ λέγεις ἐμοὶ μεμφόμενος interposito factum est ut verborum conformatio voce φημί incepta relinqueretur et quae sequuntur cum verbo enuntiatum interpositi iungerentur; cf. in enuntiato insequenti εἰ μνημονεύω... κατοικίξιν et Phaedr. 272 d παντάπασιν γάρ, ὃ καὶ κατ' ἀρχὰς εἶπομεν τοῦδε τοῦ λόγου, οὐδὲν... δέοι.

Ἀρχεδήμον... καὶ Ἀριστοκρίτου: de Archedemo v. annot. ad 2, 310 b 4; Aristocritus, qui etiam 13, 363 d commemoratur, privatis Dionysii consiliis multum videtur interfuisse. Aliud apparet fuisse colloquium quod Plato cum Dionysio praesentibus Eurybio et Theodote habitum enarrat 7, 349 a sq.

εἰ μνημονεύω... κελεύων σε... κατοικίξιν: participium κελεύων verbo ἦλθον enuntiatum interpositi adiungitur, cf. enuntiatum quod praecedit φημί γάρ σε... ἢ σοῦ μέλοι. 7

ἢ τι καὶ ἄλλο πρὸς τούτῳ: Plato eo tempore Dionysio suadebat, ut mores suos vitaeque consuetudinem corrigeret atque fidos amicos sibi pararet, v. 7, 331 d. b 4

ὑβριστικῶς... ὡς ᾧον: Dionysius dum in ea quae ei Plato suadebat, quasi stulta insultare sibi videtur, re vera suam prodit insipientiam; cf. 7, 335 b καταγελῶν, ὡς οἶεται. 5

διὸ τὸ τότε σοι ὑβρισμα νῦν ὑπαρ ἀντ' ὀνειράτος γέγονεν: Ritter, Neue Unters. p. 401, putat hoc enuntiatum dici ea quae de re publica gerenda Plato docuerit, a Dionysio contempta ad effectum esse adducta Dionis opera; Dionis successum esse quod Plato ὑπαρ appellet. Hackforth l. c. p. 63 Ritterii explicationem secutus vocem τὸ ὑβρισμα sensum vocis τὸ ὑβρισθέν habere opinatur Platonisque quasi somnium de rege eodemque philosopho ea significari. De Dione haec verba dici existimant etiam Apelt Andreae L. A. Post in annotationibus ad versiones 6

huius loci; Andreae praeterea commemorat Academicum fuisse Dionem qui in tyrannum impetum susceperit. At illud ὕβρισμα mea quidem sententia ad nullam aliam rem pertinebat nisi quod Plato postulavit ut Dionysius cum rem publicam administraturus esset doctrinae se erudiendum daret; quod tum a Dionysio irridebatur, id neglectum pessimo effectu Dionysium afflixit quippe qui optima eruditionis expers remanserit. Etiam Howald in annot. ad locum de quo agimus ita interpretatur ut neget haec verba ad Dionis expeditionem pertinere. Qui vir doctus in ea re mihi videtur errare, quod putat eum illius risus eventum hic significari quod Dionysius nunc ab Archedemo geometriam discat, cui sententiae grandiloquum dicendi genus minime esse aptum; nam quae de Archedemo Dionysii magistro in epistula secunda commemorantur, quae aliquot annis ante epistulam tertiam scripta erat, dubito an in hanc epistulam transferri non liceat. — Cum ipsis verbis cf. Politic. 278 e *ἵνα ὕπαρ ἀνι' ὀνειρατος ἡμῖν γίννηται*, Pol. 7, 520 c *καὶ οὕτω ὕπαρ ἡμῖν καὶ ὑμῖν ἢ πόλις οἰκίσηται ἀλλ' οὐκ ὄναρ*. Soph. 266 domus a pictore efficta cum vera domo tamquam *ὄναρ ἀνθρώπων ἐργηγορῶσιν ἀπειρασμένη* comparatur.

- 7 ὡς »*Εἰ μέμνημαι, παιδευθέντα*...: Burnet secundum codices *εἰ μέμνημαι*, ὡς »*Παιδευθέντα*...; transposui secutus Richard-sium Cl. Rev. 14, 1900, 98. Etiam Andreae voce ὡς loco non mota distinguit »*Εἰ μέμνημαι*... «
- c2 *γεωμετρεῖν*: cum respicimus quae Plato in libris de re publica de geometriae in philosophis educandis usu exponit, facile credimus eum etiam Dionysium geometria erudire esse conatum. Huc pertinet quod Plutarchus, Dio 13, memoriae prodidit, tyranni domum post adventum Platonis pulvere fuisse obvolutum propter multitudinem eorum qui geometriae studebant.
- 4 *τὸν ἐκπλοὺν δὲν προσεδόκων*: per attractionem inversam quae dicitur substantivi ad pronomen relativum, pro ὁ ἐκπλοὺς δὲν προσεδόκων, cf. Politic. 271 c *ἀλλὰ δὴ τὸν βλοὺν δὲν ἐπὶ τῆς Κρόνου φῆς εἶναι οὐνάμεως, πότερον ἐν ἐκείναις ἢν ταῖς τροπαῖς ἢ ἐν ταῖσδε; μὴ μοι στενὸς γίννοιτο*: μὴ repetitur cum enuntiatum subiecto *τὸν ἐκπλοὺν* in accusativum transformato quodam modo denuo incipiat.

στενός... ἀντ' εὐρυχωρίας: cf. Leg. 5, 737 a ἄλλη δ' οὐκ ἔστιν οὐτ' εὐρεῖα οὔτε σιενή τῆς τοιαύτης μηχανῆς διαφυγή.

εἷ τις ἱκανή που φαίνεται κρείσσις: Dionysii iudicium parum d 5 videtur integrum et incorruptum; cum verbis ipsis cf. Euthyphr. 7 d περὶ ὧν διενεχθέντες καὶ οὐ δυνάμενοι ἐπὶ ἱκανὴν κρείσιν αὐτῶν ἐλθεῖν.

εἰπεῖν ἔναργῶς: clare, aperte, cf. 7, 332 d λέγοντες οὐκ ἐναργῶς οὕτως... ἀντιτόμενοι δέ. 6

εἰρημέναι εἰρηκῶς ταῦτα: de calumniis quarum supra e 1, (319 c) mentionem fecit verbis μή με διάβαλλε λέγων quae sequuntur.

ἔχω τὴν δίκην: quod proprie de accepta poena dicitur, id transfertur ad significandum sensum »hoc iustum est«, »hac re contentus sum«, velut Pol. 7, 520 b δίκην ἔχει τό γε αὐτοφυές μηδενὶ τροφήν ὀφείλον μηδ' ἐκτίνειν τῷ προθυμείσθαι τὰ τροφεῖα, ib. 7, 529 c δίκην... ἔχω· ὀρθῶς γάρ μοι ἐπέπληξας.

Στησίχορον: Stesichori palinodiam commemorat Plato 3 Phaedr. 243 a sq.

EPISTULA QUARTA.

Dio a. 357, nono anno postquam a Dionysio Syracusis expulsus erat, copiis in Peloponneso comparatis Dionysio bellum intulit atque Syracusis tyranno absente potitus est. Plato qui semper singulari animi applicatione Dioni deditus erat, quamquam Dioni quondam hortanti ut ipse expeditionis particeps fieret abnuerat, rerum eventu gavisus est; tamen ut Dioni non solum gratularetur sed etiam timeret, quibusdam movebatur rebus. In numero Dionis sociorum cum essent Heraclides, Theodotes alii, communi magis Dionysii odio quam Dionis studio ad societatem adducti, tantum aberat ut totos se ad Dionis nutum et voluntatem converterent; contra Dionis animus imperiosior videbatur esse quam qui alios in partem imperii vocaret. Quaeres cum variis rumoribus differretur, Plato ad Dionem hanc epistulam scripsit qua ei ostenderet quamvis bene praesentia se haberent, de futuris maximum instare certamen atque morum comitatem magnum facere momentum ad res prospere gerendas.

Epistulam haud ita multo post Syracusas a Dione occupatas anno fortasse 356 scriptam esse apparet. Quod Plato eo tempore de Dionis expeditione benevolentius sentiebat maioremque se in ea habuisse partem prae se tulit quam in epistula septima post Dionis mortem scripta, cum omnia a Dione gesta ad irritum cecidisse viderentur, facile ad ipsam animi humani naturam revocari posse existimo.

Constantino Ritter, Neue Untersuchungen über Platon p. 374—379, hanc epistulam consideranti in mentem venit quaerere iudicandumne sit eam potius a Speusippo quam a Platone scriptam esse. Quam opinionem haud sufficientibus argumentis firmatam notavisse satis habemus.

320 a 1

τὴν ἐμὴν προθυμίαν περὶ τὰς συμβεβηκυίας πράξεις . . . πολλὴν εἶχον περὶ αὐτῶν σπουδῆν: haec verba scripsit Plato postquam Dio Syracusis potitus Dionysium regno pepulit. Contra 7, 350 c sq. scribit se abnuisse Dioni hortanti ut ipse expeditionis Syracusanae particeps fieret, atque iussisse eum amicorum opem advocare. At epistula septima occiso iam Dione et turbatis Syracusanorum rebus scripta est; non mirum si aliis temporibus aliter eandem rem Plato aestimari velit.

Hoc epistulae initium usque ad b δόξης τῆς προσηκούσης imitatur auctor Socrat. epist. 34 (Orelli; Köhler 32) cum hoc modo incipit: οἶμαι φανερόν εἶναι διὰ παντός τοῦ χρόνου τὴν ἐμὴν προθυμίαν καὶ διὰ πολλὴν πρόνοιαν εἶχον περὶ ὑμῶν οὐκ ἄλλον τινὸς ἔνεκα μᾶλλον ἢ τῆς ἐπὶ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίας· νομίζω γὰρ δίκαιον εἶναι τοὺς ὄντας τῇ ἀληθείᾳ ἐπιεικεῖς καὶ πρᾶττοντας τοιαῦτα τυγχάνειν δόξης τῆς προσηκούσης.

τῆς ἐπὶ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίας: cf. Conv. 178 d τὴν ἐπὶ μὲν **b 1**
τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνην, ἐπὶ δὲ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίαν. Ep. 7,
350 d Plato Dionis expeditionem κακά non καλά esse iudicat, v.
annot. quae praecedat. Hoc loco necesse putat conspicuum facere
quam non sit memor sui ipsius commodi.

τυγχάνειν δόξης τῆς προσηκούσης: etiam Pol. 10, 613 c iusti **2**
merito bonam famam assequuntur; de famae cura v. annot. ad
2, 310 d 6 et 311 c 3.

σὺν θεῷ εἰπεῖν: v. annot. ad 2, 311 d 5. **3**

ἀνδρεία μὲν . . . ἀληθεία δὲ . . .: enuntiati oppositi structura **5**
non absolvitur ut sit congruens cum structura enuntiati quod
praecedat, sed transit in enuntiatum aliter formatum συμφαίη
τις ἄν, ubi obiectum τὰ τοιαῦτα significat virtutes modo enu-
meratas. Sententiam imitatur auctor Socrat. epist. 34 (Orelli;
Köhler 32), 1 ἀνδρεία γὰρ καὶ ῥώμη καὶ τάχει διενεργεῖν δόξειεν
ἂν χαριέντος εἶναι.

τιμᾶν: cum obiecto τὰ τοιαῦτα i. e. ἀληθείαν δικαιοσύνην **c 2**
quae sequuntur, cf. Pol. 2, 366 c δικαιοσύνην τιμᾶν.

πλέον ἢ παίδων . . . διαφέρειν: cf. Phaedr. 279 a οὐδὲν ἂν **4**
γένοιτο θανάσιον . . . εἰ . . . πλέον ἢ παίδων διενέγκοι ('Ισοκρά-
της) τῶν πρόποτε ἀφαιμένων λόγων; quae sententiae conformatio
παίδων διαφέρειν sine πλέον ἢ occurrit Theaet. 177 b, Crit. 49 b,
Tim. 23 b. Cf. Plut., C. Gracch. 1, ἀπέδειξε τοὺς ἄλλους ῥήτορας
παίδων μηδὲν διαφέροντας. Voce παῖς Plato saepissime utitur
cum imprudentiam imperitiamque significare vult, cf. Tim. 22 b
Ἕλληνας αἰεὶ παῖδες ἐστε, Prot. 342 e παιδὸς μηδὲν βελτίω,
Phaed. 77 d, Gorg. 470 c, Euthyd. 279 d, 301 b, Conv. 204 b.
Alibi eodem sensu vocem γυναικες adhibet, velut Apol. 35 b
οὗτοι γυναικῶν οὐδὲν διαφέρουσιν. Singularis est dictio
Theaet. 161 d ὁ δ' ἄρα ἐτύγγανεν ὧν εἰς φρόνησιν οὐδὲν βελτίων

βατράχου γυρίνου, μὴ δι' ἄλλον του ἀνθρώπου. Sententiam imitatur auctor Socrat. epist. 32 (Orelli; Köhler 30), 3 προσήκει δὲ ἡμᾶς ἐν τοῦτοις πολλὴ τῶν ἀνθρώπων διαφέρειν, ib. 34 (32), 2 καὶ γὰρ ἐφιλοσόφουν, ὅπως ἐμαντοῦ τε <ὡς> οἶόν <τε> ἦν καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων διάφορος γίνωμαι.

- 5 τὸς οἴσθα δήπον: cf. 3, 318 a οὗς οἴσθα σύ. Quos Plato in animo habeat nescimus; nonnulli velut Apelt, L. A. Post, Souilhé putant socios atque discipulos Platonis, Academiae sodales, designari; Howald dum huius loci arcanam dictionem reprehendit quaerit utrum hic de academicis an de Dione ipso verba fiant. Non dubito quin Plato philosophos dicat quibus res publica administranda tradatur.

ἡμᾶς... ἐσμὲν... φαμέν: Plato re vera Dionem appellat, sed 1. pl. adhibet quo lenior fiat admonitio, cf. 6, 323 c. Simili modo in dialogis Socrates se ipsum et eum cum quo disputat ipsa verborum forma consociare solet, cf. Theaet. 210 b ἢ οὖν ἔτι κνοῦμέν τε καὶ ὠδίνομεν, ὦ φίλε, περὶ ἐπιστήμης, ἢ πάντα ἐκτετόκαμεν; Itaque Plato ipse tenuit quod 7, 344 b sequendum commendat, ut probationes atque refutationes (ἐλεγχοί) benevolae (εὐμενεῖς) sint. Sententiam imitatur auctor Socrat. epist. 34 (Orelli; Köhler 32), 2 δεῖ οὖν φανερόν γενέσθαι διότι εἰμί, οἶός πέφηνμι, ἄλλως τε καὶ ἐπεὶ γε σὺν θεῷ εἰπεῖν ῥηθιδίον ἐστιν.

- 6 σὺν θεῷ εἰπεῖν: v. annot. ad 2, 311 d 5.
- d 4 τὸν τε Λυκούργον ἐκείνον ἀρχαῖον ἀποδείξων καὶ τὸν Κῦρον: iam Ast, Lex. Plat. s. v. ἀρχαῖος, recte hunc locum affert in numero locorum quibus ἀρχαῖος idem significat quod Latinum „antiquus h. e. simplex, etiam ineptus, stolidus“, velut Hipp. Min. 371 d ἡγούμενον ἀρχαῖον εἶναι τὸν Ὀδυσσεῆα καὶ αὐτοῦ αὐτῷ τούτῳ τῷ τεχνάζειν τε καὶ ψεύδεσθαι περιέσεσθαι, Euthyd. 295 c ὅτι ἔχων φλυαρεῖς καὶ ἀρχαιότερος εἶ τοῦ δέοντος, Leg. 2, 657 b ἐπικαλοῦσα ἀρχαιότητα. Cf. Aesch. Prom. 319 ἀρχαῖ' ἴσως σοι φαίνομαι λέγειν τάδε, Aristoph. Nub. 1452 ὡς ἀρχαῖος εἶ. Qui hunc locum interpretantur „ostendes antiquum illum Lycurgum et Cyrum“, velut Apelt, Andreae, L. A. Post, neglegunt quod adiectivum ἀρχαῖον praedicati vice fungitur, cum Plato verbo ἀποδείκνυμι coniuncto cum uno accusativo

non utatur, si hoc verbum verbi *μιμείσθαι* vim habet. Rectius vertit Souilhé „dispose-toi à faire oublier le fameux Lycurgue et Cyrus.“ Dio monetur ut superet Lycurgum et Cyrum, quorum uterque perfectus atque sapientissimus rex etiam aliis locis praedicatur, velut Leg. 3, 694 a sqq. Cyrus, Ep. 8, 354 b Lycurgus. De verbi *ἀποδεικνύναι* simili usu v. annot. ad 7, 324 d 7.

Ἡρακλείδου καὶ Θεοδότου: v. annot. ad 3, 318 c 1. **e 3**

πρὸς τὸ βέλτιστον ἔλθουτ' ἄν: cf. Tim. 48 a τὰ πλείστα ἐπὶ τὸ βέλτιστον ἄγειν. **5**

ὑπὸ τῶν παιδῶν... μῆτι δὴ ὑπὸ γε τῶν φίλων: „nedum ab amicis“, cf. Demosth. 8, 27 ὡς καὶ τοῦ μελλῆσαι δώσουσι δίκην, μῆτι ποιήσαντί γ' ἢ καταπραξαμένῳ. Simili est sententia *μὴ ὄτι*, cf. annot. ad 3, 315 c 1. **321 a 3**

J. Souilhé p. LXVIII putat epistolae auctorem theatri certamina exhortationesque commemorantem locum Isocratis Euag. 32, 3 imitari, quam rem in argumentis ponit quibus demonstratur epistolam a rhetore quodam esse compositam. At in hoc epistolae loco summa sententiae versatur in eo quod certantes etiam a pueris nedum ab amicis stimulantur; quae sententia cum ab Isocratis loco absit, solo earundem aut similibus vocum usu (velut *τοὺς ἀγωνιστάς — ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν, παρακελεύεσθαι — παρακελεύονται, παροξυνομένους — παροξύνειν, ὑπὸ τῶν φίλων — τῶν ἄλλων φίλων*) nihil demonstrari videtur.

ἐπιστέλλετε δὲ καὶ ὄτι πέπρακται ὑμῖν: de verbo *ἐπιστέλλειν* = „scribere“, „per litteras nuntiare“ v. annot. ad 7, 323 d 7. **6**

πολλὰ ἀκούοντες περὶ τῶν τῆδε οὐδὲν ἴσμεν: cf. in enunliato quod praecedit ὡς ἡμεῖς πολλὰ ἀκούοντες οὐδὲν ἴσμεν. Difficilia verba *περὶ τῶν τῆδε* quae cod. V omittit, Wilamowitz-Moellendorff, Platon II 406, in *παρὰ τῶν τῆδε* mutat, facilliora fiunt si locum 8, 352 d respicimus, ubi Plato dum Athenis scribit de Sicilia adverbio *τῆδε* utitur, v. annot. ad 8, 352 d 6, et cf. 7, 326 b ὁ ταύτη βίος de vita Siciliensi. **b 2**

ἐνδεστέρωσ... θεραπευτικός: comparativus *ἐνδεστέρωσ* occurrit etiam Phaed. 74 e, 75 a. Adverbiorum comparativi in — *ὡς* desinentes, qui in Legibus inveniuntur, sunt *μειζόνως, ἐλατιόνως, ἀργιωτέρωσ, ἡμερωτέρωσ, φανλοτέρωσ, νεωτέρωσ* (Hack-

forth p. 72 et 191). De Dionis moribus ab hominum consuetudine abhorrentibus narrat Plutarchus, Dio c. 8; cf. Nep., Dio 6 »hanc (sc. invidiam) ille non lenire obsequio, sed acerbitate opprimere studuit«. Ceterum ipso rerum eventu satis ostenditur Platonis admonitionem non sine causa adhibitam nihil profecisse.

- 6 **διὰ τοῦ ἀρέσκειν . . . καὶ τὸ πράττειν ἐστίν:** διὰ τινος εἶναι de re qua aliquid efficitur, cf. Conv. 203 a *διὰ τούτου πᾶσά ἐστιν ἢ ὀμιλία . . . θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους*, Pol. 3, 394 b sq. *τῆς ποιήσεώς τε καὶ μυθολογίας ἣ μὲν διὰ μιμήσεως ὄλη ἐστίν . . . ἣ δὲ δι' ἀπαγγελίας . . . ἣ δ' αὖ δι' ἀμφοτέρων*.
- c1 **ἣ δ' ἀνθάδεια ἐρημία σύννοικος:** amicorum inopiam tyrannicae naturae attribuit Plato etiam Pol. 9, 576 a *ἐλευθερίας . . . καὶ φιλλας ἀληθοῦς τυραννικῆ φύσις αἰεὶ ἄγευστος*, cf. ep. 1, 309 b. Hoc loco etiamsi tyranni nomen vitet, de qua re Dionem moneat satis aperte significat. De fidis amicis comparandis etiam Dionysio Plato una cum Dione consilia dabat Dionysiumque Maiorem e quo sibi tyranni solitarii exemplum sumeret proponebat, v. 7, 331 d—332 c. Sententia quam hic Plato profert in eius apophthegmatibus locum obtinuit, etiam apud Erasmum Rot., Apophthegmatum opus, ed. a. 1539 p. 517 sq.
- 2 **εὐτύχει:** haec vox etiam in epistulis quae in papyris scriptae servantur nonnumquam adhibetur ad epistulam concludendam; cum autem in epistulis ad amicos scriptis saepius occurrat salutatio *ἔρρωσο*, Plato consulto videtur usus esse salutatione qua fortunae (*τύχη*) nomen continetur.

EPISTULA QUINTA.

Et Platonem ipsum et Platonis discipulos ad quasdam res publicas constituendas esse vocatos memoriae proditur. Diogenes Laert. 3, 23 Pamphilam secutus commemorat Arcades et Thebanos Megalopolin condentes Platonem qui legum auctor esset arcessivisse; quem abuisse cum audivisset eos aequitatem habere nolle. Contra Plutarchus, Adv. Coloten 32, 1126 c dum ostendit quantum vita civilis philosophiae debeat, etiam eius rei mentionem facit quod Plato Arcadibus Aristonymum, unum ex suis discipulis, miserit qui iis rem publicam ordinaret.

Ad talem Platonis operam pertinet praeter epistulam undecimam etiam haec epistula, qua Plato Perdiccae Macedonum regi Euphraeum consultorem commendat. Altera epistulae parte se ipsum excusat Plato obicientibus quod cum earum rerum cognitionem sibi assumat quae democratiae conducant, Athenis suadere noluerit.

Perdiccas ad quem Plato hanc epistulam scripsit rex fuit Macedonum a. 365—359; ex quo efficitur scriptam esse inter secundum et tertium Platonis iter Siciliense.

Περδικκᾶ... Εὐφραίων: Perdiccas ad quem Plato hanc epistulam scripsit, Amyntae filius, regnum Macedonum tenuit a. 365 — 359 ante Philippum I., fratrem natu minorem. De eius cum Platone commercio affert Athenaeus 11, 506 e sq. quae memoriae prodiderit Carystius Pergamenus Speusippo teste usus, Euphraeum Oritam a Platone missum Perdiccae persuasisse ut regionem quandam Philippo donaret; unde Philippum opibus valentem Perdicca mortuo regno potitum esse. Socrat. epist. 28 (Köhler; Orelli 30), 12 reprehenditur Theopompus quod apud Philippum conviciis Platonem persequatur, quasi non Plato Philippi regni initia Perdiccae tempore posuerit. Quae epistula Athenaei loco quem attulimus adhibito ad Speusippum auctorem referebatur. L. Köhler, Die Briefe des Sokrates und der Sokratiker p. 121, quamquam omnes Speusippi quae feruntur epistolas falsas esse existimat, tamen hanc epistulam sine dubio proxime ad Speusippi

321 c 3

ipsius epistulam accedere opinatur. Quod si verum est, apparet quantum pondus in rebus Macedonicis habuisse existimaverit Speusippus consuetudinem quae Platoni cum Perdicca erat. De Euphraei apud Perdiccam versantis moribus iniquum iudicium profert Athenaeus ib. 508 d sqq.; hominem fuisse vilem atque calumniosum, qui neminem ad regis mensam admisisset nisi geometriae et philosophiae peritum; cum Philippus ad regnum pervenisset, Euphraeum a Parmenione Orei esse interfectum. Sine dubio eiusdem Euphraei mentionem facit Demosthenes 9, 59 sqq.; adversarium fuisse eorum qui Orei Macedonum rebus studebant et aliquamdiu etiam Athenis esse versatum; ib. 62 legimus Euphraeum ipsum mortem sibi conscivisse, cum Macedones Oreum cepissent.

4 *καθάπερ ἐπέστελλες*: initium commercii quod erat inter Perdiccam et Platonem, a Perdicca ortum esse apparet.

5 *ξενικὴν καὶ ἱερὰν συμβουλήν λεγομένην*: i. e. *συμβουλήν ἣ λέγεται ξενικὸν καὶ ἱερὸν εἶναι*. Idem proverbium commemoratur — fortasse secundum hunc epistolae locum — Theag. 122 b *ἀλλὰ μὲν δὴ . . . καὶ λέγεται γε συμβουλή ἱερὸν χρῆμα εἶναι*.

Cum de gravissimis rebus consilia dare religionem quandam haberet, mos erat ut talia suadentium animi aut iure iurando aut imprecationibus obstringerentur; quod etiam in Atheniensium ecclesia et consilio in usu fuisse satis est notum. Eiusmodi preces concipit apud Xenophontem An. 5, 6, 4 Hecatonymus Sinopensis dum affirmat se Graecorum ducibus ex animi sententia esse suasurum: *εἰ μὲν ξυμβουλευόμεμι ἃ βέλτιστά μοι εἶναι δοκεῖ, πολλὰ μοι καὶ ἀγαθὰ γένοιτο · εἰ δὲ μή, τάναντία . αὐτῇ γάρ ἡ ἱερὰ ξυμβουλή λεγομένη εἶναι δοκεῖ μοι παρεῖναι*.

Huius proverbii mentionem fecit Aristophanes in Amphiarao comoedia [fragm. 33 K] quod explicatione addita commemorat schol. Platonis p. 383 Bekk. *Παροιμία. ἱερὸν συμβουλή ἐπὶ τῶν καθαρῶς καὶ ἀδόλως συμβουλευόντων. ἄλλοι δὲ φασιν ἔπαινον φέρειν τῆς συμβουλῆς τὴν παροιμίαν· εἶναι γὰρ αὐτὴν θεῖαν καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπων . μέμνηται δ' αὐτῆς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀμφιαράῳ*. Usus est eo Lucianus Rhetor. praec. 1 *ὅπῳ νεὸς τις αὐτὸς ὦν ὀρεγόμενος τῶν ἀρίστων . . . ἱερὸν τι χρῆμα τὴν συμβουλήν οὖσαν . . . αἰτιοῖ προσελθόν*. Hesych. s. v.

ιερόν ἢ συμβουλή ἐστίν· παροιμία [ἐπὶ τῷ δεῖν καθαρώς συμβουλεύειν]. Parum intellexit proverbii vim Suidas s. v. *ιερόν· ιερόν ἢ συμβουλή, ἐπὶ τῶν δεινῶν συμβουλεύειν.* Adde Iuliani ep. 2 Herch. *πέμπε δὴ τὸν λόγον καὶ τὴν ἱεράν συμβουλήν.*

διὰ τε τὴν ἡλικίαν καὶ διὰ τὸ μὴ πολλοὺς . . . συμβούλους εἶναι τοῖς νέοις: si Perdiccae frater natus minor Philippus cum a. 336 mortuus est quadragesimum sextum aetatis suae annum agebat, v. Paus. 8, 7, 6, et si Perdiccas ipse, ut Aeschines De falsa leg. 26 et 28 auctor est, a. 368, cum Athenienses Iphicratem ad Amphipolim miserunt, puer (*παῖς*) erat, cf. Beloch, Griech. Geschichte 2. ed. 3, 2 p. 66, iudicandum est Perdiccam non multo ante a. 382, fortasse a. 383 esse natum. Cum ea computatione optime congruit hic locus quintae epistulae, nam si Perdiccas a. 383 natus est, potitus est regno annum agens duodevicesimum. Quod etiam aliis locis a Platone quorundam consilii indigentia notatur v. annot. ad 6, 322 d.

ἔστιν γὰρ δὴ τις φωνὴ τῶν πολιτειῶν ἐκάστης: Hackforth p. 74 sq. putat hunc locum ineptam esse imitationem loci Pol. 6, 493 a sq., cum quo eum iam Richards Class. Rev. 14, 1900, 337 comparavit. Re vera inter utrumque locum nullius rei est communitas, nam illo Pol. loco dicuntur et voces quas animal aliqua impulsione extrinsecus oblata edit et voces quibus homo eius rei peritus animal commovere atque regere potest, cum hoc loco *φωνή* propriam uniuscuiusque rei publicae »vocem« i. e. insignem eius notam significet, propriam linguam, qua cuius sit res publica generis appareat. De voce *φωνή* sensu »lingua« adhibita cf. Crat. 398 d *κατὰ τὴν Ἀττικὴν τὴν παλαιὰν φωνήν*, ib. *ἐν τῇ Ἀττικῇ φωνῇ*, 409 e *κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν φωνήν.*

δημοκρατίας . . . ὀλιγαρχίας . . . μοναρχίας: haec tria rei publicae genera Plato hic commemorat aequae atque in Politico 291 d, nisi quod in Politico eorum numerus duplicatur et legitimae et violentae uniuscuiusque generis formae ratione habita. Prorsus alio modo Pol. 8, 544 c al. optimae rei publicae, quae aut regnum aut aristocratia est, opponuntur ea genera, quae corruptione optimae rei publicae existant, timocratia, oligarchia, democratia, tyrannis. Leg. 4, 710 d sq. Plato verba facit de tyrannide, regno, democratia, oligarchia, dum duas monarchiae formas

discernit atque separatas inducit. Triadem loci de quo agimus cum Politico et Legibus congruere apparet, abhorrere a Politia, ubi regnum cum tyrannide in monarchiae genus non coniunguntur et monarchiae nomen plane abest. Ep. 7, 326 d tria mala rei publicae genera *τυραννίδες τε καὶ ὀλιγαρχαί καὶ δημοκραταί* opponuntur generi optimo, *δίκαιος καὶ ἰσόνομος πολιτεία*, aequae atque Leg. 8, 832 c, ubi *δημοκρατία, ὀλιγαρχία, τυραννίς* commemorantur.

- e2 *τὴν αὐτῆς . . . φωνήν*: res publica salva est, si propria lingua utatur, i. e. si ea servet quae sunt propria sui generis neque quidquam ex alienis generibus sumptum sibi admisceat; sin minus, recedit a suo genere atque interit. Sententia huius loci similis est loco Pol. 8, 557 d, ubi Plato democratiae inconstantiam reprehendit: *ὅτι πάντα γένη πολιτειῶν ἔχει διὰ τὴν ἐξουσίαν καὶ κινδυνεύει τῷ βουλομένῳ πόλιν κατασκευάζειν . . . ἀναγκαῖον εἶναι εἰς δημοκρατουμένην ἐλθόντι πόλιν, ὃς ἂν αὐτὸν ἀρέσκη τρόπος, τοῦτον ἐκλέξασθαι, ὥσπερ εἰς παντοπώλιον ἀφικομένῳ πολιτειῶν, καὶ ἐκλεξαμένῳ οὕτω κατοικίξιν.* At loco epistulae de quo agimus democratia non reprehenditur et omnia tria rei publicae genera monentur ut servent quae sibi sint propria; etiam ea re ostenditur hoc haud ita acerbum de democratia iudicium propius esse Politici quam Politiae existimationi. Contra cum Plato hic merum rei publicae genus tantopere commendat, non consentit cum Legibus, ubi praecipue 3, 693 d sqq. hospes Atheniensis laudat eam rei publicae formam, quae e monarchia, qualis est Persarum, et democratia, genere apud Athenienses instituto, mixta atque temperata est; cf. ib. 6, 756 e *ἡ μὲν αἴρεσις οὕτω γιγνομένη μέσον ἂν ἔχοι μοναρχικῆς καὶ δημοκρατικῆς πολιτείας, ἧς ἀεὶ δεῖ μεσεύειν τὴν πολιτείαν.* Etiam ep. 8, 355 d cum Dionis amicis consilium dat rei publicae Syracusanorum constituendae, optimum esse censet *μέσον τεμεῖν*. Ex iis quae diximus putamus posse conici — siquidem quae Plato ad Perdiccam scribit in universum, non de sola Macedonum monarchia valent — epistulam quintam ante Leges esse scriptam Platonemque in tempore quod inter hanc et octavam epistulam intercedebat i. e. inter annos 365/0—352/1 a sua de mero rei publicae genere sententia recessisse.

Πλάτων . . . προσποιεῖται τὰ δημοκρατία συμφέροντα εἰδέναι: 322 a 3
 etiam democratiae prodesset ut suum genus servet. Quod sibi hic Plato ipse obicit, profecto etiam ab aliis obiectum audiebat; simili modo se excusat de re publica Atheniensium neglegenda initio ep. septimae, cum daturus est consilia Syracusanis. Quae in hac epistula Plato de se ipso scribit, simillima sunt iis quae Socrates in Apologia dicit, dum explicare studet cur vitam publicam detrectaverit; cf. 31 c ἴσως ἂν οὖν δόξειεν ἄτοπον εἶναι, ὅτι δὴ ἐγὼ ἰδίᾳ μὲν ταῦτα συμβουλεύω περιωὴν καὶ πολυπραγμονῶ, δημοσίᾳ δὲ οὐ τολμῶ ἀναβαλῶν εἰς τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον συμβουλεύειν τῇ πόλει. Cum Socrates hanc suam abstinentiam daemone avertente effici declaret, Plato suam adversis rebus publicis excusat: quod ad rem ipsam attinet uterque idem dicere videtur, Socrates tecte, Plato aperte. Cf. etiam 7, 331 c sq.

πρὸς ταῦτ' εἰπεῖν ὅτι: infinitivus adhortativus antecedente enuntiato condicionali invenitur etiam Crat. 426 b σὺ δ' ἂν τι ἔχῃς βέλτιόν ποθεν λαβεῖν, πειραῶσθαι καὶ ἐμοὶ μεταδιδόναι, Soph. 218 a ἂν δ' ἄρα τι τῷ μήκει πονῶν ἄχθῃ, μὴ ἐμὲ αἰτιάσθαι τούτων, Pol. 5, 473 a εἰάν οἱοί τε γενόμεθα εὐρεῖν . . . φάναι ἡμᾶς ἐξηγορήκεναι . . .

Πλάτων: Plato defensionem suam directae quae dicitur orationis forma conceptam non solum Perdiccae, sed omnibus qui ipsius famam tueri velint iisdem verbis reddendam proponit. Quam orationem a verbis Πλάτων ὀψὲ ἐν τῇ παιρῖδι γέγονεν . . . incipientem et usque ad τῆς περὶ ἐμὲ καὶ τὰ ἐμὰ συμβουλῆς continuatam Hackforthium secutus sigillis » « inclusi; alii, velut Ast, Apelt, Howald, dum hanc orationem interpositam parum intellegunt, Atheniensium populum esse subiectum verbi ἐκτὸς ἂν γίννοιτο in extremo enuntiato putaverunt; Souilhé ex eadem causa lectionem τὴν ἐμὴν συμβουλήν, ut infra ostendemus, mutat.

ἤδη πρῶτον: Cicero Fam. 1, 9, 18 interpretatur »prope iam desipientem senectute«, v. annot. ad 7, 331 d 2. **b 1**

ταῦτόν δὲ οἶμαι δρᾶσαι ἂν καὶ τὴν ἐμὴν συμβουλήν: »idem eum facturum esse puto et de consilio mihi (i. e. Perdiccae) dando; in verborum conformatione τὴν ἐμὴν συμβουλήν pro-

nomen possessivum eum cui suadetur significat, cum in iis quae praecedunt *τῇ ἐκείνου συμβουλῇ* genetivus subiectivam quae dicitur vim habeat; cf. Apol. 20 e *ἐπὶ διαβολῇ τῇ ἐμῇ λέγει*, Gorg. 486 a *εὐνοία . . . ἐρῶ τῇ σῇ*, Xenoph. Cyr. 8, 3, 32 *μὴ μεταμέλειν σοι τῆς ἐμῆς δωρεᾶς*. De voce *συμβουλή* cum genetivo obiectivo coniuncta v. annot. ad 7, 330 d 3.

εἰ γὰρ δόξαιμεν ἀνιάτως ἔχειν . . . συμβουλῆς: insanabilia medico non esse curanda iudicabat Hippocrates eandemque sententiam de neglegendis iis quorum mali mores vel delicta corrigi atque sanari nequeunt nonnumquam profert Plato, v. Prot. 325 a, Gorg. 525 b sq. *οἷ ἂν λάσιμα ἀμαρτήματα ἀμάρτωσιν . . . οἷ δ' ἂν τὰ ἔσχατα ἀδικήσωσι καὶ διὰ τοιαῦτα ἀδικήματα ἀνίατοι γέρονται*, Phaed. 113 e, Pol. 10, 615 e, Leg. 9, 854 e. Etiam ep. 8, 352 c recusat ne consilium det ei qui scelestus (*ἀνοσιουργός*) et ob eam rem insanabilis sit; pluribus verbis quid ipse de consiliandi ratione sentiat exponit 7, 330 c — 331 d. In epistula ad regem Perdiccam missa Plato hanc suam de consiliis dandis sententiam non insciens aperte pronuntiat.

c 1 *εὐτύχει*: v. annot. ad 4, 321 c 2.

EPISTULA SEXTA.

Erastus et Coriscus Platonis discipuli in oppido Scepsi habitabant sito in regione, quae vicina erat regioni Hermiae Atarneo subiectae. Plato dum suis amicitiam cum tyranno conciliaturus est, solito suo potentiae et sapientiae coniungendae studio hanc epistolam ad tres communiter scribit, qua Erastum Coriscumque Hermiae, Hermiam Erasto et Corisco commendet. Simile fuit eius studium quo hospitalitatem et amicitiam inter Archytam Tarentinosque et Dionysium conciliavit, v. 7, 338 c. Cui amicitiae ut philosophiae religio quaedam accedat grandi atque ampla dictione usus amicos tamquam iure iurando adigit non sine aenigmatica naturae principiorum commemoratione.

Quoniam veri simillimum est Hermiam medio fere saeculo quarto tyrannidem occupavisse, v. Büchner, Pauly-Wissowa Real-Enz. 2, col. 1897, et cum Plato in epistula Erastum et Coriscum secum per magnam vitae partem vixisse scribat, iudicandum est — etsi verba 322 d *καίπερ γέρον ὦν* aliter et legenda et explananda esse putemus — epistolam a Platone sene scriptam esse circiter a. 350.

Erasti et Corysci epistulae ad Platonem missae mentionem facit Pollux, Onom. 10, 150, qua demonstret verbi *ληνός* usum.

Ἑρμεια καὶ Ἐράστῳ καὶ Κορίσκῳ: Ἑρμίας non *Ἑρμειας* c 2
esse huius Hermiae nomen scribendum monent Harpocratio s. v. *Ἑρμίας*. . . . τοῦτον δὲ τὸν Ἑρμίαν μόνον γράφουσι διὰ τοῦ *ι* et iisdem verbis Suidas s. v. *Ἑρμίας*; Etymologicum Magnum s. v. *Ἑρμῆς* hanc scribendi rationem auctoritate Choerobosci commendat: *καὶ δεῖ γινώσκειν, ὡς λέγει ὁ Χοιροβοσκὸς εἰς τὴν ὀρθογραφίαν αὐτοῦ, διὰ τοῦ *ι* γράφεται, ὡς παρ' Ἀριστοτέλει.* Re vera in inscriptione apud Dittenbergerium Syll. 1³ n. 229 *Ἑρμίας* scriptum invenitur. De Hermia plurima narrat Strabo 13, 610 cap. 57: *ἐνταῦθα (i. e. Assi) δὲ καὶ Ἀριστοτέλης διέτριψε διὰ τὴν πρὸς Ἑρμειαν τὸν τύραννον κηδεῖαν. ἦν δὲ Ἑρμειας ἐθνοῦχος, τραπέζιτου τινὸς οἰκέτης· γενόμενος δ' Ἀθήνησιν ἡμερόσατο καὶ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους. ἐπανεληθὼν δὲ τῷ*

δεσπότη συνευράνησε, πρῶτον ἐπιθεμένῳ τοῖς περὶ Ἄταρνεά καὶ Ἄσσον χωρίοις. ἔπειτα διεδέξατο ἐκείνον καὶ μετεπέμψατο τὸν τε Ἀριστοτέλην καὶ Ξενοκράτην καὶ ἐπεμελήθη αὐτῶν, τῷ δ' Ἀριστοτέλει καὶ θυγατέρα ἀδελφοῦ συνώκισε. Μένμων δ' ὁ Ῥόδιος, ὑπηρετῶν τότε τοῖς Πέρσαις καὶ στρατηγῶν, προσποιησάμενος φίλιαν καλεῖ πρὸς ἑαυτὸν ξενίας τε ἅμα καὶ πραγμάτων προσποιητῶν χάριν, συλλαβὸν δ' ἀνέπεμψεν ὡς τὸν βασιλέα, κάκει κρεμασθεῖς ἀπώλετο· οἱ φιλόσοφοι δ' ἐσώθησαν φεύγοντες τὰ χωρία ἃ οἱ Πέρσαις κατέσχον. *Varia ac diversa iudicia de Hermiae natura moribusque hausta maximam partem e Theopompi Philippicis et ex eiusdem epistula ad Philippum missa commemorantur apud Didymum In Demosthenis orationes Philippicas col. 4,63 sqq. D. et Schub.; ad Platonis epistulam explanandam maxime pertinent quae col. 5, 23 sqq. leguntur: ἄλλως δὲ χαρίεις καὶ φιλόμουσος γεγονώς· καὶ βάρβαρος μὲν ὢν μετὰ τῶν Πλατωνείων φιλοσοφεῖ, δοῦλος δὲ γενόμενος ἀδηφάγοις ζεύγεσιν ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ἀγωνίζεται.*

De tristi Hermiae exitu refert etiam Diodorus 16, 52, 5 sqq. *ἔστρατεύσατο* (sc. Mentor, pro quo Strabo fratrem eius Memnonem nominat) δ' ἐπὶ πρῶτον Ἑρμίαν τὸν Ἄταρνεῶς τύραννον, ἀφροστηκότα τοῦ βασιλέως καὶ πολλῶν ὄχρωμάτων καὶ πόλεων κυριεύοντα. ἐπαγγειλάμενος δ' αὐτῷ πείσειν τὸν βασιλέα [καὶ] τῶν ἐγκλημάτων ἀπολῦσαι συνήλθεν εἰς λόγους καὶ παρακρουσάμενος αὐτὸν συνέλαβε. Cf. etiam quae narrat Didymus in libro quem commemoravimus 5, 71 sqq.

De Aristotelis cum Hermia commercio copiosius narrat Diogenes Laert. 5, 3 sq.: *ἔπειτα μέντοι ἀπῆρε* (sc. Aristoteles) πρὸς Ἑρμίαν τὸν εὐνοῦχον, Ἄταρνεῶς ὄντα τύραννον· ὃν οἱ μὲν φασὶ παιδικὰ γενέσθαι αὐτοῦ, οἱ δὲ καὶ κηδεῦσαι αὐτῷ ὄντα τὴν θυγατέρα ἢ ἀδελφιδῆν, ὡς φησὶ Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς *Περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων*· ὃς καὶ δοῦλον Εὐβούλου φησὶ γενέσθαι τὸν Ἑρμίαν, γένει Βιδυνῶν ὄντα καὶ τὸν δεσπότην ἀνελόντα. Ἀριστιππος δ' ἐν τῷ πρώτῳ *Περὶ παλαιᾶς τροφῆς* φησὶν ἐρασθῆναι τὸν Ἀριστοτέλην παλλακίδος τοῦ Ἑρμίου. τοῦ δὲ συγχωρήσαντος ἐγχεῖ τ' αὐτὴν καὶ ἔθυσεν ὑπερχαίρων τῷ γυναιῷ, ὡς Ἀθηναῖοι τῇ Ἐλευσινίᾳ Δήμητρι· τῷ τε Ἑρμῖα παιᾶνα ἔγραψεν, ὃς ἔνδον γέγραπται.

Quae in his narrationibus de Aristotele memoriae produntur, missa faciamus; ad epistolam de qua agimus explanandam pertinet maxime id quod Hermias Atarnei tyrannus fuit. Quae res etiam inscriptione quam supra diximus confirmatur, in qua servata sunt verba foederis medio saeculo a. Chr. n. quarto inter Hermiam eiusque socios (*Ἑρμίας καὶ οἱ ἑταῖροι*) et Erythraeos facti. Quod Strabo scribit Hermiam Athenis Platonem audivisse, prorsus repugnat loco epistolae 322 e *ὄσα μὲν πω συγγεγονότι*, ex quo apparet ante hanc epistolam nullam fuisse Platoni cum Hermia Athenis consuetudinem. Qua re demonstrari putabat Augustus Boeckh in commentatione quam de Hermia Atarneo scripsit (Kleine Schriften 5, 189) epistolam esse spuriam. Contra ostendit A. Brinkmann, Rhein. Mus. 46, 1911, 226—230, Strabonis de Hermia narrationem cum in aliis rebus a vero abhorreretur in eo quod de Hermia Platonis discipulo scribat; neque in Academicorum philosophorum indice Herculanensi neque apud Diogenem Laert. 3, 46 in numero discipulorum Platonis neque in tyrannicorum indice quos e schola Platonis prodiisse scripserit Herodicus (Athen. 11, 508 d nn.) Hermiae nomen inveniri. Brinkmann Usenerum secutus pro veri simili habet Aristotelem iam tum cum Hermia amicitiam iunxisse, cum alumnus apud hospitem quendam Atarnei educaretur, et addit fieri potuisse ut Aristoteles cum Athenas venisset commercii inter Academiam et Hermiam auctor existeret. Commemorandum mihi videtur in indice illo Herculanensi de Hermiae si non cum Platone at cum Aristotele et Xenocrate commercio mentionem fieri col. V p. 22 editionis Meklerianae. Fortasse haud ita a vero abhorreat si quis putet Hermiam Platone absente Athenis fuisse. Ad consuetudinem quae Academicis cum Hermia erat, alluditur in Socrat. epist. 36 (Orelli; Köhler 34), 3.

Erastus et Coriscus, quos se usu perspectos atque cognitos habere scribit Plato 323 a, in numero Platonis discipulorum ponuntur apud Diogenem Laert. 3, 46 *μαθηταὶ δ' αὐτοῦ* (i. e. Platonis) . . . *Ἐραστὸς καὶ Κορίσκος Σκήψιοι* . . .; in Academicorum philosophorum indice Herculanensi col. VI 10 p. 35 M. si non Corisci at Erasti mentio fit atque Erastum et Asclepiadem commentarios de Platone composuisse me-

moriae traditur. Etiam Strabo 13, 608 cap. 54 eos commemorat, cum de patria eorum Scepsi scribit: *ἐκ δὲ τῆς Σκίφειας οἱ τε Σωκρατικοὶ γέγονασιν Ἐραστός καὶ Κορίσκος καὶ ὁ τοῦ Κορίσκου υἱὸς Νηλεὺς, ἀνὴρ καὶ Ἀριστοτέλους ἠκροαμένος καὶ Θεοφράστου δεδεγμένος δὲ τὴν βιβλιοθήκην τοῦ Θεοφράστου, ἐν ἧ ἦν καὶ ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους.* Quod eos Socraticos appellat haud ita premendum est, nam Socraticorum nomen etiam Platonis discipulis imponi poterat.

Corisci nomen saepissime in libris Aristotelis occurrit idque, ut dicit Bonitz in Indice, »ad significandum quemlibet hominem«.

Si Erastus cuius Plato 13, 362 b mentionem facit idem est atque Erastus Scepsius, quod si non certum at veri simile est, Erastum etiam a. 366 Athenis fuisse apparet.

In Didymi commentariis quos supra diximus col. V 52 memoriae proditur Hermiam cum Platonicis e quorum nominibus solum Erasti et Aristotelis nomina in papyro servata exstant, usu coniunctum sua sponte tyrannidem in mitiorem rei publicae formam mutavisse et philosophis, eorum sermonibus delectatum, oppidum Assum donavisse.

- 3 *θεῶν τις ὑμῖν τύχην ἀγαθὴν . . . παρασκευάζειν:* de divini numinis in Platonis epistulis observantia v. annot. ad 7, 326 b 2.
- 4 *οἰκεῖτε . . . γείτονες ὑμῖν αὐτοῖς: ὑμῖν αὐτοῖς* sensu reciproco qui dicitur ut Prot. 309 a *ὡς γ' ἐν αὐτοῖς ἡμῖν εἰρησθαι.* Vicinos appellat Plato eos ad quos scribit propterea quod Hermias regionem sinui Adramytteno adiacentem in sua potestate tenebat et Erastus cum Corisco Scepsi, quod oppidum in vicina regione Cebrenia situm erat, habitabant.
- d1 *χρεῖαν ἔχοντες ὥστε ἀλλήλους εἰς τὰ μέγιστα ὠφελεῖν:* variis atque diversis modis explicatur. Wiegand interpretatur: »so dann wohnt ihr so, dass ihr im Falle einer Verlegenheit in den wichtigsten (geistigen) Interessen euch einander erbaulich beistehen könnet«; simili modo H. Müller: »dass Ihr einander, wenn es Not tut, in den wichtigsten Angelegenheiten von Nutzen sein könnt«; Apelt: »und seid in der Lage, im Falle des Bedarfes euch einander die nützlichsten Dienste zu leisten«. Alii vocem *χρεῖαν* commercii facilitatem significare putant, velut Howald: »und habt die Möglichkeit, mit einander zu verkehren«;

Souilhé: »vous avez toute facilité pour vous rendre mutuellement de très grands services«. Illae interpretationes contra syntaxin peccant, hae contra vocis *χρεία* notionem. Si animadvertimus in enuntiatis quae sequuntur exponi quid Hermiae, quid Erasto et Corisco desit, dubitare non possumus, quin *χρεία* hic indigentiam significet; cf. Pol. 2, 369 c *ποιήσει δὲ αὐτήν* (sc. *τὴν πόλιν*) . . . *ἢ ἡμετέρα χρεία* et ib. b *γίγνεται τοίνυν . . . πόλις, . . . ἐπειδὴ τυγχάνει ἡμῶν ἕκαστος οὐκ αὐτάρκειας, ἀλλὰ πολλῶν <ῶν> ἐνδεής*, Leg 6, 782 d *ὁρῶ πάντα τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τριτητῆς χρείας καὶ ἐπιθυμίας ἡρτημένα*, Phil. 52 b *ὅταν τις στερηθεὶς λυπηθῇ διὰ τὴν χρεῖαν*. Rectius igitur vertit Andreae: »Euer Mangel ist derart, dass Ihr Euch wechselweise am besten helfen könnt« et L. A. Post: »Your needs are such that you can be of the greatest mutual benefit«.

οὔτε ἵππων πλήθος: fortasse re vera Hermias equis alendis 2 notus erat; cf. quae e Theopompi epistula ad Philippum missa de eo affert Didymus (v. annot. ad 322 c 2): *δοῦλος δὲ γενόμενος ἀδηφάγοις ζεύγεσιν ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ἀγωνίζεται*. Opum abundantia et amicorum desiderium inter se opponuntur ut 7, 328 d *armatorum copia et consilium: οὐχ ὀπλιτῶν δεόμενος οὐδὲ ἱππέων ἐνδεής γενόμενος τοῦ ἀμύνασθαι τοὺς ἐχθρούς, ἀλλὰ λόγων καὶ πειθοῦς*. Simili modo 5, 321 d commemoratur quantopere Perdicas propter aetatem consilii recte suadentium indigeat; cf. etiam 3, 316 c.

Ἐρμεία . . . γένοιτ' ἂν μειζων εἰς τὰ πάντα δύναμις: substantivo sententia fortius exprimitur quam si prolata esset verbo adhibito *μειζον ἂν δύναιτο*, cf. Leg. 6, 761 d *ταῦτα . . . κόσμος τε καὶ ὠφέλεια τοῖς τόποις γίγνοιτ' ἂν*. De Hermiae opulentia cf. etiam in Diodori loco, quem supra attulimus 16, 52, 5 *ἐπὶ . . . Ἐρμείαν . . . πολλῶν ὀχυρωμάτων καὶ πόλεων κυριεύοντα*.

ἦθος ἐχόντων ὑγιές: Pol. 6, 490 c, ubi Plato enumerat quae 4 sint philosophi propria, affertur etiam *ὑγιές τε καὶ δίκαιον ἦθος*, cf. ib. 3, 409 d *ἀγνοῶν ὑγιές ἦθος*, Leg. 5, 735 c *τὸ τῶν ὑγιῶν καὶ ἀκηράτων ἦθῶν τε καὶ σωμάτων γένος*. Virtutem esse bonam animi valetudinem legimus Pol. 4, 444 d sq. *ἀρετῆ . . . ὑγεία τέ τις ἂν εἴη καὶ κάλλος καὶ εὐεξία ψυχῆς, κακία δὲ νόσος τε καὶ αἰσχος καὶ ἀσθένεια*. Saepe adhibet Plato vocem *ὑγιές* ad si-

gnificandam notionem integri sinceri simplicis; quae clarissime elucet Soph. 267 e sq., ubi eum qui simulate imitetur (*τὸν δοξομιμητήν*) tamquam ferrum esse probandum legitur, *εἴτε ὕγιης εἴτε διπλόην* (scissuram) *εἶ' ἔχων τινά ἐστιν ἐν αὐτῷ*, quo loco eandem vim habent voces *εὐθήρης* et *ἀπλοῦς*, contrariam *εἰρωνικός*. Per multis locis vox *ὕγιης* cum voce *ἀληθῆς* vel *πιστός* coniuncta occurrit, velut Phaed. 69 b *μὴ σκιαγραφία τις ἢ ἡ τοιαύτη ἀρετὴ καὶ τῶ ὄντι ἀνδραποδώδης τε καὶ οὐδὲν ὕγιες οὐδ' ἀληθῆς ἔχη*, ib. 89 d *ἠγήσασθαι παντάπασι γε ἀληθῆ εἶναι καὶ ὕγιῃ καὶ πιστὸν τὸν ἀνθρώπον*, Pol. 10, 603 b *ἐπ' οὐδενὶ ὕγιεῖ οὐδ' ἀληθεῖ*, Phaedr. 242 e *τὸ μηδὲν ὕγιες λέγοντε μηδὲ ἀληθῆς*, Leg. 1, 630 b *πιστός μὲν γὰρ καὶ ὕγιης ἐν στάσειν οὐκ ἂν ποτε γένοιτο ἄνευ συμπάσης ἀρετῆς*.

- 5 *πρὸς τῇ τῶν εἰδῶν σοφία τῇ καλῇ ταύτῃ*: σοφία cum genetivo obiectivo coniungitur ut Prot. 360 d *ἢ τῶν δεινῶν καὶ μὴ δεινῶν σοφία*. Quod hic Plato discipulorum suorum et sine dubio suam ipsius sapientiam » pulchram de ideis sapientiam « appellat, non minimi est momenti ad explanandum illum de quo saepe ambigitur locum Soph. 248 a, ubi philosophis quibusdam nomen »idearum amici«, *οἱ τῶν εἰδῶν φίλοι*, imponitur; de quorum sapientia ib. 246 b dicitur *νοητὰ ἅττα καὶ ἀσώματα εἶδη βιαζόμενοι τὴν ἀληθινὴν οὐσίαν εἶναι*. Si epistulae locum de quo agimus respicimus, non dubitamus, quin etiam in Sophista non de Megaricis sed de Platone Platoniceque verba fiant.
- 6 *φήμ' ἐγώ*: simili modo verba *ἔγωγέ φημι* interposita occurrunt Gorg. 526 c *ἀνδρὸς ἰδιώτου ἢ ἄλλου τινός, μάλιστα μὲν, ἔγωγέ φημι, ὦ Καλλικλείς, φιλοσόφου*. Nonnullis locis dictio *φήμ' ἐγώ* infinitivum cum accusativo regit, velut Gorg. 463 c *οὐ γὰρ πω πέπυσται ὁποῖόν φημι ἐγὼ τῆς κολακειᾶς μόνιον εἶναι τὴν ἠηροικίην*, Pol. 1, 338 c *φημι γὰρ ἐγὼ εἶναι τὸ δίκαιον οὐκ ἄλλο τι ἢ τὸ τοῦ κρείττονος συμφέρον*, cf. Min. 319 d *διὰ ταῦτά φημ' ἐγὼ Μίνων ἀπάντων μάλιστα ὑπὸ Ὀμήρου ἐγκωμιάσθαι*. Quae non commemorarem nisi viderem W. A. Heideium, Pseudo-Platonica p. 38, opinari epistulae scriptorem illud *φήμ' ἐγώ* esse imitatum quo Arcesilaum uti solitum esse memoriae tradit Diogenes Laert. 4, 36.

† *καίπερ γέρων ὢν* †: hic locus cuius lectionem a Burnetio recedens crucibus tamquam incertam designo, variis modis explanatur. Wiegand in appendice libelli gymnasii Vormatiensis a. 1857 p. 6 recte commemorat verba de quibus agimus ratione carere, cum exspectemus »suadeo tibi quippe qui sim senex rerum peritus«, non »quamquam sum senex«; quam asperitatem se studuisse lenire interpretatione »dieser Rat kommt wenigstens aus m e i n e m Munde, wenn auch aus dem eines hochbetagten Hauptes«. At in interpretatione quam anno 1859 publici iuris fecit, idem locus aliter legitur conceptus: »obgleich ich darin (sc. in τῇ τῶν εἰδῶν σοφίᾳ) ergraut bin«; cuius interpretationis asperitatem quandam aliquo modo excusandam esse Wiegandium, ut in annotatione ad hunc locum pertinenti apparet, non praeteriit. Ex iis qui Platonis epistulas nuper interpretati sunt, Apelt et Howald in ea re consentiunt quod verbis *καίπερ γέρων ὢν* hanc sententiam subesse putant: Plato Erasto et Corisco practicam quae dicitur vitae sapientiam commendat, quamquam qua sit aetate potius suum esse videatur vitam contemplativam laudare (Apelt) vel eam vitae condicionem maximi aestimare qua animus sibi et per se ipse vivat (gänzliche Vergeistigung, Howald). Similiter intellegit haec verba Souilhé: »ma vieillesse devrait m'engager à regarder surtout du côté de la vie future et du côté de la pure science des Idées«. Quibus explanationibus aliam addit L. A. Post cum putat Platonem se excusare velle quod quamquam aetate proventus non cesset scribere. Aliud in loco de quo agimus invenit Shorey, Cl. Philol. 10, 1915, 87 sq.; qui verba *καίπερ γέρων ὢν* ad vocem *καλῆ* pertinere arbitratur iocumque parum lepidum hic contineri: »ego etiam nunc quamvis senex non sum ignarus quid sit pulchrum«.

Loci de quo agimus mentionem facit etiam W. Jaeger, Aristoteles, 177 sq. Qui verbis τῇ καλῇ ταύτῃ, φήμ' ἐγώ, *καίπερ γέρων ὢν* unam sententiam effici putat eamque interpretatur »er müsse 'auch als alter Mann noch' an der Ideenlehre festhalten«; *προσδεῖν* in *προσδεῖ* esse mutandum. At ne sic quidem plana fit concessiva illa verborum *καίπερ γέρων ὢν* ratio nimisque asperum quiddam existit si audimus a Platone quam-

quam sit senex illam idearum sapientiam pulchram appellari. Profecto vix ex hoc loco iudicari potest apud Academicos de ideis dissensionem exstitisse ac Platonem quid ipse de ideis sentiret in hac epistula significavisse.

Nulla ex iis quas attulimus explanationibus satis apta mihi quidem videtur esse. Summa sententiae in eo est, quod et Hermias et Erastus cum Corisco aliqua re indigent: Hermias amicis, Erastus et Coriscus ea sapientia qualis usu vitae acquiratur, quae ad eorum philosophiam doctrina excultam accedat (*π ρ ὀ σ τῆ σοφία . . . π ρ ο σ δεῖν*); illam iis deesse, quippe qui multum vitae (*συχνὸν τοῦ βίου* e) cum Platone vixerint neque homines malos atque iniustos usu cognitos habeant. Si quid tale Plato in animo habuit, num potuit scribere »haec de iis dico quamquam sum senex«? Concessiva quae dicitur ratio inter Platonis aetatem et eius de Erasti Coriscique vitae imperitia iudicium nullo modo mihi quidem videtur existere posse; quae imperitia apud eum ipsum aliquid miri atque insoliti habet, qui aetate provectus hominum rerumque usu edoctus esse deberet, cf. Pol. 3, 409 b. Profecto haec fit sententia huius loci, si lectionem, quae ut supra vidimus satis probabiliter explanari nequit, paululum immutaveris et legas *καίπερ γερόντων ὄντων* pro *καίπερ γέροντων*: Erasto et Corisco hominum peritia deest, *quamvis sint aetate provecti*. Simili modo — *όντων* pro — *ων* restituendum esse videtur etiam 7, 344 b 7, v. annot. Genetivus in verborum conformatione *Ἐράστῳ καὶ Κορίσκῳ . . . προσδεῖν* loco dativi participii coniuncti positus haud ita magnam habet difficultatem, praesertim cum ad dicendi verbum sit additus, v. annot. ad 3, 318 d 2 et cf. Phaed. 77 e *ὡς δεδιότων . . . ὦ Σώκρατες, πειρῶ ἀναπελθεῖν*.

Occurritur nobis hoc modo dubium locum sanantibus quod temere ponamus Erastum et Coriscum eo tempore quo Plato hanc epistulam scribebat ita aetate provectos fuisse ut senes appellari possent. At deliberes quaeso denuo locum quem supra attulimus *ἄπειροι γὰρ εἰσι διὰ τὸ μεθ' ἡμῶν μετρίων ὄντων καὶ οὐ κακῶν συχνὸν διατειριφέναι τοῦ βίου*: qui multum vitae cum Platone vixisse dicuntur, eos integra ne dicam prima aetate esse parum est veri simile. Idem iudicare licet ex iis quae lc-

guntur 323 a σοὶ μὲν, Ἐρμεία, πεπειραμένος Ἐράστου καὶ Κορίσκου πλέονα ἢ σὺ, φημί καὶ μηνύω καὶ μαρτυρῶ μὴ ῥαδίως εὐρήσειν σε ἀξιοπιστότερα ἤδη τούτων τῶν γειτόνων: cum Plato ex animi sui sententia pro certissimo affirmet se Erastum et Coriscum usu optime cognitos habere, longam ei cum illis fuisse consuetudinem apparet. Quae nisi ita essent, sine dubio cautior fuisset in iudicio de hominibus proferendo, ut est 13, 360 c cum Heliconem Dionysio commendat: οὐτε ἀχαρὶς ἐστὶν ἐντυχεῖν οὔτε κακοήθει ἔοικεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἔλαφρός καὶ εὐήθης δόξειεν ἂν εἶναι. δεδιὼς δὲ λέγω ταῦτα, διὸ ὑπὲρ ἀνθρώπου δόξαν ἀποφαίνομαι, οὐ φάυλου ζῴου ἀλλ' εὐμεταβόλου, πλὴν πάντων ὀλίγων τινῶν καὶ εἰς ὀλίγα. Fuisse re vera quosdam qui non minus triginta annos Platonem audirent et quos Plato senes videret legimus 2,314a sq. εἰσὶν γὰρ ἄνθρωποι ταῦτα ἀκηκόες καὶ πλείους . . . γέροντες ἤδη καὶ οὐκ ἐλάττω τριάκοντα ἐτῶν ἀκηκόες.

Corisci nomen ab Aristotele saepissime ad significandum quemlibet hominem adhiberi iam supra commemoravimus; quoniam eodem sensu Aristoteles plerumque Socratis nomine utitur, satis mihi videtur demonstrari etiam Coriscum hominem fuisse non solum Aristoteli ipsi sed etiam in Academia notissimum.

Coriscum ad summam senectutem pervenisse iudicandum est ex Stobaei Flor. 7, 53 Κορίσκος εἰ μάλιστα γέροντων ὢν, ὡς ἀπὸ τινος χαλεπῆς ἀρρωστίας ἀνέρωσεν ἄπαγε' ἔφη ὡς ἀηδῶς ἀνέσιροφα, ἤδη πολὺ τῆς ὁδοῦ προκεκοφῶς ἦν δεῖ πάντως πορευθῆναι'.

Quae cum ita sint verisimile putamus Erastum et Coriscum fere aequales fuisse Platonis. Cui opinioni non obstat quod Neleus, Corisci filius, Theophrasti discipulus atque amicus fuisse traditur, cum ea re non efficiatur Neleum fuisse aetate minorem Theophrasto, qui vixit circa a. 370—286. Immo Neleum provecta fuisse aetate cum a Theophrasto testamento heres factus sit, demonstrat H. Arnim, Hermes 63, 1928, 103—107.

σοφίας τῆς περὶ τοὺς πονηροὺς καὶ ἀδίκους φυλακτικῆς: cf. Pol. 3,409 a sqq. ubi probatur πονηρίας ἐπιστήμην esse necessariam iudici.

e 2 διὸ δὴ τούτων προσδεῖν εἶπον: adverbio προσ- significari videtur ea quae Erasto et Corisco desint, σοφίαν φυλακτικὴν et ἀμυντικὴν δύναμιν, extrinsecus, id est ab Hermia esse petenda; re vera in enuntiato quod sequitur Plato monet Hermiam talem vim (δύναμιν) possidere.

ὄσα μήπω συγγεγονότι: v. annot. ad 322 e 2.

323 a 1

τί οὖν δὴ λέγω: cf. 2, 310 e τί οὖν δὴ λέγω νυνί;

2

φημι καὶ μηνύω καὶ μαρτυρῶ: grandis atque ampla dictio et hic et in tota epistulae parte quae sequitur apparet.

b 2

ἀνθέξεις: vox ad praecedens verbum ἀντέχεσθαι formata, ut μέθεξις ad μετέχειν, neque alibi occurrens.

φιλίας συμπλοκήν: substantivo συμπλοκή et verbo συμπλέκεσθαι utitur Plato Conv. 191 a sqq. in sermone Aristophanis de duabus primi hominis globosi partibus copulandis.

3

τὸ γὰρ ἀνθρώπινον οὐ παντάπασιν βέβαιον: non de mutabili hominis fortuna dicitur ut in iis, quae Solon apud Herodotum 1, 86 exponit, sed de mentis humanae mutabilitate atque inconstantia; cf. 13, 360 d ὑπὲρ ἀνθρώπου δόξαν ἀποφαίνομαι, οὐ φαύλου ζῆσον ἀλλ' εὐμεταβόλου; etiam 7, 335 e Plato de Dione augurium profert cum hac exceptione: ὡς οἶδόν τε περὶ ἀνθρώπων ἀνθρώπων δυσχυρίζεσθαι.

4

πέμπετε μομφῆς κατήγορον ἐπιστολήν: vox κατήγορον praedicativam vim habet; μομφή hic non actionem reprehendendi, sed delictum vel crimen quod reprehenditur significat. Simili modo 2, 310 d Dionysius monetur ut ad Platonem litteras mittat si consilio egeat.

5

δίκη τε καὶ αἰδοῖ: dativus instrumentalis verba συμφῦσαι et συνδῆσαι determinans; cf. 7, 332 e εἰ τὰς . . . πόλεις κατοικίσειεν νόμοις τε συνδήσειεν καὶ πολιτείας. Voces δίκη et αἰδώς coniunguntur ut Prot. 322 c d, Leg. 12, 943 e, ep. 7, 337 a.

7

ἐπωδῆς ἡστινοσοῦν μᾶλλον: sapientes sermones cum carminibus magicis comparantur ut praecipue in Charmidis dialogi prologo, v. 157 a θεραπεύεσθαι δὲ τὴν ψυχὴν ἔφη . . . ἐπωδαῖς υἱσιν, τὰς δ' ἐπωδὰς ταύτας τοὺς λόγους εἶναι τοὺς καλοὺς et Phaed. 77 e sq. de mortis metu tamquam incantatione quadam pellendo, quo loco verborum structura ἐπάδειν αὐτῷ structuræ τοῦτον μεταπελθεῖν respondet; cf. Leg. 10, 903 b ἐπωδῶν γε

μὴν προσδεῖσθαι μοι δοκεῖ μύθων ἔτι τινῶν, quod enuntiato πείθωμεν τὸν νεανίαν τοῖς λόγοις explanatur. Voces ἐπρωδός, ἐπρωδή, ἐπρωδεῖν apud Platonem persaepe et proprie adhiberi et transferri satis constat.

ἦν ἂν μὲν φιλοσοφῶμεν . . . ἔσται: accusativus ἦν non fungitur obiecti vice cum verbo *φιλοσοφῶμεν* coniungendi, sed ex nullo verbo pendens id solum efficit, ut enuntiatum *ἂν φιλοσοφῶμεν . . . κύρια . . . ἔσται* relativo pronomine ad ea quae praecedunt adiungatur; cf. 3, 317 e *τὴν οἰκειότητα, ἦν εἰ ἐμοὶ τότε ἐπείθου, τάχ' ἂν βέλλιον . . . ἔσχεν*. Non assentior Howaldio ἦν i. e. *κοινωνίαν* cum *φιλοσοφῶμεν* coniungenti atque existimanti in dictione *κοινωνίαν φιλοσοφεῖν* vocem *κοινωνίαν* significare naturam cuiusdam mysterii, in quo cognitio intuitiva quae dicitur effulgeat. Quid enim? De cognitione hoc loco non agitur; adde quod dictio *κοινωνίαν φιλοσοφεῖν* et syntaxi et sententiae repugnat atque a Platonis usu prorsus abhorret.

ὅσον ἂν δυνάμεθα καὶ ἐκάστῳ παρεῖκη: verbum *παρεῖκει* c 1 impersonale idem atque *πάρεστι* significans occurrit etiam Conv. 187 e καθ' ὅσον *παρεῖκει*, Leg. 5, 734 b οὐκέτι *παρεῖκει* ζῆν.

κύρια τὰ νῦν κεχρησμευδημένα ἔσται: cf. Leg. 11, 926 d *κύρια* 2 *τελοῦντες τὰ τούτων δόγματα*.

φήμην γὰρ ἀγαθὴν μαντεύομαι: *φήμη* ominis vim habet ut 3 Leg. 9, 878 a *φήμης ἔνεκα ἐπονομάζοντες*, 10, 908 a (*δεσμωτήριον*) *τιμωρίας ἔχων ἐπωνυμίαν φήμην τινά*. De infausto verborum ominis vitando cf. ep. 7, 336 c *νῦν δὲ δὴ εὐφημῶμεν χάριν οἰωνοῦ τὸ τρίτον*.

κατὰ δύο κοινή: coniungo; Burnet distinguit *δύο, κοινή*. 6

κατὰ δύναμιν ὡς οἶόν τ' ἔστιν πλειστάκις: pleonasmus qui dicitur, ut Leg. 6, 768 b *ὅ φαμεν εἰς γε ἀνθρωπίνην δύναμιν ὡς οἶόν τε ἀδιαφορώτατα παρεσκευάσθαι*. De epistula iterum ac saepius legenda cf. 2, 314 c.

χρησθαι συνθήκῃ καὶ νόμῳ κυρίῳ, ὃ ἔστιν δίκαιον: obiecti 7 loco ad verbum *χρησθαι* pertinentis *ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ* ponendum est, cum substantiva *συνθήκῃ καὶ νόμῳ* praedicativam vim habeant; vocum *ἔστιν δίκαιον* subiectum est *χρησθαι συνθήκῃ καὶ νόμῳ*, ubi haec substantiva ipsa obiecti vice funguntur, ita ut sententia existat »pactione et lege uti, quod est

legitimum«, cf. Pol. 2, 359 a *καὶ ἐντεῦθεν δὴ ἄρξασθαι νόμους ἰδέσθαι καὶ συνθήκας αὐτῶν, καὶ ὀνομάσαι τὸ ὑπὸ τοῦ νόμου ἐπίταγμα νόμιμον τε καὶ δίκαιον*. Dictioni νόμος κύριος (= lex rata, quae auctoritatem habet), cf. etiam 7, 354 c, contraria est dictio νόμος ἄκυρος, cf. Leg. 4, 715 d *ἐν ἧ μὲν γὰρ ἂν (sc. πόλει) ἀρχόμενος ἧ καὶ ἄκυρος νόμος, φθορὰν ὁρῶ τῆ τοιαύτῃ ἐτοίμῃ οὖσαν*.

- d1 *ἐπομνύνας σπουδῇ τε ἅμα . . . πατέρα κύριον ἐπομνύνας*: illud ἐπομνύνας cum τὸν τῶν πάντων θεὸν ἡγεμόνα coniungo omissa et distinctione quam post παιδιᾶ habet Burnet, et coniunctione καὶ quam delendam esse ostendit Wilamowitz, Platon II 407, alterum ἐπομνύνας cum τοῦ ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον. Participium ἐπομνύνας repetitur, quia semel initio enuntiati positum non satis valeret ad remotum accusativum πατέρα regendum.

σπουδῇ τε ἅμα μὴ ἀμούσῳ καὶ τῇ τῆς σπουδῆς ἀδελφῇ παιδιᾶ: ἀδελφῇ de re alteri rei e contraria parte respondententi ut Pol. 3, 404 b *ἄρ' οὖν ἡ βελτίστη γυμναστικὴ ἀδελφὴ τις ἂν εἴη τῆς ἀπλῆς μουσικῆς . . .*; Vocibus σπουδῇ et παιδιᾶ Plato etiam alibi utitur, cum significare vult de eadem re duobus diversis modis verba fieri, serio, qui ad rem solam spectet, altero, quo per ludum cogitationis commenta depingantur; cf. exitum sermonis Agathonis Conv. 197 e *οὗτος . . . ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος . . . τῷ θεῷ ἀνακείσθω, τὰ μὲν παιδιᾶς, τὰ δὲ σπουδῆς μετρίως . . . μετέχων*. Leg. 6, 769 a ab hospite Atheniensi quae supra in colloquio prolata sunt ἡ πρεσβυτῶν ἔμφρων παιδιᾶ appellatur, a Clinia καλῇ σπουδῇ. Aliud est quod legimus Leg. 7, 803 c sq. Platoni penitus inquirenti quid sit σπουδῇ, quid παιδιᾶ, apparere solas res divinas esse serias seriaeque opera dignas, cetera esse tamquam ludum. Addas quae dicit Socrates Phil. 30 e: *ἀνάπαντα γὰρ, ᾧ Πρώταρχε, τῆς σπουδῆς γίγνεται ἐνλοτε ἡ παιδιᾶ*. Locus epistulae de quo agimus Timaeo sophistae in mentem venit, cum in praefatione Lexici Platonici scribit *παιδιᾶ τε ἅμα καὶ τῇ τῆς παιδιᾶς ἀδελφῇ σπουδῇ χρῆσάμενος* et ib. *νομίσας καὶ αὐτὸν ἔξιεν σε παιδιὰν οὐκ ἄμουσον*.

- 2 *τὸν τῶν πάντων θεὸν ἡγεμόνα . . . τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα*: aenigma simillimum illi quod 2, 312 e occurrit et aequè

atque illud varias habens explanationes. Scriptorum ecclesiasticorum nonnulli hic Deum Patrem et Deum Filium dici putabant Platonemque quodam modo Hebraeorum scriptis edoctum Christiani de Trinitate dogmatis fuisse praescium; quamobrem delectabantur hoc loco et nonnumquam eum laudabant, velut Clemens Alex., Strom. 5, 14 p. 395, l. 4 sq. Stählin *ἀντικρως οὗτος (Πλάτων) ἐν τῇ πρὸς Ἑραστον καὶ Κορίσκον ἐπιστολῇ φαίνεται πατέρα καὶ υἱὸν οὐκ οἶδ' ὅπως ἐκ τῶν Ἑβραϊκῶν γραφῶν ἐμφανῶν, παρακελευόμενος κατὰ λέξιν·* »ἐπομνύοντας σπουδῇ τε ἅμα μὴ ἀμούσῳ καὶ <τῇ> τῆς σπουδῆς ἀδελφῇ παιδείᾳ τὸν πάντων Θεὸν αἴτιον καὶ τοῦ ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον ἐπομνύοντας, ὃν, ἐὰν ὀρθῶς φιλοσοφήσετε, εἴσεσθε«. Origenes, Contra Celsum 6, c. 8 (2, p. 78, 22 ed. Koetschau) putat hunc locum Christianorum fidei propinquum a Celso haud insciente esse silentio praetermissum: ὁ δὲ πάντ' ἐπαγγελλόμενος εἰδέναί Κέλσος καὶ πολλὰ τῶν Πλάτωνος παραιδέμενος ἐκὼν οἶμαι σιωπᾶ τὸν περὶ υἱοῦ Θεοῦ λόγον, τὸν παρὰ Πλάτωνι λελεγμένον ἐν τῇ πρὸς Ἑρμεῖαν καὶ Κορίσκον ἐπιστολῇ. οὗτω δὲ ἔχει ἡ τοῦ Πλάτωνος λέξις· »καὶ τὸν τῶν πάντων quae sequuntur . . . εὐδαιμόνων«. Eusebius Praepar. evang. 11, 16, 2 sq. dum e Platonis scriptis eligit quae sibi ad doctrinam περὶ τοῦ δευτέρου τῶν ὄλων αἰτίου pertinere videantur, postquam Epinomidis locum 986 καὶ τιμὰς ἀποδιδῶμεν . . . φύσει δυνατὰ attulit, etiam in hac epistula a Platone illud dogma cautissime explicari putat et toto loco ταύτην τὴν ἐπιστολὴν . . . εὐδαιμόνων citato pro certo ponit Platonem in hac re Graecis inaudita Hebraeos secutum esse: ἄρά σοι δοκεῖ ταῦτα λέγων ὁ Πλάτων τοῖς Ἑβραίων ἐπηκολουθηκέναι δόγμασιν, ἢ πόθεν ἄλλοθεν ἐπῆλθεν αὐτῷ τοῦ πάντων τῶν γεννητῶν αἰτίου κρείττονα ἄλλον Θεόν, τὸν δὴ καὶ πατέρα τοῦ πανηγεμόνος, προσειπεῖν; πόθεν δ' αὐτῷ τὸ τοῦ κυρίου ἐπὶ τοῦ πατρὸς τοῦ δημιουργοῦ τάξι ὄνομα, μηδενός πω πρὸ αὐτοῦ Ἑλλήνων ἀκοαῖς, ἀλλὰ μηδὲ εἰς νοῦν ταῦτα καταβεβλημένον; Ib. 13, 13, 28 Eusebius eundem locum ad litteras Hebraicas refert. Cyrillus Contra Iul. lib. 8 (76, 913 sqq. Migne) dum demonstrare vult etiam apud paganos fuisse quandam Triadis notionem Triademque eorum in bono, mente (νοῦς), mundi anima constituisse, hunc Platonis locum (ταύτην τὴν ἐπιστολὴν quae sequuntur . . .

εἰσόμειθα) affert quo manifeste praedicari dicit mundum a divino verbo esse conditum.

Etiam Ficinus credebat hoc loco ostendi, quae esset inter Platonem et religionem Christianam propinquitas, v. quae scribit in praefatione interpretationis huius epistulae, postquam de Trinitate et de divini terrenique discrimine exposuit: »Platonica ergo sententia est investiganda esse divina, scilicet illa esse et qualia quoque sint communi quadam perceptione; sed interim non communi, sed singulari incomparabilique caritate amanda; sic enim dumtaxat ea nos alicubi aperte quid sint intelligere posse atque fore beatos. Quantum vero haec sacris consonent litteris, nemo nisi profanus ignorat.«

Criticorum novissimi aevi qui Christianum quiddam in hac epistula inesse existimaverint, epistolam aut totam aut certe extrema eius enuntiata non esse Platonis iudicabant, velut A. Boeckh in dissertatione de Graecae tragoediae principibus (1808) p. 162 sg.: »... sunt interpolatoris... et quidem Christiani, qui Deum patrem et filium Iesum Christum apud Platonem legi volebat«. Etiam Steinhart in praefatione interpretationis H. Müllerii t. 8, p. 328 hunc locum aut ad Christianam originem aut ad philosophiam Iudaicam Alexandrinam revocari posse iudicavit. At iam Wiegand in annotatione ad hunc locum recte negavit Christianam sententiam hic quaerendam esse, cum epistulae verba alio modo explanari possent; ipse Astium secutus hic solem, omnium regem atque originem, dici putabat patremque eius ideam boni. Quae explanatio magis verbis quam sententia loci Pol. 508 a et 517 c nixa probari non potest; tamen eam ab Apeltio et a Wilamowitzio receptam esse invenimus. Karsten, dum epistolam spuriam esse demonstrat, commemorat (p. 211) in Platonis Timaeo creatorem sive opificem mundi non semel patrem appellari eiusque opus, universum sive mundum, ipsum quoque ab illo et haberi et dici deum. Novissime H. Raeder, Rhein. Mus. 61, 1906, p. 536 sq., et ipse Timaeo in hoc loco explicando utitur, sed filium esse mundi animam, non mundum arbitratur Legum loci 10, 896 a ratione habita; simili modo de hoc loco iudicat R. Adam et E. Howald, cum J. Souilhé dubitet an aliquid certi hic significetur; qui dum epistolam Pla-

tonis non esse putat, invenit et hic et in epistula secunda studium posteriorum temporum quo quae Plato de religione sentiebat in unam atque definitam doctrinam redigebantur. Alia est explanatio L. A. Postii, qui arbitratur Platonem in hac epistula ad intimos amicos scripta suam opinionem de uno deo, qui sit νοῦς (ratio) et a quo omnia regantur profiteri; regendi opus peragi ab anima (ψυχή) et mundi et hominis.

Nobis hunc locum considerantibus recte eius sententiam intellexisse videtur Plotinus cum de eo scribit Ennead. 5, 1, 8 λέγει δὲ (Πλάτων) καὶ τοῦ αἰτίου εἶναι πατέρα, αἴτιον μὲν τὸν νοῦν λέγων· δημιουργὸς γὰρ ὁ νοῦς αὐτῷ· τοῦτον δὲ φησι τὴν ψυχὴν ποιεῖν ἐν τῷ κρατῆρι ἐκείνῳ. τοῦ αἰτίου δὲ νοῦ ὄντος, πατέρα φησὶ τὰραθόν, καὶ τὸ ἐπέκεινα νοῦ καὶ ἐπέκεινα οὐσίας.

Quod Plato in Timaeo alium esse demiurgum alium patrem existimat, ante Plotinum iam Numenius docuit in libris quos De bono conscripsit; exempli causa affero eius verba quae leguntur apud Eusebium Praep. ev. 11, 18, 22 Ἐπειδὴ ἤδει ὁ Πλάτων παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τὸν μὲν δημιουργὸν γιννωσκόμενον μόνον, τὸν μέντοι πρῶτον νοῦν, ὅστις καλεῖται αὐτὸ ὄν, παντάπασιν ἀγνοούμενον παρ' αὐτοῖς, διὰ τοῦτο οὕτως εἶπεν, ὥσπερ ἂν τις οὕτω λέγοι Ὡ ἀνθρώποι, ὃν ιοπάζειτε ὑμεῖς νοῦν οὐκ ἔστι πρῶτος, ἀλλὰ ἕτερος πρὸ τούτου νοῦς πρεσβύτερος καὶ θειότερος. Cf. quae de eadem Numenii sententia scribit Proclus In Tim. 93 a (p. 218 Schn.): Νομῆνιος μὲν γὰρ τρεῖς ἀνυμνήσας θεοὺς πατέρα μὲν καλεῖ τὸν πρῶτον, ποιητὴν δὲ τὸν δεύτερον, ποίημα δὲ τὸν τρίτον· ὁ γὰρ κόσμος κατ' αὐτὸν ὁ τρίτος ἐστὶ θεός· ὥστε ὁ κατ' αὐτὸν δημιουργὸς διττός, ὃ τε πρῶτος θεός καὶ ὁ δεύτερος, τὸ δὲ δημιουργούμενον ὁ τρίτος. ἄμεινον γὰρ τοῦτο λέγειν ἢ ὡς ἐκείνός φησιν τραγῳδῶν, πάππον, ἔργονον, ἀπόγονον. Proclus dum huius Numenii opinionis mentionem facit cum solum Timaei Platonici locum 28 c spectet (τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὐρεῖν τε ἔργον καὶ εὐρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν), iure Numenium reprehendere potest quod quae apud Platonem duo synonyma sint unum eundemque demiurgum designantia, duos demiurgos dici voluerit. Idem docuisse scribit Harpocrationem, Numenium secutum: ἔπεται γὰρ τῷδε τῷ ἀνδρὶ κατὰ τὴν τῶν τριῶν θεῶν παράδοσιν

καὶ καθόσον διττὸν ποιεῖ τὸν δημιουργόν, ἀποκαλεῖ δὲ τὸν πρῶτον θεὸν Οὐρανὸν καὶ Κρόνον, τὸν δὲ δεύτερον Δία καὶ Ζῆνα, τὸν δὲ τρίτον οὐρανὸν καὶ κόσμον. πάλιν δὲ αὐτὸ μεταβαλὼν τὸν πρῶτον Δία προσαγορεύει καὶ βασιλέα τοῦ νοητοῦ, τὸν δὲ δεύτερον ἄρχοντα, καὶ ὁ αὐτὸς αὐτῷ γίγνεται Ζεὺς, Κρόνος, Οὐρανός. At vix credendum est Numenium suam de duplici demiurgo doctrinam ex hoc Timaei loco quo unum demiurgum dici nemo non videat sumpsisse; etsi certis quibusdam argumentis confirmare non possimus eum etiam sextam Platonis epistolam spectavisse, hoc saltem satis mihi quidem videtur apparere Numenium haec docentem haudquaquam a Platone aberavisse — quod putat Überweg, Grundriss der Geschichte der Philosophie 1, 11. ed., p. 585 — sed quae in ipsius Platonis doctrina tamquam latebant in lucem ab eo esse prolata exulta aucta.

Profecto haec huius sextae epistolae loci explicatio quae patrem summum bonum, filium rationem vel demiurgum esse demonstrat, et cum eo quem supra diximus secundae epistolae loco et cum Platonis de summa idea opinione Pol. 7, 517 c prolata videtur consentire. Ducis (*ἡγεμόν*) et nomen et auctoritas rationi apponitur etiam Leg. 1, 631 d τὰ δὲ θεῖα εἰς τὸν ἡγεμόνα νοῦν σύμπαντα βλέπειν, regis caeli et terrae Phil. 28 c ὡς νοῦς ἐστὶ βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, cf. ib. e νοῦν πάντα διακοσμεῖν, 30 d ὡς αἰεὶ τοῦ παντὸς νοῦς ἄρχει, e ὅτι νοῦς ἐστὶ γένους † τῆς † τοῦ πάντων αἰτίου λεχθέντος. Patris voce ratio quae inter duas cogitationis notiones intercedit etiam Hipp. Mai. 297 b designatur: κινδυνεύει ἐξ ὧν ἐνόησκομεν ἐν πατρὸς τινος ἰδέα εἶναι τὸ καλὸν τοῦ ἀγαθοῦ.

- 4 *δν* . . . *εἰσόμεθα*: de boni idea cognoscenda, cf. Pol. 7, 517 c ὅτι δεῖ ταύτην (sc. τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν) ἰδεῖν τὸν μέλλοντα ἐμφρόνως πράξειν ἢ ἰδέα ἢ δημοσίαι.

EPISTULA SEPTIMA.

Dione a. 354 occiso Callippus, qui eum interficiendum curaverat, Syracusarum imperium occupavit; interea Dionis amici Leontinos recesserunt eorumque parti praeerat Hipparinus, Dionysii Maioris et Dionis sororis filius. Dum Callippus Catinam urbem armis ad officium reducit, Hipparinus a. 353 Syracusis potitus est. Dionis amici victores cum res Syracusanas secundum Dionis instituta composituri essent, ad Platonem scripserunt petentes ut sibi consilia daret atque opera et verbo eorum, quae agerent, particeps fieret.

Memoria rerum Syracusis gestarum Platonem acerbo afflicebat dolore: Dionem esse mortuum eaque re irrita esse omnia, quae sibi proposuisset; sibi ipsi non contigisse, ut Dionysii animum philosophia erudiret atque educaret; itineribus suis Siciliensibus falsas subici causas; quin etiam metuendum esse ne ipsi crimini darentur quaecumque cruenta ac tristia in Sicilia gererentur. Quae cum ita essent, Plato occasione data usus longiorem epistulam ad Dionis amicos scripsit, qua pauca de Dione plura de se ipso exponit, ut probet iustas fuisse causas suae Siciliensis peregrinationis et omnium malorum originem ac fontem fuisse cum fortunam quandam tum Dionysii diffidentiam Dionis adversariorum calumniis incitatam. Quam non intellexerit Dionysius quid esset vera philosophia dum Plato demonstrare studet, de proposito paulum deflectit et quid de philosophiae cognitione sentiat subtiliter exponit.

Itaque rem ipsam de qua respondere debebat cum carptim et quasi praeteriens attingat, maximam curam atque operam in enarrandis itineribus suis Siciliensibus et in se Dione suaque philosophia defendenda ponit. Quo facto peculiaris quaedam et inusitata epistulae forma exstitit, partim commentariis quales de vita sua scriptores componunt, partim defensionibus similis, a scholastica quae dicitur symbuleutici sermonis regula abhorrens.

Rei consentaneum videtur esse quod Plato dum hanc epistulam scribit et dum mente concipit a pluribus eam lectum iri quam ad quos mittatur, libellum emittit omnium oculis proponendum. Tamen nullis certis argumentis confirmatum esse existimo opinionem Harwardii. *Class. Quarterly* 22, 1928, 143—155, qui putat libellum non esse epistulam Syracusas missam sed meram defensionem, fictam Dionis amicorum petitionem praetendentem.

Epistula scripta est eo tempore cum in partium certamine Dionis amici ad id tempus superiores erant (7, 337 c *οἱ νενικηότες*), sine dubio inter Syracusas a Hipparino occupatas (a. 353) et Hipparinum interfectum (a. 351/0, v. Beloch, Griech. Geschichte 2. ed. 3, 2 p. 104), fortasse a. 352.

Recenti Dionis mortis memoria atque Callippo Syracusarum imperium tenente Dionis amici vix Platonem de constituenda re publica videntur fuisse consulturi. *) Plato vero Dionis mortem Syracusanosque tumultus aegrius ferebat quam cui secundus rerum exitus eo tempore sperari posse videretur.

* * *

Iam epistulae argumentum in uno conspectu nobis esse ponendum videtur quo facilius quo modo sit disposita appareat.

- | | |
|-------------|--|
| 323 e—324 b | Prooemium quo Plato exponit cur epistolam scribat, et affirmat se de Dionis consiliis respondere posse. |
| 324 b—330 b | I. Narrationis pars prior: |
| 324 b—326 b | quomodo Plato rebus Athenis gestis edoctus ad suam de re publica administranda sententiam pervenerit; |
| 326 b—327 b | de Platonis primo itinere Siciliensi; Plato Dionem cognovit; |
| 327 b—330 b | Dionysio Maiore mortuo Plato a Dione vocatus iterum Syracusas venit; quae fuerit post Dionem Syracusis relegatum Platonis cum Dionysio consuetudo. |
| 330 c—337 e | II. Narratione interrupta Plato consilium de republica ordinanda exponit: |
| 330 c—331 d | quid de consilio dando Plato sentiat; |
| 331 d—333 a | quid Plato et Dio Dionysio suaserint; |
| 333 a—334 c | consilio dando narratio de infelici Dionis fortuna interponitur; |
| 334 c—337 e | Dionis amicis consilia dantur. |

*) In hac sententia persto etiam lecta commentatione quam Franciscus Egermann scripsit, Die platonischen Briefe VII und VIII; qui demonstrare studet epistolam septimam recenti Dionis morte esse scriptam, priusquam Dionis amici Syracusis expulsi sint.

337 e—350 e III. Narrationis pars altera :

337 e—340 a	quibus rebus commotus Plato tertium in Siciliam iter suscepit;
340 b—342 a	de Dionysii philosophia probanda;
342 a—344 d	a narratione Plato in perfectae cognitionis expositionem digreditur;
344 d—345 b	de Dionysii philosophiae contemptu;
345 c—350 e	de tertia Platonis commoratione Syracusana deque perfecto eius et Dionysii discidio;
350 b—350 e	Plato Dionis petenti ut Dionysii ulciscendi fiat particeps abnuit.
351 a—351 e	Dionis exemplum ad imitandum proponitur.
352 a	Epistulae conclusio.

τοῖς Δίῳνος οἰκείοις τε καὶ ἑταίροις: cum epistulae 1.—5. et 323 d 6
 9.—13. ad singulos, epistula 6. ad tres quorum nomina inducantur scriptae sint, epistula 7. aequae atque 8. mittuntur ad »Dionis propinquos et sodales«; cf. 334 c τῶν Διωνείων φίλων καὶ συγγενῶν. Voce ἑταῖροι cum duo significari possint, aut ii qui in vita privata amicitia sunt coniuncti aut qui idem de re publica sentiunt atque ad eam gerendam societatem ineunt (ἑταιρία, συνωμοσία), hoc sodalium genus hic designari apparet ita ut Δίῳνος ἑταῖροι idem sit atque »Dionis factio«. Cf. Apol. 21 a (Χαιρεφῶν ἦν) ὑμῶν τῷ πλήθει ἑταῖρός τε καὶ συνέφυγε τὴν φυγὴν ταύτην καὶ μεθ' ὑμῶν κατήλθε, Gorg. 510 a ἢ αὐτὸν ἄρχεῖν δεῖν ἐν τῇ πόλει ἢ καὶ τυραννεῖν, ἢ τῆς ὑπαρχούσης πολιτείας ἑταῖρον εἶναι. Eundem sensum nonnumquam habet vox φίλος, velut Thuc. 1, 126, 5 . . . Κύλων . . . τοὺς φίλους ἀναπεισας . . . κατέλαβε τὴν ἀκρόπολιν, Isocr. 16, 8 τῶν φίλων αὐτοῦ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δ' ἐκ τῆς πόλεως ἐξέβαλον.

νομίζειν: subiectum infinitivi idem est atque subiectum verbi 7
 ἔπεστελλάτε: vos. Verbum ἐπεστελλάτε hic non »iubere« sed »scribere«, »per litteras certiosem facere« significat, ut in his epistulis saepius, cf. 347 a ἔξω Δίῳνι ταῦτα ἐπιστέλλειν, ἐν οἷς τ' αὐτ' εἰμὶ καὶ ἂ πράττω, 347 c, 347 d; 4, 321 a ἐπιστέλλετε . . . οὐ πέπρακται ὑμῖν ἢ πράττοντες τυχάνετε.

τὴν διάνοιαν: quod hic exprimitur substantivo, idem verbo διανοεῖσθαι 8,357 a sq. ταῦθ' ὑμῖν ἐγὼ καὶ ζῶν διανοήθη

γίγνεσθαι καὶ νῦν διανοοῦμαι . . . ἥπερ καὶ διανοοῦμην . . . ταῦτα δὲ ταῦτα καὶ νῦν πᾶσιν συμβουλευῶ κοινῇ διανοηθῆναι καὶ πράττειν. Significatur forma constituendae rei publicae mente concepta. Non neglegendum videtur, quod et septima et octava epistula ab eius rei proposito consilio (*διάνοια* — *διανοεῖσθαι*) incipiunt, cf. 8, 352 b ἂ δ' ἄν διανοηθέντες μάλιστα εὖ πράττοιτε ὄντως, πειράσομαι ταῦθ' ὑμῖν κατὰ δύναμιν διεξελεῖν.

324 a 1

δόξαν καὶ ἐπιθυμίαν τὴν αὐτὴν . . . ἐκείνω: quae sit haec Platonis condicio, aperte scriptum est 337 c sq. ἂν μὲν γὰρ οἱ νενικηκότες ἤττους αὐτοὺς τῶν νόμων μᾶλλον τῶν νενικημένων παρέχονται, πάντ' ἔσται σωτηρίας τε καὶ εὐδαιμονίας μεστὰ καὶ πάντων κακῶν ἀποφυγῆ· εἰ δὲ μή, μήτ' ἐμὲ μήτ' ἄλλον κοινωὸν παρακαλεῖν ἐπὶ τὸν μὴ πειθόμενον τοῖς νῦν ἀπεσταλμένοις.

3 *βουλεύσεσθαι πολλάκις*: per euphemismum dicitur de abnuendo; cf. 2, 312 c 2 ἤσυχίαν ἔξω, v. annot.

4 *σχεδόν*: hoc adverbium, quo Plato praecipue in posterioribus scriptis saepe utitur (v. Lutosławski, The origin and growth of Plato's logic p. 124), valet ad sententiam verbi paulo imminuendam aeque ac Latinum »fere«, »ferme«, »propemodum«, quae imminutio interdum per ironiam affirmationis vim habet modo lenioris (»fortasse«) modo fortioris (»sane«), ut Latinum »fere« nonnumquam »plerumque« significat.

οὐκ εἰκάζων ἀλλ' ὡς εἰδὼς σαφῶς: verba *εἰκάζειν* — *εἰδέσθαι* inter se opponuntur etiam Crat. 425 c οὐδὲν εἰδότες τῆς ἀληθείας τὰ τῶν ἀνθρώπων δόγματα περὶ αὐτῶν εἰκάζομεν, Men. 98 b ὡς οὐκ εἰδὼς λέγω, ἀλλὰ εἰκάζων . . . οὐ πάνν μοι δοκῶ τοῦτο εἰκάζειν, ἀλλὰ . . . τοῦτο ἐκείνων θείην ἂν ὦν οἶδα, Alc. I. 105 c εὖ οἶδα καὶ οὐκ εἰκάζω. Pol. 6, 511 e *εἰκασία* infimum locum habet in cognoscendi generibus (*νόησις* — *διάνοια* — *πίστις* — *εἰκασία*).

κατ' ἀρχάς: i. e. cum primum Plato Syracusas ad Dionysium Maiorem venit.

6 *ἦν τὰ νῦν Ἴππαρίνος γέγονεν*: Hipparinus cuius hoc loco mentio fit, fuit filius Dionysii Maioris et Aristomachae, cf. 8, 357 c Ἴππαρίνου τοῦ Διονυσίου υἱός; eundem 8, 356 a propter eius de Syracusarum libertate merita morum integritatem men-

tem a tyrannide abhorrentem unum ex tribus eligendis regibus fieri vult. Sane Plutarchus in vita Dionis c. 31 Timonidem, Dionis ut ait amicum et belli socium, secutus Hipparini nomen filio Dionis apponit, quem ex Areta natum Timaeus Aretaeum nomen habuisse commemorat. De Dionis filio loquitur Plato 8, 355 e sq. nullo usus nomine; quod ibi non necesse existimat monere idem illi fuisse nomen atque filio Dionysii, cum eodem loco plane dicat Dionysii filium et Dionis patrem idem habuisse nomen, hoc mihi testimonio videtur esse Platonem aliud novisse Dionis filii nomen et Hipparini nomen ab eo solum Dionysii filio apponi. Qui hoc loco Dionis filii mentionem fieri putant, velut II. Raeder Rhein. Mus. 61, 1906, 523 sq., Juroszek, Commentatio critica p. 126—128, F. Egermann, Die platonischen Briefe VII. und VIII p. 48—53, mea quidem sententia errant.

Nepos, Dio 10, 3, commemorat Dionem diem obiisse circiter annos quinquaginta quinque natum. Quam et codicum manuseriptorum et editionis Ultraiectinae lectionem cur Halm mutaverit et »quinquaginta« pro »quinquaginta quinque« scripserit nescio. Laudandus est Rudolphus Adam, Über die Echtheit der platonischen Briefe p. 9, qui dum correctionem Halmianam pro genuina lectione habet, Dionis aetatem a Nepote non recte indicari iudicaverit atque pro aetate ad quam Dio pervenit eam esse positam qua fuit Dio cum anno 357 Syracusas cepit. Siquidem Dio anno 354 occisus est, efficitur cum natum esse anno circiter 409 et cum Plato anno 388 primum in Siciliam venit, aetatis annum egisse Dionem vicesimum primum.

Loco epistolae de quo agimus indicatur parem fuisse aetatem Hipparini tempore quo Plato epistolam septimam scribebat, anno 352. Quae computatio non prorsus repugnat iis, quae 8, 356 a de rebus ab Hipparino ad illud tempus gestis leguntur: *ὃς γενόμενος τυράννου πατρὸς ἐκὼν εἰς πόλιν ἔλευθεροῦ, μὴν ἀδικῶ καὶ γένει ἀελζῶον ἀντὶ τυραννίδος ἐφημέρου καὶ ἀδίκου κτώμενος* (v. et annot.); etsi mirum est quod adulescens paulo plus viginti annos natus tantas res gesserit vel gessisse dicatur.

Plane congruit illa annorum computatio cum aliis epistularum locis, qui ad Dionis et Hipparini aetatem pertinent, velut

7, 327 a, quo de primo Platonis itinere Siciliensi scribitur *συγγε-
νόμενος Δίωμι τότε νέω*, 3, 316 c ubi legimus tempore secundi
itineris a. 367 Dionem fuisse *ἐν ἡλικίᾳ μέσῃ τε καὶ καθεστηκυία*,
quadragenarium secundum illam computationem, 7, 328 b ubi
Dionem eo tempore iam satis aetatis habuisse commemoratur
(τὸ δὲ Δίωνος ἠπιστάμην . . . ἡλικίας . . . ἤδη μετριῶς ἔχον).

7 *οἰεσθαι*: infinitivo substantivum *δόξαν* explicatur, cf. 3,
316 b *διακώλυσιν . . . ἐμποδῶν ἐμὲ γεγενῆσθαι*, 318 b *μηχα-
νῆν . . . ἐμὲ ἐκφοβεῖν*, Pol. 8, 566 b *τὸ . . . αἴτημα . . . ἐξευφρο-
κουσιν αἰτεῖν*; de pleonasmo qui dicitur cf. Leg. 2, 657 b *ἡ τῆς
ἡδονῆς καὶ λύπης ζήτησις τοῦ καινῆ ζῆτεῖν αἰετὸν μουσικῆ χρῆσθαι*.

b 2 *οὐδὲν θαυμαστόν*: vocabula *θαυμαστός* et *θαυμαστῶς* quo-
rum usus apud Platonem est frequentissimus, etiam in hac
epistula saepe occurrunt; cf. 324 d *καὶ ἐγὼ θαυμαστὸν οὐδὲν
ἔπαθον*, 325 b *οὐδὲν τι θαυμαστὸν ἦν*, 325 d *ἐπεδίδου θαυ-
μαστὸν ὄσον*, 326 a *ἄνευ παρασκευῆς θαυμαστῆς τινος*, 326 c
οὐχ οὕτως θαυμαστῆ φύσει κραθῆσεται, 330 a *ὡς Πλάτωνα
Διονύσιος θαυμαστῶς ὡς ἀσπάζεται*, ib. *θαυμαστῶς ἐφιλονίκει
πρὸς τὸ τοιοῦτον*, 332 d *θαυμαστῶς ἐνδεᾶ γεγονέναι*, 338 b *ὡς
Διονύσιος θαυμαστῶς φιλοσοφίας ἐν ἐπιθυμίᾳ . . . εἴη γεγονώς*,
338 d *φιλότιμος . . . θαυμαστῶς*, 339 b *ὡς θαυμαστὸν ὄσον
Διονύσιος ἐπίδεδωκώς εἴη πρὸς φιλοσοφίαν*, 340 c *ὁδὸν . . .
ἡγεῖται θαυμαστὴν ἀκηκοέναι*, 345 c *μὴ θαυμαστός ὢν ἀνθρω-
πος*, 348 e *τεθορυβημένω θαυμαστῶς*, 351 d *θαυμαστὸν πα-
θὼν οὐδὲν*, ib. *πάθος οὐ θαυμαστὸν*.

*εἴ τις θεῶν καὶ τοῦτον εἰς τὴν αὐτὴν δόξαν . . . ἐκείνω γε-
νέσθαι σύμφρονα ποιήσειεν*: loco verbi e. g. *ἀγάροι*, quod ex-
spectamus, enuntiatum ad finem perducitur dictione qua iterum
et alio modo opinionum consensus significatur; *τοῦτον* est Hip-
parinum. De dei mentione v. annot. ad 7, 326 b 2.

3 *ὁ τρόπος τῆς γενέσεως αὐτῆς*: scilicet *τῆς δόξης*, i. e. eorum
quae Dio sentiebat, cf. supra 324 a *τις δ' ἦν ἡ ἐκείνου διάνοια
καὶ ἐπιθυμία*; quoniam ea a Platone, ut 327 a sqq. exponitur,
acceperat, haud inepte Plato ad enarrandum transit quid et
quomodo ipse didicerit de re publica sentire.

4 *νέω καὶ μὴ νέω*: tali diductione Plato sententiae »omnes«
vim augere solet, cf. Conv. 182 b *οὐκ ἂν τις εἴποι οὐτε νέος οὐτε*

παλαιός, Pol. 6, 492 b καὶ νέους καὶ πρεσβυτέρους καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, ib. 2, 380 c μήτε τινα ἀποδεῖν, μήτε νεώτερον μήτε πρεσβύτερον. Hic locus in eorum numero ponendus est quibus Plato hanc epistulam non solum ad Dionis amicos sed ad quemvis hominem qui eam legere velit scribere videatur; de qua re v. annot. ad 333 c 6.

ἔχει γὰρ καιρὸν τὰ νῦν: his verbis Plato et iis ad quos scribit 5 et sibi ipsi excusat longam de consuetudine quae sibi cum Dione et Dionysio fuerit narrationem, quam sui defendendi causa scripturus est.

Νέος ἐγὼ ποτε ὢν ... παρέπεσον: eandem sententiam profert 7 Platonem sine dubio secutus Sallustius, Cat. 3, 3 »sed ego adulescentulus initio sicuti plerique studio ad rem publicam latus sum, ibique mihi multa advorsa fuere«; cf. eiusdem Suas. 2, 1 »sed mihi studium fuit adulescentulo rem publicam capessere, atque in ea cognoscenda multam magnamque curam habui«.

ῥήθην ... ἰέναι: ut dicendi ita sentiendi quae vocantur verba interdum et sententiam et voluntatem significant, cf. 11, 359 c οἰομένους τι εἰσόμενος διαπραξασθαι, Alcib. I. 126 e ἐγὼ μὲν οἶμαι φιλίαν τε λέγειν καὶ ὁμόνοιαν.

εἰ θᾶτιον: »cum primum«, cf. Prot. 325 c ἐπειδὴν θᾶτιον, Alcib. I. 105 a εἰν θᾶτιον, Xenoph. Inst. C. 3, 3, 20 ἦν ... θᾶτιον.

τῆς τότε πολιτείας λοιδορουμένης: de democratia dicitur a triginta illis tyrannis postea sublata. Verbum λοιδορεῖν vim habet contrariam verbo ἐπαινεῖν, cf. Gorg. 485 a λοιδορεῖ τοῦτο, τὸ δ'ἕτερον ἐπαινεῖ. c 3

μεταβολὴ γίνεταί: de Atheniensium rei publicae conversione anno 404 facta, qua triginta tyranni omnium rerum potestatem occupaverunt. Neque Lysandri neque belli mentione facta Plato conversionem illam ad emendandum rei publicae statum necessariam fuisse censet.

εἷς καὶ πενήτηντά τινες ἄνδρες: hunc locum Karsten p. 48 4 in numero exemplorum ponit quibus sibi demonstrare videtur eum qui hanc epistulam scripsit, dum Atticus videri velit, pronomine τις mirifice abuti. At ipse commemorat in libris de Legibus pronomen τις sescenties per pleonasmum poni observavisse

Zellerum, Platonische Studien p. 92. Epistulae septimae et Legum dicendi genus in hac re congruere ostendit etiam H. Raeder, Rhein. Mus. 61, 1906, p. 466; qui locum de quo agimus comparat cum Leg. 4, 710 d *ἐάν ποτέ τινες δύο ἄρχοντες γίνωνται τοιοῦτοι* et ib. 722 e *οἱ τέ γε δὴ διπλοῖ ἔδοξαν νυνδὴ μοι λεχθέντες νόμοι οὐκ εἶναι ἀπλῶς οὕτω πως διπλοῖ, ἀλλὰ δύο μὲν τινε*. Pronomen *τις* his locis numerali cardinali quod vocatur appositum non ad numerum ipsum sed ad rem numeratam pertinet ita ut non numerum non satis certum esse eo significetur, sed de concretis — si hoc vocabulo uti licet — hominibus aut rebus agi. Hoc modo explicandum esse existimo locum Conv. 210 sq. *βλέπων πρὸς πολὺ ἤδη τὸ καλὸν μηκέτι τὸ παρ' ἐνί, ὥσπερ οἰκέτης, ἀγαπῶν παιδαρίου κάλλος ἢ ἀνθρώπου τινός ἢ ἐπιτηδεύματος ἑνός*, ubi voces *τινός* et *ἑνός* et ad *παιδαρίου* et ad *ἀνθρώπου* et ad *ἐπιτηδεύματος* referendae esse videantur.

Aliis locis pronomen *τις* substantivo additum etiam contemptionem quandam exprimit, ut Plat. Conv. 221 e *ἄνους . . . κανθηλίους λέγει καὶ χαλκέας τινὰς καὶ σκυτιόμους καὶ βυρσοδέψας*, Prot. 314 d *ἔα . . . σοφισταί τινες*, Pol. 2, 363 d *εἰς πηλὸν ἵνα κατορῦντιοσιν* («something which they call mud» Adam), 372 b *μάζας γενναίας καὶ ἄριους ἐπὶ κάλαμόν ἵνα παραβαλλόμενοι*, 381 e *ὡς . . . θεοὶ τινες περιέρχονται νύκτωρ*; hic numerandum esse puto locum 325 b *δυναστεύοντές τινες* ubi hoc modo Socratis accusatores designantur.

Quod non de triginta illis viris solis Plato loquitur, sed iis duo collegia adiungit, quorum alterum Athenas alterum Piraeum administrabat, in eo congruit cum Xenophonte Hell. 2, 4, 38, qui haec tria collegia excepta esse scribit cum post democratiam restitutam de rerum ante actarum oblivione ageretur: *οἱ δὲ διήλλαξαν ἐφ' ᾧτε εἰρήνην μὲν ἔχειν ὡς πρὸς ἀλλήλους, ἀπιέναι δὲ ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστον πλὴν τῶν τριάκοντα καὶ τῶν ἑνδεκα καὶ τῶν ἐν Πειραιεὶ ἀρξάντων δέκα*; ib. 2, 3, 54 sq. narratur Critiam undecim viris adversus Theramenem esse usum; ib. 2, 4, 19 Charmidam qui post Thrasybuli victoriam occisus est unum ex decem Piraei administratoribus fuisse legimus. De tribus illis collegiis scribit etiam Aristoteles Athen. pol. 35 *προσελόμενοι σφίσιν αὐτοῖς τοῦ Πειραιέως ἄρχοντας δέκα, καὶ τοῦ δεσμωτη-*

ρίου φύλακας ἑνδεκα, καὶ μαστιγοφόρους τριακοσίους ὑπηρέτας, κατεῖχον τὴν πόλιν δι' ἑαυτῶν; ib. 39 τῶν δὲ παρεληλυθότων μηδενὶ πρὸς μηδένα μνησικακεῖν ἐξεῖναι, πλὴν πρὸς τοὺς τριάκοντα καὶ τοὺς δέκα καὶ τοὺς ἑνδεκα καὶ τοὺς τοῦ Πειραιέως ἄρξαντας. Si ex illa exceptione facta constat violentam dominationem non solum triginta tyrannis sed etiam duobus collegiis iis adiunctis crimini esse datam, satis explicatur cur Plato dum illius anni res gestas memoria repetit, numero unius et quinquaginta virorum tria illa collegia complectatur.

ἑνδεκα μὲν ἐν ἄστει, δέκα δ' ἐν Πειραιεῖ: Aristoteles Athen. 5 pol. 35 — loco quem supra attulimus — undecim illis viris minorem potestatem attribuere videtur, cum scribit eos a triginta tyrannis esse assumptos qui carcerem custodirent. Quae ex Platonis loco cognoscimus cum iis quae et Xenophon et Aristoteles commemorant coniungi possunt, si conicimus triginta tyrannos ordinarium magistratum undecim virorum, quibus ad supplicium damnati tradebantur, suis attribuisse iisque extraordinariam fori totiusque urbis administrationem mandavisse.

περὶ τε ἀγοράν . . . ἐν τοῖς ἄστει: et Athenarum et Piraei duae partes discernuntur, forum (*ἀγορά*) et urbs (*ἄστυ*), qua re usus numeri pluralis *ἐν τοῖς ἄστει* explicatur; contra vis vocis *ἀγορά* per metonymiam aucta numerum singularem facile permittit, quamquam et haec vox et de Athenis et de Piraeo dicitur. Quod ad verba *ἄστυ* — *ἀγορά* opposita pertinet cf. Leg. 9, 881 c *ἐν ἀγορᾷ . . . ἐκτὸς ἀγορᾶς ἐν ἄστει . . . κατ' ἀγρούς*, Thuc. 6, 44, 2 *τῶν . . . πόλεων οὐ δεχομένων αὐτοὺς ἀγορᾶ οὐδὲ ἄστει*. Instituti novitas in eo constabat quod agoranomorum et astynomorum potestate coniuncta alterum collegium Athenis alterum Piraeo praepositum est, cum aliis temporibus e decem astynomis et decem agoranomis quini Athenarum quini Piraei res administrarent, v. Arist. Athen. pol. 50 sq. Simili modo astynomorum officia ad tempus ad agoranomos translata videmus in inscriptione a. 320/19 IG II 5, 192 c = II 2, ed. 380 (Dittenb. Syll. 3. ed. 313) *τοὺς ἀγορανόμους τοὺς ἐμ Πειραιεῖ ἐπιμεληθῆναι ἀπάντων τούτων . . . ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ τῶν ἀστυνόμων ἐπιμέλεια προστέτακται τοῖς ἀγορανόμοις*.

Non dubito, epistulae loci de quo agimus testimonio usus, cippi qui olim Piraei inventus est inscriptionem *ἄχρῳ τῆς ὁδοῦ τῆσδε τὸ ἄστυ τῆδε νεπέμηται* IGI. suppl. p. 121 n. 521 b (ed. min. I p. 236 n. 893, Dittenb. Syll. 3. ed. 937) eodem sensu explicare quo Kumanudis, qui primus eam in ephemeride *Ἀθηναίων* 7, 1878, 387 publici iuris fecit, et Milchhöfer in commentatione tabulam Piraei geographicam verbis illustrante (Karten von Attika, herausgegeben von E. Curtius und J. Kaupert. Erläuternder Text, Heft I. Berlin 1881. P. 23—72: Der Peiraieus, von A. Milchhöfer) p. 28: ut in Platonis epistula de Piraei oppido mentio fit, ita in hac inscriptione Piraei non Athenarum oppidum dici existimo. Dittenberger in annotatione ad inscriptionem de qua agimus primus opinione viri docti Graeci spreta illo cippo Piraei et Athenarum confinium designari putavit eiusque iudicium sequitur etiam Judeich, *Topographie von Athen* p. 378, et Busolt, *Griech. Geschichte* 3, 1, p. 486.

d 1 *αὐτοκράτορες*: cum *πάντων* coniungendum est, v. annot. ad 8, 353 b 2.

οἰκεῖοι τε ὄντες καὶ γνώριμοι ἐτύγχανον ἐμοί: Critias, triginta virorum princeps, patruelis erat Perictionae, Platonis matris, cuius pater Glaucō frater fuerat Callaeschri, patris Critiae; Charmides, unus ex iis qui Piraeum administrabant, erat frater Perictionae.

4 *ἔκ τινος ἀδίκου βίου*: pronomen *τις* apud adiectivum positum significat quemlibet vel summum gradum qualitatis per adiectivum notatae mente concipi posse, cf. Leg. 3, 698 *καὶ ὁ Δᾶτις τοὺς μὲν Ἐρετριῶς ἐν τινὶ βραχεῖ χρόνῳ . . . εἶλεν*. De frequenti huius pronominis apud Platonem usu v. annot. ad 324 c 4. Quod in epistula legimus Platonem speravisse rem publicam mutato regimine ab iniusta vita ad iustam agendi rationem perductum iri, mirum in modum congruit cum Lysia 12, 5, ubi eadem exspectatio describitur: *ἐπειδὴ δ' οἱ τριάκοντα . . . εἰς τὴν ἀρχὴν κατέστησαν, φάσκοντες χρῆναι τῶν ἀδίκων καθαρὰν ποιῆσαι τὴν πόλιν καὶ τοὺς λοιποὺς πολίτας ἐπ' ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην τραπέσθαι, τοιαῦτα λέγοντες οὐ τοιαῦτα ποιεῖν ἐτόλμων*. Apud Lysiam quidem *τῶν ἀδίκων* de hominibus non de moribus dicitur; tamen et sententiae et verborum tanta est inter utrumque locum simi-

litudo, ut non dubitemus existimare utrubique locum quandam e programmate quod dicitur triginta tyrannorum citari, a Lysia accuratius, a Platone ut in longinque distantium memoria generatim atque liberius.

ὄρων: post aliquot digressiones repetitur participium in enuntiato 325 a *ἃ δὴ πάντα καθ' ὄρων . . .* sequiturque apodosis *ἔδυσχέρανά τε καὶ ἔμαντον ἐπανήγαγον ἀπὸ τῶν τότε κακῶν.*

χρυσὸν ἀποδείξαντας τὴν ἔμπροσθεν πολιτείαν: »effecisse, ut pristina res publica aurea videretur«. Cum hoc verbi ἀποδεικνύ-
ναι usu cf. 4, 320 d *παρασκευάζου τὸν τε Λυκοῦργον ἐκείνον ἀρχαῖον ἀποδείξων καὶ τὸν Κῦρον, Phaed. 72 b sq. οἷσθ' οὐ τι τελευτῶντα πάντ' <ἄν> λήρον τὸν Ἐνδύμιωνα ἀποδείξειεν.* Quam auri nomine optimum quidque significari solitum sit iam in Hesioidea illa de aurea aetate fabula apparet, de qua cum Platonis Socrates Crat. 397 e sq. mentionem facit, hanc explanationem adiungit *ὅτι οἶμαι ἐγὼ λέγειν αὐτὸν τὸ χρυσοῦν γένος οὐκ ἐκ χρυσοῦ πεφυκὸς ἀλλ' ἀγαθόν τε καὶ καλόν.* Eodem modo vocis auri vim transfert Plato Pol. 3, 415 a sq. cum variam hominum indolem variorum metallorum ad hominum naturam admixtione a deo facta explicat: *ὁ θεὸς πλάττων, ὅσοι μὲν ὑμῶν ἱκανοὶ ἄρχειν, χρυσὸν ἐν τῇ γενέσει συνέμειξεν αὐτοῖς, διὸ τιμιώτατοί εἰσιν.* Dictionem de qua agimus non a Platone ipso esse inventam ostendunt versus Eurip. Troad. 432 sq. *ὡς χρυσοῦς αὐτῶ τὰ μὲν καὶ Φρυγῶν κακὰ δόξει ποτ' εἶναι;* contra usitatior erat quam ut necesse sit putare Platonem eam ab Euripide duxisse. Propior est Platonis verbis Plutarchus, Timol., 11 (*Κάλλιππος καὶ Φάραξ*) *χρυσὸν ἔδειξαν τῇ Σικελίᾳ τὰς ἐν τῇ τυραννίδι συμφορὰς καὶ μακαριωτέρους δοκεῖν ἐποίησαν τοὺς καταστρέφαντας ἐν τῇ δουλείᾳ τῶν ἐπιδόντων τὴν αὐτονομίαν,* cf. etiam Plut. Adv. Col. 32, 1126 d *Ζήνων . . . τὸν Παρμενίδου λόγον ὡσπερ χρυσὸν ἀκήρατον καὶ δόκιμον παρέσχε,* Lucian. Nocyom. 4 (I p. 460 R.) *ὥστε μοι τάχιστα χρυσοῦν ἀπέδειξαν οὗτοι* (sc. οἱ φιλόσοφοι) *τὸν τῶν ἰδιωτῶν βίον* et Joseph. Flav. Contra Apion. 1, 26, 248 *οἱ δὲ Σολυμίται . . . οὕτως ἀνοσίως τοῖς ἀνθρώποις προσηρέχθησαν ὥστε τὴν τῶν προειρημένων κράτησιν χρυσὸν φαίνεσθαι τοῖς τότε τὰ τοῦτων ἀσεβήματα θεωμένοις.* Quam communis facta sit haec comparatio et quam perpetuus eius usus,

liceat mihi demonstrare uno epistulae loco, quam Bohuslaus de Hassenstein, vir litteris Latinis eruditissimus, anno 1507 ad Ioannem de Keyzersberg misit (Listář Bohuslava Hasišteinského z Lobkovic, ed. Jos. Truhlář, Pragae 1893, p. 167): »tot haereses quotidie pullulant, ut tempora illa Ioannis Ilus et Wiklefi, quae avi nostri tantopere detestati sunt, nostris comparata aurea fuisse videantur«.

- e 1 *φίλον ἄνδρα ἐμοὶ πρεσβύτερον Σωκράτη*: ἐμοὶ cum φίλον, πρεσβύτερον cum φίλον ἄνδρα coniungendum est, cf. Conv. 219 d εἰ μετὰ παιρὸς καθῆυδον ἢ ἀδελφοῦ πρεσβυτέρου. Karsten, Comment. crit. p. 50, erravit, cum scripsit haec de Socrate verba esse supervacua, »quasi cuiquam aequalium, qui Socratem et Platonem nossent, illum natu maiorem fuisse ignotum esse posset«. Recte contra dicit Ioannes Bertheau in annotatione ad hunc locum his ipsis verbis et iis quae sequuntur manifeste demonstrari eos ad quos epistula missa sit non tam bene instructos fuisse de Socrate, probari etiam epistulam missam esse ad certos aliquos homines, non scriptam, ut homines Platonici de rebus Siculis instituerentur. Ceterum observandum est Socratem a Platone memoriam illius temporis repetente hic a m i c u m n a t u m a i o r e m appellari, infra 325 b s o c i u m (*ἑταῖρος*). Non probatur mihi opinio quam E. Kapp, Philol. 79, 1923, 227, protulit, adiectivo *πρεσβύτερον* hoc loco Platonem magistrum suum a Socrate Minore discerni velle, de quo v. annot. ad 11, 358 d 4.

- e 2 *οὐκ ἂν αἰσχυνοίμην*: v. annot. ad 2, 310 d 4.
δικαιότατον . . . τῶν τότε: cf. iudicium de Socrate viro iustissimo quod est in exeunte dialogo Phaedone: *ἦδε ἡ τελευταίη . . . τοῦ ἑταίρου ἡμῖν ἐγένετο, ἀνδρός, ὡς ἡμεῖς φαίμεν ἂν, τῶν τότε ὧν ἐπειράθημεν ἀρίστου καὶ ἄλλως φρονιμοτάτου καὶ δικαιοτάτου*.

ἐπὶ τινα τῶν πολιτῶν μεθ' ἐτέρων ἔπεμπον: pluribus verbis de eadem hac re Socrates narrat Apol. 32 c sq.; utraque narratione comparata elucet quid de ea re Plato per totam vitam memoria tenuerit. In epistula medio fere saeculo post illam rem scripta Plato neque viri — Leontis — neque loci — Salaminis — nomen commemorat neque quot fuerint ii qui una cum

Socrate mittebantur neque quid ii egerint refert, sed summum ei est ostendere eos penes quos tum res publica erat, Socratem sceleris sui participem facere voluisse et Socratem eorum imperio non paruisse. Contra in epistula 325 c ad Apologiae narrationem accedit quod Leon unus ex amicis eorum fuit, qui populari causae studentes eo tempore in exilio erant et a quibus postea Socrates accusatus est. De Leone cf. Xenoph. Mem. 4, 4, 3, Hist. Gr. 2, 3, 39, Diog. Laert. 2, 24, Socrat. epist. 7, 1 sq.

ἵνα δὴ μετέχοι τῶν πραγμάτων αὐτοῖς: cf. Apol. 32 c *οἶα δὴ* 325 a 1
καὶ ἄλλοις ἐκεῖνοι πολλοῖς πολλὰ προσέειπτον, βουλόμενοι ὡς πλείστοις ἀναπλῆσαι αἰτιῶν.

ἐμαντὸν ἐπανήγαγον ἀπὸ τῶν τότε κακῶν: »me c malis illis recepi« (Ast); de hac praepositionum *ἐπαν-* significatione cf. verba *ἐπανιέναι, ἐπανελθεῖν, ἐπάνοδος*. Legentibus nobis haec verba occurrit in mentem Platonem insigni quodem modo ostendisse quam aversus esset suus animus a triginta virorum dominatione; nescio an Athenis profectus aliquamdiu extra patriam vixerit.

βραδύτερον μὲν, εἶλεν δέ με ὄμως: v. annot. ad 3, 316 e 4. 6

ἢ περὶ τὸ πράττειν . . . ἐπιθυμία: v. annot. ad 3, 316 c 6. b 1

ἂ τις ἂν δυσχεράνειεν: I. Bertheau in annotatione ad 325 a 2
ἔδυσχέρανα observat pluribus locis huius epistulae idem vocabulum brevi spatio intermisso vel eodem vel alio sensu repeti; exempla affert adiectivum *ἀνόσιος* 325 a sq. ter repetitum, 325 d *δοιοκεῖν* — *διωκεῖτο*, 325 c *τελεσιῶντα ἰλιγγιῶν* — 326 a *τελεσιῶντα δὲ νοῆσαι*, 324 b *ἔπαθον · φήθηρ* — *δέπαθον ὑπὸ νεότητος · φήθηρ*, vocabulum *θαυμαστός* in hac ipsa epistulae parte saepissime usurpatum; tum plurimis locis e Platonis Legibus congestis demonstrat similia in Legibus non raro inveniri.

Quae comparatio sufficere videtur ad refellendam opinionem Theodori Blunk, De septimae epistulae q. f. Platonicae adnominationibus (diss. Berolini 1906), qui pluribus quam post eum fecit Bertheau eiusmodi paronomasiae quam vocat exemplis in epistula septima inventis existimat talia in Platonis scriptis genuinis non inveniri (p. 27). Ad ea quae Bertheau profert exempla addenda sunt haec a Blunkio collata: 327 b sq. ubi septem formae verbi *γίγνεσθαι*, praeterea *διενοήθη, διάνοιαν, κατενοεί*

occurrunt, 351 c—352 a ubi continentur »paronomasiae« *πάσχειν, παθεῖν, παθών, πάθος, πάθοι — λάθοι, λάθοι, λαθόν, ἔλαθον, ἔλαθον — ἔσφηλε, σφήλαντες, σφαλεῖς — δι' ὀλιγίστων, δι' ὀλιγίστων*, 352 a ubi repetuntur verba *ῥηθέντα, εἴρηται, εἰρήσθω, ῥηθῆναι, ῥηθέντα, εἰρημένα — ἔδοξε, ἔδοξε — ἱκανάς, ἱκανῶς*, 340 a—341 c ubi Blunk duodecies verbum *πράγμα (πράττων)* occurrere commemorat, 330 c—331 b ubi non minus sexies decies verbum *συμβουλευεῖν* invenitur. Blunk affirmat p. 26 eum qui hanc epistulam scripsit de industria semper eodem verbo significavisse quae alio modo multo distinctius et melius exprimere posset; si arte rhetorica neglecta scripsisset, alia et distinctiora verba adhibitorum fuisse. Equidem puto talia non artis rhetoricae sed minus diligentis stili esse.

5 *οἱ τότε κατελθόντες*: i. e. ii qui a popularium partibus stabant.

6 *δυναστεύοντές τινες*: hac voce designantur ii, qui ad rem publicam, quaecumque est eius forma, administrandam plurimum valent, cf. 326 d ubi vox *τοῦς δυναστεύοντις* de iis, qui rei publicae ex tyrannide in oligarchiam mox in democratiam transcunti praesunt, usurpatur. De pronominis *τινες* significatione v. annot. ad 324 c 4.

εἰσάγουσιν εἰς δικαστήριον: cf. intra c *οἱ μὲν εἰσήγαγον*. Eadem voce utitur de Meleto accusante Socrates Apol. 24 d et 25 c.

7 *Σωκράτει προσήκουσαν*: Socratis nomine posito, ubi pronomem sufficeret, consulto sententiae vis quaedam additur; cf. annot. ad 2, 314 c 2.

c 1 *οἱ μὲν εἰσήγαγον, οἱ δὲ κατεψηφίσαντο*: *οἱ μὲν* ad eos refertur, qui supra *δυναστεύοντές τινες* appellati erant, *οἱ δὲ* ad iudices.

2 *ἀγωγῆς*: de Leonte abducendo, v. 324 e *Σωκράτη . . . ἐπί τινα τῶν πολιτῶν μεθ' ἑτέρων ἐπεμπον, βία ἄξοντα ὡς ἀποθανούμενον* (v. et annot.). Vox *ἀγωγή* hoc loco idem valet atque *ἀπαγωγή*, ut Plato saepe pro *ἀπάγειν* de abducendo in iudicium simplici verbo *ἄγειν* utitur, velut Leg. 11, 914 e *ἀγέτω τὸν ἔανιοῦ δοῦλον ὁ βουλόμενος*.

3 *περὶ ἓνα τῶν τότε φευγόντων φίλων*: *περὶ ἓνα* ad vocem *ἀγωγῆς* pertinet loco genctivi obiectivi, v. annot. a l 3, 316 c 6;

φίλων est genitivus partitivus cum *ένα* coniungendus; *τῶν* semel ponitur pro *ένα τῶν τῶν τ. φ. φίλων*; Wilamowitzii emendatio, Platon II 407, *φίλων* pro *φίλων*, supervacua videtur esse. De re narratur 324 e; hic comperimus Leontem fuisse unum ex amicis principum factionis popularis, qui triginta tyrannis Athenas imperio regentibus extra Athenas vivebant. Quod Howald existimat in annot. ad 324 e Leontem ipsum fuisse exulem, loco de quo agimus non efficitur neque existit quaestio, quam Howald a se positam solvere nescit, quo modo exul in Salamine, agro Atheniensium, habitare potuerit.

χαλεπότερον ἐφαίνετο ὀρθῶς εἶναι μοι τὰ πολιτικὰ διοικεῖν: 6
adverbium *ὀρθῶς* quod ad infinitivum *διοικεῖν* pertinet, propter praevalentem suam vim anteceptum, usitatum verborum ordinem paululum turbat.

οὔτε γὰρ . . . οἷόν τ' εἶναι πράττειν: regitur verbo *ἐφαίνετο* d 1
enuntiati quod praecedit; enuntiatum quod per alterum *τε* adiungitur, *τί τε τῶν νόμων γράμματα καὶ ἔδη διεφθέρειο* longa sententia *οὗς . . . ῥασιώνης* interposita ex illa rectione excidit.

ἀνευ φίλων ἀνδρῶν καὶ ἐταίρων πιστῶν . . . οὗς οὐδ' ὑπάρχοντας ἦν εὐρεῖν εὐπετές . . . μετὰ τινος ῥασιώνης: de vocis *ἐταίρων* significatione v. annot. ad 323 d 6. Quod Plato scribit patriis moribus institutisque mutalis factum esse ut haud facile sibi esset amicos sodalesque quos habuisset reperire atque novos parare, tum mihi explicari videtur, si conicimus post democratiam restitutam acrius quam antea esse consultum in sodalitates (*ἐταιρίαι, συννομοσῆαι*), quas semper et tyranni et populus evertendae suae dominationis esse credebant. Cum quantum scimus saeculo quinto non sit in universum interdictum ne sodalitates fierent, saeculo quarto legem quae erat de *εἰσαγγελία* quae vocabatur etiam ad sodalicia pertinuisse commemorat Hyperides Pro Euxenippo 7 sq. *εἰάν τις τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων καταλήη ἢ συνήη ποι ἐπὶ καταλύσει τοῦ δῆμου ἢ ἐταιρικὸν συναγάγη ἢ εἰάν τις πόλιν τινὰ προδοῖ ἢ ναῦς ἢ πεζὴν ἢ ναυτικὴν στρατιάν, ἢ ῥήτωρ ὧν μὴ λέγη τὰ ἀριστα τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων χρήματα λαμβάνων*. Haud scio an aliqua lex de sodaliciis ipso illo tempore cum populares triginta virorum dominationem vi-

cerunt lata sit, recentli memoria hetaeriarum, e quibus oligarchia illa prodiisset; cf. Aristot. Athen. pol. 34 οἱ μὲν δημοτικοὶ διασώζειν ἐπειρῶντο τὸν δῆμον, τῶν δὲ γνωρίμων οἱ μὲν ἐν ταῖς ἐταιρείαις ὄντες, καὶ τῶν φυγάδων οἱ μετὰ τὴν εἰρήνην κατελθόντες, ὀλιγαρχίας ἐπεθύμουν, οἱ δ' ἐν ἐταιρεία μὲν οὐδμιγὶ συγκαθεσιῶτες, ἄλλως δὲ δοκοῦντες οὐδενὸς ἐπιλείπεσθαι τῶν πολιτῶν, τὴν πάτριον πολιτείαν ἐζήτουν. Non est mirum, si Plato eam rem publicam, cuius imaginem in Legibus proponit, hetaeriis prohibitis conservare studet, v. Leg. 9, 856 b ὃς ἂν ἄγων εἰς ἀρχὴν ἀνθρώπων δουλώται μὲν τοὺς νόμους, ἐταιρίας δὲ τὴν πόλιν ὑπήκοον ποιῆ, καὶ βιαίως δὴ πᾶν τοῦτο πράττων καὶ σιάσιν ἐγέλρων παρανομῆ, τοῦτον δὴ διανοεῖσθαι δεῖ πάντων πολεμιώτατον ὅλη τῇ πόλει. At etiam quarto a. Ch. saeculo in re publica Atheniensium hetaerias — denuo, ut opinor — viguisse ostenditur multis locis libri quem scripsit G. M. Calhoun, Athenian Clubs in Politics and Litigation [Bulletin of the University of Texas n. 262], 1913.

- 5 **τά τε τῶν νόμων γράμματα καὶ ἔδη:** simili modo de scriptis legibus patriisque moribus legitur Politic. 298 d *τά δὲ τῶ πλήθει δόξαντα περὶ τούτων . . . γράψαντας ἐν κύρβεσὶ τισι καὶ στήλαις, τὰ δὲ καὶ ἄγραφα πάτρια θεμένους ἔδη.*
- 6 **διαφθείρετο καὶ ἐπεδίδου θανασιτὸν ὄσον:** verbum ἐπεδίδου quid significet varie explicari potest; Howald in annotatione ad hunc locum participium *διαφθειρόμενα* addit («und anderseits nahm die Verderbnis in der Gesetzgebung und allgemeinen Sittlichkeit in erschreckender Weise zu»), quod mihi non probatur, cum constructio verbi *ἐπιδιδόναι* cum participio praedicativo a Platonis dicendi genere mihi quidem abhorrere videatur. Equidem puto progressum enuntiato *ἐπεδίδου θανασιτὸν ὄσον* significatum per ironiam dici; cf. 339 b *ὡς θανασιτὸν ὄσον Διονύσιος ἐπιδεδωκὸς εἶη πρὸς φιλοσοφίαν* et annot.
- e 2 **πάντη πάντως:** v. annot. ad 7, 343 c 5.
- 3 **ἰλιγγιᾶν:** hoc verbum apud Platonem proprie dicitur Theaet. 175 d, transfertur saepius, velut Crat. 411 b *ὥσπερ καὶ τῶν νῶν οἱ πολλοὶ τῶν σοφῶν ὑπὸ τοῦ πυκνὰ περιστρέφεισθαι ζητοῦντες ὅπη ἔχει τὰ ὄντα εἰλιγγιῶσιν*, cf. Phaed. 79 c, Lys. 216 c, Gorg. 486 b, 527 a, Prot. 339 c, Pol. 3, 407 c, Leg. 10, 892 e.

πῆ ποτε: Burnet A²O² secutus *μή ποτε*.

πῆ . . . ἂν γίγνοιτο: de verbo *γίγνεται* impersonali cf. 330 a ἤ δ' ἂν οὕτως ἐγένετο, εἶπερ ἐγίγνετο, κάλλιστα, 331 a τίνα τροπόν γίγνοιτ' ἂν ῥᾶσια, 2, 311 e ὡς . . . δεῖ γίγνεσθαι.

ἀνιάτως ἔχοντά ἐστιν: de vocis *ἀνιάτως* sententia v. annot. 326 a 3 ad 5, 322 b 6; cum structura *ἔχοντά ἐστιν* cf. Leg. 5, 743 a εἰ δ' ἐστὶν τοῦτο οὕτως ἔχον.

ἄνευ παρασκευῆς θαυμαστῆς τινος μετὰ τύχης: cum vox *τύχη* quiddam significet quod supra hominem sit, *παρασκευή* aequè ac verbum *παρασκευάζειν* de actione humana dicitur.

λέγειν . . . ἡναγκάσθην: Plato ipse paene ad verbum exprimit 4 illam suam sententiam de rerum publicarum administratione cum philosophia coniungenda, ad quam summa eius librorum de re publica referenda est, v. praecipue Pol. 5, 473 d; epistula ostendit hanc sententiam ortam esse et ex iis quae Plato adulescens in patria usu cognoverat, et ex animo auctoritati philosophiae vehementer confidenti.

ἐκ ταύτης ἔστιν . . . κατιδεῖν: proprie dicitur de prospectu 5 quem loci edili praebent; transfertur Conv. 186 a *καθεωρακέναι μοι δοκῶ ἐκ τῆς λαιρικῆς*, Leg. 3, 676 a *μῶν οὐκ ἐνθένδε τις ἂν αὐτὴν* (i. e. *πολιτείας ἀρχὴν*) *ῥᾶσιά τε καὶ κάλλιστα κατιδοί . . . οἶμαι μὲν ἀπὸ χρόνου μήκους τε καὶ ἀπειρίας καὶ τῶν μειαβολῶν ἐν τῷ τοιοῦτῳ*.

τὰ τε πολιτικὰ δίκαια καὶ τὰ τῶν ἰδιωτῶν πάντα: ipsum verbi *κατιδεῖν* obiectum est *τὰ δίκαια*, cf. Pol. 2, 372 c *τάχ' ἂν κατιδοίμεν τὴν τε δικαιοσύνην καὶ ἀδικίαν*; verbis *τὰ πολιτικὰ* et *τὰ τῶν ἰδιωτῶν* species iusti definiuntur, ita ut sententia existat »conspicere quae sint iusta et in vita publica et in privata«.

κακῶν οὖν οὐ λήξειν τὰ ἀνθρώπινα γένη . . .: insignis illa 6 Platonis de rebus publicis administrandis sententia, iam antea Pol. 5, 473 c sq. notissimis verbis expressa *ἐὰν μή . . . ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταῦτόν συμπέσῃ, δύνამίς τε πολιτικῆ καὶ φιλοσοφία, τῶν δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ' ἐκάτερον αἱ πολλαὶ φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν, οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα . . . ταῖς πό-*

λεισι, δοκῶ δ' οὐδὲ τῆ ἀνθρώπινῳ γένοι, cf. ib. 6, 501 e et ep. 7, 335 d; ep. 3, 310 e sq. argumentis ex historia poetarumque fabulis petitis demonstratur sapientiam et potentiam in idem tendere semperque inter se affectare atque persequi. Et Pol. 5, 473 d et loco epistulae de quo agimus plane postulatur ut ii qui potentiam cum philosophia in se coniungant, recte vereque philosophentur (illic *γνησίως τε καὶ ἱκανῶς*, hic *ὄντως*).

- b 2** *ἐν τινος μοίρας θείας*: *θεία μοῖρα* apud Platonem saepe appellatur, cf. Apol. 33 c, Prot. 322 a, Io 534 c, Phaedr. 230 a, 244 c, Phaed. 58 e, Men. 99 e, 100 b, Leg. 1, 642 c, ib. 9, 875 c; idem significat dictio *θεία τόχη*, v. ep. 7, 327 e; 336 e; Leg. 7, 798 a *κατὰ τινὰ θείαν εὐτυχίαν*. Ep. 7, 337 e utraque dictio coniungitur *ἀγαθῆ . . . μοῖρα καὶ θεία καὶ τόχη*, cum 8, 353 b *θείαν τόχην καὶ θεῶν* coniunctum occurrat aequae ac Leg. 4, 709 b *ὅς θεός μὲν πάντα, καὶ μετὰ θεοῦ τόχη καὶ καιρός, τὰνθρώπινα διακυβερονῶσι σύμπαντα*, cf. ep. 3, 316 d *τὸ μετὰ τοῦτο εἴτ' ἀνθρώπος εἴτε θεός εἴτε τόχη τις μετὰ σοῦ Δίωνα ἐξέβαλεν*; ep. 6, 322 c *τόχη ἀγαθῆ* a deo datur: *ἐμοὶ φαίνεται θεῶν τις ἡμῖν τόχην ἀγαθὴν . . . εὐμενῶς καὶ ἱκανῶς παρασκευάζειν*. Hic ubique praedicatur hominem a numine quodam quod supra hominem est et regi et adiuvari; quam sententiam cum in epistulis saepe occurrere, tum a Platone sene non esse alienam demonstrat Maximilianus Odau, Quaestionum de septima et octava Platonis epistula capita duo (1906) p. 62 sq.; epistularum affereudi sunt loci praeter eos quos supra laudavimus 7, 324 b, 326 e, 327 c, ib. e, 336 e, 340 a, 8, 355 e. Hanc Platonis senis de divina fortuna sententiam originem esse Aristotelis iuvenis *θείας εὐτυχίας* notionem (Eth. Eud. 9 2) demonstrat R. Walzer, Magna Moralia und aristotelische Ethik (Neue philol. Untersuchungen, herausg. von W. Jaeger) p. 222.

- 4** *ὅτε πρῶτον ἀφικόμεν*: Dionysio Maiore Syracusas imperio tenente, cf. 324 a *ὅτε κατ' ἀρχὰς εἰς Συρακοῦσας ἀφικόμεν*.

ὁ ταύτη λεγόμενος αὖ βίος εὐδαίμων: coniungendum est *ὁ ταύτη βίος* = »vita ibi usitata«, »illa (i. e. Syracusana) vita«; de *ταύτη* = illic cf. eandem adverbii *τῆδε* significationem locis in annot. ad 4, 321 b 4 allatis et Thuc. 8, 101, 3 (*οἱ ναῦται*) *διὰ ταχέων παραπλεύσαντες Λεκτὸν καὶ Λάρισον καὶ Ἀμαξιτὸν*

καὶ τὰ ταῦτη χωρῖα ἀφικνοῦνται ἐς Ῥοίτειον ἰδίῃ τοῦ Ἑλλησπόντιου. Particula *αὐδ* ad totum enuntiatum pertinet, quo ad ea, quae Plato Athenis usu didicerat, etiam res Syracusanae adduntur.

Ἰταλιωτικῶν τε καὶ Συρακουσίων τραπεζῶν: *Συρακουσίων* 5 scribitur hoc loco aequè ac 3, 315 d et 319 d *Συρακουσίους*, 8, 357c *Συρακουσίοις* litteris *ου* adhibitis, cum idem adiectivum supra 324 b *Συρακουσίους*, 8, 355 a *Συρακουσίοις*, Pol. 3, 404 d *Συρακουσίαν*, Leg. 1, 638 b *Συρακούσιοι* (*συρακούσιοι* O: *συρακούσιοι* A: *συρακούσσιοι* LO²) scriptum occurrat. Haec plane congruunt cum eo quod observatis inscriptionibus concludit C. Meistehans, Grammatik der attischen Inschriften p. 21: falsae quae vocatur diphthongi *ου* scripturam circa a. 500 a. Chr. n. inceptam tempore procedente crebriorem fieri, ita ut circa a. 360 a. Chr. n. vetus litterae *ο* in hac diphthongo designanda usus fere evanescat. Scripturae inconstantiam mirum in modum in codicibus manuscriptis exprimi apparet.

Syracusanorum luxuriosas mensas in proverbio fuisse apparet ex Aristophanis fragm. 216 K.

*ἀλλ' οὐ γὰρ ἔμαθε ταῦτ' ἐμοῦ πέμποντος, ἀλλὰ μᾶλλον
πίνειν, ἔπειτ' ἄδειν κακῶς, Συρακουσίαν τραπέξαν,
Συβαριτιδᾶς τ' εὐωχίας καὶ »Χίον ἐκ Λακαινῶν«.*

Aristophanis dictionem illustrat Hesychius Lex. *Συρακουσία* *τραπέξα*· *πολυτελής*. Cf. Cic. De fin. 2, 92 »voluptas non minor in nasturcio illo... quam in Syracusanis mensis«; Hor. Carm. 3, 1, 17 sq. »dstrictus ensis cui super inopia cervice pendet, non Siculae dapes dulcem elaborabunt saporem«; Phot. Lex. *Συρακουσία* *τραπέξα*· ἢ *πολυτελής*· *ἐδόκουν γὰρ οἱ Σικελιώται ἀβροδῖταιοι εἶναι μᾶλλον πάντων*. Cf. quae de eadem re plurimis verbis exponit Athenacus 12, 527 c sq. dum illos Aristophanis versus adfert. De coquendi arte Siciliensi librum quendam esse scriptum legimus Gorg. 518 b *Μίθαικος ὁ τὴν ὀψοποιίαν συγγεγραφῶς τὴν Σικελικὴν*. Quae Syracusanorum luxuria a Platone iam Pol. 3, 404 d reprehenditur: *Συρακουσίαν δέ... τραπέξαν καὶ Σικελικὴν ποικίλιαν ὄψον... οὐκ αἰνεῖς, εἴπερ σοι ταῦτα δοκεῖ ὀρθῶς ἔχειν*; in epistula septima 326 d vitam Siciliensem Doricae vitae opponit.

Quod Plato tantopere studet demonstrare ubi corporis voluptates maximi aestimentur ibi rem publicam stare non posse, se ipsum defendere videtur a quibusdam calumniis, quibus et vivus et mortuus perstringebatur. Fuerunt enim qui dicerent Platonem Dionysii divitiis et luxuria Siciliensi pellectum Syracusas profectum esse, cf. 2, 312 c, 7, 328 c. Quae calumnia apud adversarios Platonis per multa saecula obtinuit; cf. praesertim quae de Diogene illo Cynico Platonem cavillante narrat Diog. Laert. 6, 25 *τί... ὁ σοφὸς εἰς Σικελίαν πλεύσας τῶν τραπεζῶν τούτων χάριν, νῦν παρακειμένων οὐκ ἀπολαύεις*; Lucianus De paras. 34 *ὁ δὲ Πλάτων ὑμῶν ὁ γενναιότατος καὶ αὐτὸς μὲν ἦκεν εἰς Σικελίαν ἐπὶ τούτῳ (i. e. τῷ παρασιτεῖν), καὶ ὀλίγας παρασιτήσας ἡμέρας τῷ τυράνῳ τοῦ παρασιτεῖν ὑπὸ ἀφύιας ἐξέπεσε, καὶ πάλιν Ἀθήναζε ἀφικόμενος καὶ φιλοπονήσας καὶ παρασκευάσας ἑαυτὸν αὔδις δευτέρῳ σιόλῳ ἐπέπλευσε ἢ Σικελία καὶ δειπνήσας πάλιν ὀλίγας ἡμέρας ὑπὸ ἀμαθίας ἐξέπεσε*. Aristides 46, 229 Dindl. ad illum Gorgiae Platonici locum spectans cum ironia Platonem certe Syracusanorum mensae peritum esse coniecit. Apud Philostratum, Vita Apoll. 1, 35, Apollonius in numero exemplorum quibus ostenditur philosophos non dedignatos esse dona a regibus accipere, etiam Platonem nominat: *ἐν οἷς ἔστιν, ὡς Διοσχίνης μὲν ὁ τοῦ Λυσανίου παρὰ Διονύσιον εἰς Σικελίαν ὑπὲρ χρημάτων ᾤχετο, Πλάτων δὲ τρεῖς ἀναμειρήσαι λέγειται τὴν Χάρυβδιν ὑπὲρ πλοῦτιον Σικελικοῦ, Ἀρίστιππος δ' ὁ Κυρηναῖος καὶ Ἑλλίκων ὁ ἐκ Κυζίκου καὶ Φύτων, οἳ ἔφευγε Ῥήγιον, οὕτω τι εἰς τοὺς Διονυσίου κατέδυσαν θησαυροὺς, ὡς μόγις ἀνασχεῖν ἐκείθεν*. Apud Themistium, Or. 23, 285 c, nominatur Plato iuxta Pythagoram Socratem Aristotelem, qui iniustus accusationibus sint vexati: *Πλάτωνος δὲ οὐ μέγχοι νῦν καταβοῶσιν ὡς τρεῖς πλεύσαντος εἰς Σικελίαν ἐπὶ χορήμασι καὶ τραπέξῃ*; Idem narrabant scriptores Christiani, qui quidem Platoni obtrectare voluerint, velut Tatianus Or. ad Graecos 3 *Πλάτων φιλοσοφῶν ὑπὸ Διονυσίου διὰ γαστριμυργίαν ἐπιπράσκετο*, quem sequitur Tertullianus Apol. 46, 15 *»idem Aristoteles tam indecore Alexandro, regendo potius, adulatur, quam Plato Dionysio ventris gratia venditurur«*; simile est quod scribit Theodoretus, Graecarum affectionum curatio 2, 24 Raeder (Migne tom. 83 col. 1144), Platonem

Athenis relictis consuetudinem habuisse cum Dionysio Syracusanorum tyranno et cum eius filio Syracusanis fruentem deliciis; Platonem accusari ab antiquorum nonnullis ut qui multa fecerit, quae indigna sint philosophia; cuius generis esse ea, quae in Xenophontis epistula ad Aeschinem legantur: *Αἰγύπτιον γὰρ ἠράσθησαν καὶ τῆς Πυθαγόρου τερατώδους σοφίας· ὧν τὸ περιττὸν καὶ μὴ μόνιμον ἐπὶ Σωκράτει διήλεγχεν ἔρωσ τυραννίδος, καὶ ἀντὶ διαίτης λιτῆς Σικελιώτις γαστρὸς ἀμέτρον τράπεζα.*

Contra Socraticorum epistula 8., qua Antisthenes Aristippum a Dionysio Syracusiisque mensis avertere conatur, in cod. Paris. 1760 nomine Platonis inscripta est, v. Köhler, Die Briefe des Sokrates und der Sokratiker p. 22.

Epistulae verba 326 b *ἐλθόντα δέ με . . . c ποτὲ γενέσθαι* vertit Cicero Tusc. 5, 100 dum demonstrat hominem multo cibo multaue potione completum ne mente quidem recte uti posse: »Est praeclara epistula Platonis ad Dionis propinquos, in qua scriptum est his fere verbis: ,Quo cum venissem vita illa beata, quae ferebatur, plena Italicarum Syracusiarumque mensarum, nullo modo mihi placuit, bis in die saturum fieri nec umquam pernoctare solum ceteraque, quae comitantur huic vitae, in qua sapiens nemo efficietur umquam, moderatus vero multo minus. quae enim natura tam mirabiliter temperari potest?«

δὶς . . . τῆς ἡμέρας ἐμπιμπλάμενον ζῆν καὶ μηδέποτε κοιμώμενον μόνον νύκτωρ: hanc Platonis sententiam quam Cicero (v. annotationem quae praecedat) vertit, repetit Sall. Suas. 1, 8 »ei quibus bis die ventrem onerare, nullam noctem sine scorto quiescere mos est.« Platonis verba a Cicerone versa tamquam in proverbium venerunt; velut Martinus a S. Brunone in libro qui „Astraea iudex . . .“ inscribitur (Brunae 1697), dum hominem luxuriosum describit, affert etiam hoc »cotidie bis satur« et annotat »Plato in epistula ad amicos Dionis.«

ἐκ . . . τούτων τῶν ἐθῶν . . . : quod ad sententiam cf. 336 c sq. c 2 et Leg. 3, 696 a de luxuriosa Persarum vita *οὐ γὰρ μὴ ποτε γένηται παῖς καὶ ἀνὴρ καὶ γέρων ἐκ ταύτης τῆς τροφῆς διαφέρων πρὸς ἀρετήν.*

οὐτ' ἂν φρόνιμος οὐδεις: coniunctioni *οὐτε* respondet *τε* in enuntiato *πόλις τε οὐδεμία* ita ut sententia existat vitam vo-

luptariam neque homini neque civitati prodesse. Quod leges sine victu cotidiano recte ordinato parum valent v. 11, 359 a.

- 3 τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἀνθρώπων: cf. Tim. 23 c sq. πολιτεῖαι . . . κάλλισται πασῶν ὁπόσων ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἡμεῖς ἀκοῆν παρεδέξαμεθα, Demosth. 18, 270 τῶν ὑπὸ τοῦτον τὸν ἥλιον ἀνθρώπων. Praepositio ὑπὸ cum accusativo structa iam inde ab Homero de eo adhibetur quod sub aliqua re late porrigitur aut versatur, velut Il. 5, 266 sq. ἄριστοι Ἴππων, ὅσοι ἕσιν ὑπ' ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, Od. 2, 181 sq. θρονίθες δέ τε πολλοὶ ὑπ' αὐγὰς ἡελίοιο φοιτῶσι, Her. 5, 10 ἀλλά μοι τὰ ὑπὸ τὴν ἄρκτον ἀοίκητα δοκεῖ εἶναι.

- 4 οὐχ οὕτως θαυμαστῇ φύσει κραθήσεται: »non tam admirabili natura temperatus erit«, cf. Phaedr. 279 a δοκεῖ μοι (sc. Ἰσοκράτης) ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγους τὰ τῆς φύσεως, εἴ τι τε ἦδει γεννικωτέρῳ κεκραῖσθαι, Leg. 11, 930 a εἰκὸς δὲ εἶναι τοὺς τοιοῦτους μὴ προέσιν ἦθεσιν κεκραμένους (in marg. L²O², κεχωρημένους AIO). Simili modo Epin. 990 b mirabili natura opus esse dicitur ad rem difficilem pernoscendam: ὡς οὐκ ἂν ῥαδίως ποιῆ πᾶσα φύσις ἱκανῆ γένοιτο θεωρῆσαι, μὴ θαυμαστῆς μετέχουσα φύσεως.

σώφρων δὲ οὐδ' ἂν μελλῆσαι ποτὲ γενέσθαι: i. e. »nemo qui in huiusmodi moribus ab adolescentia nutriatur, prudens evadere possit etiamsi velit; temperans vero ne velit quidem fieri«. Quod ad verbum μέλλειν Richards, Class. Rev. 14, 1900, 100, comparat Arist. Eth. Nic. 2, 3, 1105 b 9 εἶ οὖν λέγεται οὐκ ἐκ τοῦ δίκαια πράττειν ὁ δίκαιος γίνεται καὶ ἐκ τοῦ τὰ σώφρονα ὁ σώφρων ἐκ δὲ τοῦ μὴ πράττειν ταῦτα οὐδεὶς ἂν οὐδὲ μελλῆσειε γενέσθαι ἀγαθός, qui locus non satis diligenter exprimitur interpretatione editionis academiae Borussicae »his autem neglectis neminem umquam virum bonum futurum«.

- d2 ἐς εὐωχίας καὶ πότους καὶ ἀφροδισίων σπουδᾶς: cf. infra 335 b φαγεῖν ἢ πιεῖν ἢ περὶ τὴν . . . ἀφροδίσιον λεγομένην . . . ἡδονὴν . . . ἐμπέμπλασθαι, Pol. 1, 329 a ἀναμιμνησκόμενοι περὶ τε ἀφροδίσια καὶ περὶ πότους τε καὶ εὐωχίας.

σπουδᾶς διαπονουμένας: cum conformatione verborum σπουδᾶς διαπονεῖν cf. πόρους διαπονεῖν Leg. 5, 727 c, γράμματα διαπονεῖν ib. 7, 810 b; passivum occurrit Leg. 7, 796 a τὰ δὲ ἀπ'

ὄρθῳς πύλης . . . μετὰ φιλονικίας τε καὶ καιρσιύσεως διαπιπνού-
μενα, ih. 9, 857 c τὰ περὶ τῆν τῶν νόμων θέσιν οὐδενὶ τρόπῳ
πώποτε γέγονεν ὄρθῳς διαπεπονημένα. Simili modo dicitur
Leg. 5, 743 c ἡ τῶν χρημίτων ὄρθῳς σπουδαζομένη σπουδή. Quae
cum ita sint, Wilamowitzii emendatio, Platon II 407, διαπιπνου-
μένους a Howaldio et Josepho Souilhé recepta supervacua
videtur esse.

τυραννίδας τε καὶ ὀλιγαρχίας καὶ δημοκρατίας: optimae rei **3**
publicae, quae δίκαιος καὶ ἰσόνομος πολιτεία vocatur, Plato
opponit tres formas rei publicae corruptae; qua in re hic locus
congruit cum Politic. 291 d sq. et cum Legibus 8, 832 c; v. etiam
annot. ad 5, 321 d 5. At hic non agitur qualis sit forma rei publi-
cae, sed quantam calamitatem rerum mutationes civitati affe-
rant, id quod tum Syracusis erat.

δικαίον δὲ καὶ ἰσόνομον πολιτείας τοὺς ἐν αὐταῖς δυνασ- **4**
τεύοντας μηδ' ὄνομα ἀκούοντας ἀνέχεσθαι: fortasse Plato offen-
sionem Dionysii Maioris recordatur, si verum est quod narrat
Plutarchus, Dio 5, Dionysium aegre tulisse Platonis iustitiae
praedicationem: ἐκ δὲ τοῦτου τραπόμενος (sc. ὁ Πλάτων) περὶ
δικαιοσύνης ἐδίδασκεν, ὡς μακάριος μὲν ὁ τῶν δικαίων, ἄθλιος
δὲ ὁ τῶν ἀδίκων βίος, οὐτε τοὺς λόγους ἔφερεν ὁ τύραννος ὥσ-
περ ἐξελεγχόμενος, ἤχθετό τε τοῖς παροῦσι θανασιῶς ἀπο-
δεχομένοις τὸν ἄνδρα καὶ κηλουμένοις ὑπὸ τῶν λεγομένων.
Quod ad δικαίον . . . πολιτείας attinet, cf. Prot. 349 b ἴδιος οὐσία
(contra Pol. 9, 580 d μίᾳ ἰδίᾳ sc. ἡδονῇ).

ἔοικεν μὴν τότε μηχανωμένῳ τινὶ τῶν κρείττωνων ἀρχὴν **7**
βαλέσθαι: pro personali quae dicitur verborum conformatione
(ἔοικεν μηχανᾶσθαι τις τῶν κρείττωνων) verbum ἔοικεν ἰmpersonale
cum dativo nominis quod actionis subiectum significat
(τινὶ τῶν κρείττωνων) et participii actionem significantis (μη-
χανωμένῳ) struitur; de dativo participii cf. Phaed. 86 d καὶ γὰρ
οὐ φάβως ἔοικεν ἀπιπομένῳ τοῦ λόγου, Crat. 437 a (τὸ ὄνομα)
μᾶλλον ἔοικε σημαίνοντι ὅτι . . . Vocis τῶν κρείττωνων usus hic
idem est atque Soph. 216 b τις . . . τῶν κρείττωνων, cf. verborum
lusum Euthyd. 291 a τις . . . τῶν κρείττωνων . . . τῶν κρείττωνων
τις. Dictionem οἱ κρείττονες tamquam vere Platonice in usum
venisse iudicari potest ex Aristotelis epist. 4 (p. 173 Herch.)

μόνη δ' ἡ τῶν σπουδαίων διαγωγή τὸ τῆς τύχης εὐκίνητον οὐκ ἀπαρνεῖται, φέρουσα δ' εὐλόγως πᾶν τὸ προσπίπτον ἐκ τῶν κατὰ Πλάτωνα κρειττόνων εὖ διατίθεται.

Quantam vim Plato fortunae atque diis attribuere solitus sit v. annot. ad 326 b 2.

Cum Plato epistulam de qua agimus scribebat, videbat Syracusanorum civitatem contrariam esse suae de bene ordinata re publica opinioni: nullum ibi esse regimen, cives dissidentes, caedes atque fugas rei publicae causa fieri, Dionem ipsum interemptum. Quem rerum statum describit Plutarchus, Timol. 1: Ἐπεὶ Δίῳ μὲν ἐξελάσας Διονύσιον τὸν τύραννον εὐθύς ἀνηρέθη δόλῳ καὶ διέστησαν οἱ σὺν Δίῳ Συρακουσίου ἐλευθερώσαντες, ἡ δὲ πόλις ἄλλον ἐξ ἄλλου μεταβάλλουσα συνεχῶς τύραννον ὑπὸ πλήθους κακῶν μικρὸν ἀπέλειπεν ἔρημος εἶναι, τῆς δ' ἄλλης Σικελίας ἡ μὲν ἀνάστατος καὶ ἀπολις παντάπασιν ἤδη διὰ τοὺς πολέμους ὑπῆρχεν, αἱ δὲ πλείσται πόλεις ὑπὸ βαρβάρων μισθῶν καὶ στρατιωτῶν ἀμισθῶν κατελχοντο, ῥαδίως προσιεμένων τὰς μεταβολὰς τῶν δυναστειῶν . . . Quae cum ita essent, Plato se ipsum noxium iudicabat et putabat primum illum suum in Siciliam adventum originem fuisse omnium quae tum erant malorum; se auctore Dionem primum mente postea etiam armis in tyrannidem impetum fecisse, quod esset initium civilium procellarum. Plutarchus haud scio an consulto sententiam huius epistulae loci invertit, cum in vita Dionis scribit adventum Platonis fuisse initium libertatis Syracusanorum: *δαίμων τις, ὡς ἔοικε, πρόρωθεν ἀρχὴν ἐλευθερίας βαλλόμενος Συρακουσίοις καὶ τυραννίδος κατάλυσιν μηχανώμενος ἐκόμισεν ἐξ Ἰταλίας εἰς Συρακούσας Πλάτωνα καὶ Δίωνα συνήγαγεν εἰς λόγους αὐτῶν*. Re vera dubitari potest an iure Plato existimet suam cum Dione consuetudinem tanti momenti fuisse; contra Dio quae habuit consilia etiam sine Platone et capturus et peracturus videtur fuisse.

e3 τὸ δεῦτερον συμβουλευόντι: secundum appellat hoc consilium Dionis amicis dandum, cum memoria teneat illud consilium, quod una cum Dione Dionysio dederit, cf. 331 d κατὰ δὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἐγὼ ὑμῖν τ' ἂν συμβουλεύοιμι, συνεβούλευον δὲ καὶ Διονυσίῳ μετὰ Δίωνος. Cum autem etiam illud spectat, quod

suaserat ipsi Dioni, hoc consilium tertio loco numerat, v. 334 c συμβουλευώ δὲ δὴ τι πρὸς τοῦτοις τὴν αὐτὴν συμβουλήν καὶ λόγον τὸν αὐτὸν λέγων ἤδη τρίτον τρίτοις ὑμῖν et ib. d ταῦτα πρῶτον μὲν Δίωνα ἐπεχειρήσα ἐγὼ πείθειν, δευτέρου δὲ Διονύσιον, τρίτου δὲ ὑμᾶς νῦν.

συγγενόμενος Δίωσι τότε νέφ: de Dionis aetate v. annot. **327 a 1**
ad 324 a 6.

κινδυνεύω . . . ἀγνοεῖν ὅτι τυραννίδος . . . κατάλυσιν ἐσομένην μηχανώμενος ἐλάνθανον ἑμαυτόν: infinitivus ἀγνοεῖν de actione praeterita. Multis verbis significat Plato se inscientem paravisse tyrannidis eversionem.

Δίων μὲν: sequitur b μετὰ δὲ τοῦτο: primum Dionem, tum **4**
alios in sententiam suam perduxit.

δέξέως . . . καὶ σφόδρα: eodem modo hae duae notiones coniunguntur Politic. 306 e **6**
τάχος καὶ σφοδρότητα καὶ δξύτητα διανοήσεώς τε καὶ σώματος ἔτι δὲ καὶ φωνῆς . . . ὀξὺν καὶ ἀνδρείον πρῶτον πού φαμεν, καὶ ταχὺν καὶ ἀνδρικόν, καὶ σφοδρὸν ὡσαύτως.

οὐδεὶς . . . ὧν ἐγὼ προσέτυχον νέων: eiusdem modi attractio **b 1**
occurrit Gorg. 509 a **ὅτι μέντοι ὧν ἐγὼ ἐντετύχηκα . . . οὐδεὶς οἶός τ' ἐστίν . . .**, Prot. 361 c, Theaet. 144 a, Pol. 7, 531 e **εἰ μὴ μάλα γέ τινες ὀλίγοι ὧν ἐγὼ ἐντετύχηκα.** Franciscus L. van Cleef, De attractionis in enuntiationibus relativis usu Platonico (1890) p. 45, dum haec exempla enumerat recte animadvertit in omnibus composita verbi **τυγχάνειν** adhibita esse; quae attractio ut efficeretur id alicuius momenti fuisse credit quod non insolita apud scriptores vetustiores sit **ἐντυγχάνειν** verbi cum genetivo coniunctio et verbum **τυγχάνειν** ipsum genetivum sibi postulet.

ἐπαχθέστερον τοῖς περὶ τὰ τυραννικὰ νόμιμα ζῶσιν: ex his **4**
ipsis verbis, quibus Plato exponit quantopere Dio virtutem adamaverit, satis apparet, quod Plato non dicit, Dionem non tam virtutis amatorem fuisse quam tyrannidis adversarium.

τοῦ θανάτου τοῦ περὶ Διονύσιον γενομένου: pro τοῦ Διονυσίου θανάτου, v. annot. ad 3, 316 c 6. Commemorandus est praepositionis **περὶ** usus in enuntiationibus quibus exprimitur quod cui infaustum accidit, praesertim mors; exempla de inscriptionibus Graecis dialecticis congesta affert R. Günther, Indog. Forsch. **5**

20, 1906/7 p. 138, ut *ei dé ti áνθρώπινον γένοιτο περὶ Μάνη*, vel *ὡς κα τὸ πάθος γένηται περὶ Ἀρχέλαον*, vel *γενομένων περὶ αὐτοὺς καιρῶν δυσχερῶν*. De paronomasia, quam hic effici putabat Th. Blunk, v. annot. ad 325 b 2.

- 6 **ἀν γενέσθαι**: Apeltio, in annotatione ad hunc locum pertinente, particula *ἀν* mira videtur esse, cum neque potentialis neque irrealis sententia in hoc enuntiatum quadret, et in versione eam omittit („Späterhin aber erkannte er, dass diese seine Gesinnung . . . nicht bloss in ihm zur Geltung gekommen war“); quo modo Howald vertere potuerit »Nach diesem Ereignis hegte er den Wunsch, daß die Ansichten . . . sich nicht nur auf ihn beschränken möchten«, nescio. Equidem puto infinitivum *ἀν γενέσθαι* profecto sententiam potentialem significare potentiali forma aliis sententiis quae sequuntur quasque Dio deliberans effingitur assimilata, v. *Διονύσιον γενέσθαι ἀν . . . τὸν βίον ἀν συμβῆναι . . . d βίον ἀν εὐδαίμονα κατασκευάσαι*.

c 1 **ὑπὸ τῶν ὀρθῶν λόγων**: scilicet Platonis.

- 2 **ὀρθῶν κατενόει**: cf. Alcib. 103 b *κατανοήματα . . . σκοπούμενος ὡς πρὸς τοὺς ἑραστὰς ἔσχες*.

ἐγγιγνομένην . . . κατενόει, πολλοῖς μὲν οὐ, γιγνομένην δ' οὖν ἐν τισιν: verbum repetitur ut Leg. 10, 888 c *τὰ δύο μέντοι πάδη περὶ Θεοὺς μείναι, πολλοῖσι μὲν οὐ, μείναι δὲ οὖν τισιν*, ib. 12, 953 c *ἀν ποτέ τις ἀφίκηται, σπάνιος μὲν, ἀν δ' οὖν ποτέ τις ἔλθῃ*. Particula *οὖν* hic adverbii vim habere videtur idemque significare quod »profecto«; de quo usu plurima exponit Eduardus des Places, *Études sur quelques particules de liaison chez Platon* (1929) p. 3—10, cum Legum quos attulimus locos p. 218 aliter explicet. Aliae existunt verborum conformationes, si priore loco verbum omittitur; de qua re v. annot. ad 3, 316 c 4.

συλλαμβανόντων θεῶν: v. annot. ad 326 b 2.

- 5 **συμβῆναι γερόμενον**: cf. 328 a *συμβῆναι γενομένου*, 330 c *συνέβη γερόμενος*, 8, 353 b *συμβῆναι γενομένην*, 8, 353 d *συμβαίνει γιγνόμενον*, Leg. 3, 682 b *συνέβαινε γερόμενα*, 5, 745 c *συμβῆναι γερόμενα*, 9, 874 e *συμβαίνει γιγνόμενα*, 12, 946 c *συμβῆ γερόμενα*. Verbum cuius actio verbo *συμβαίνειν* proponitur aut infinitivi (cum accusativo) aut participii praedicativi formam habet, cf. Theaet. 170 c *συμβαίνει μὴ αἰεὶ ἀληθῆ ἀλλ'*

ἀμφότερα αὐτοὺς δοξάζειν, at ep. 7, 330 c ἵνα μὴ τὰ πάρεργα ὡς ἔργα μοι συμβαλῆ λεγόμενα, Tim. 86 b καὶ τὰ μὲν περὶ τὸ σῶμα νοσήματα ταύτῃ συμβαίνει γιγνόμενα, Leg. 5, 745 e ὥστε συμβῆναι κατὰ λόγον οὕτω σύμπαντα γεγόμενα. De aliis periphrasticis verborum structuris v. annot. ad 339 b 5.

ἀνευ σφαγῶν καὶ θανάτων καὶ τῶν νῦν γεγονότων κακῶν: d 3
Dionis deliberationi admiscet Plato talia quae multo post, nonnulla ipso Dione mortuo acciderint, dum demonstrare studet Dionem numquam caede atque vi rei publicae causa usurum fuisse, si sibi contigisset consilia, quae Dionysio mortuo habuerit, perficere. Cf. etiam 351 c et annot. ad 326 d 7.

βίον εὐδαίμονα καὶ ἀληθινόν: cf. Critiae locum 121 b ἀληθινὸν πρὸς εὐδαιμονίαν βίον ὄραν et sententiam contrariam supra 326 b ὁ ταύτῃ λεγόμενος βίος εὐδαίμων. 4

εἰ καὶ μακρότερα εἰπεῖν: sine copula quae dicitur ἐστὶ cf. e 3
Pol. 3, 412 c ποιεῖν . . . ἃ τῇ πόλει βέλτιστα. Epistolici esse generis existimat Plato excusare si epistula iustam quandam mensuram excessura esse videatur; cf. 329 b οὐ γὰρ δεῖ μακρύνειν, 11, 358 e μακρᾶς ἐτέρας δέοιτ' ἂν ἐπιστολῆς ἤτις πάντα διεξίλοι, 13, 363 c εἰ δὲ μὴ πάνυ μακρᾶς ἐπιστολῆς ἦν, ἔγραψα ἂν ἃ ἔλεγε.

θεῖα τιμὴ τύχη: v. annot. ad 326 b 2. 4

καταλέγων δέ: hoc participio et eo quod sequitur λέγων excipitur participium λέγων enuntiati λέγων τάδε ἐδεῖτο. 5

καὶ τὴν νεότητα καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν Διονυσίου φιλοσοφίας τε καὶ παιδείας ὡς ἔχοι σφόδρα λέγων: Burnetii distinctionem post Διονυσίου omitto; accusativi τὴν νεότητα et τὴν ἐπιθυμίαν qui accusativos τὴν ἀρχὴν et τὴν δύναμιν excipiunt, iidem obiecti vice ad verbum ἔχοι pertinentis funguntur. Aetatis Dionysii rationem subducit G. Grote, History of Greece 10,333 annot. 1 hoc modo: Dionysii filius natus maximus Apollocrates cui pater a. 356 vel 355 arcem Syracusarum defendendam tradiderit (Plut. Dio 37), sextum et decimum quod minimum est eo tempore aetatis suae annum agebat, unde est verisimile eum circa a. 372 natum esse; si patrem filio non minus viginti annis maiorem fuisse censendum est, concludit Grote Dionysium Minorem esse natum circa a. 392 et cum Dionysius Maior a. 367 est mortuus, egisse 328 a 1

Minorem aetatis suae annum vicesimum quintum. Ad hanc annorum computationem profecto quadrat vox *τὴν νεότητα* qua de eo Plato hoc loco Dionem usum inducit. K. J. Beloch, Griech. Geschichte III² 2, 103, dum existimat Apollocratem cum arcem defenderet viginti minimum annorum adulescentem fuisse, computat Dionysium a. 398 aut paulo post esse natum; ne hic quidem annorum numerus obstat quominus Dionysii aetas a. 367 iuvenilis appelletur, praesertim cum omnium mentibus facile obversaretur novi principis cum patre mortuo comparatio.

3 *τούς τε αὐτοῦ ἀδελφιδούς καὶ τοὺς οἰκείους*; scholium ad ep. 4, 320 a (Appendix Plat. p. 390 sq. Herm.) docet Hipparino Dionis patri tres fuisse filios et tres filias, quarum unam, Aristomachen, nuptam fuisse Dionysio Maiori, alteras duas Dionysii fratribus Leptinae et Thearidae. Filiorum ex his matrimoniis ortorum notissimi sunt Dionysii Maioris filii Hipparinus et Nysaeus; quos hoc loco dici ob eam rem parum est veri simile quod a. 367, cum Dio Platonem Syracusas vocabat, Hipparinus, Nysaeo natu maior, non plus quinque annos natus erat.

4 *πρὸς τὸν ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενον ἀεὶ λόγον καὶ βίον*: re vera philosophiam esse voluit Plato non solum doctrinam sed tamquam genus quoddam vitae, cf. 339 c *πρὸς ἔρωτα ἐλθεῖν τοῦ βελτίστου βίου*, Phaed. 68 c *τοῖς ἐν φιλοσοφίᾳ ζῶσιν*, Theaet. 174 b *ἐν φιλοσοφίᾳ διάγουσι*; ob eam rem Plato gravissimum putabat esse ut philosophi acque ac viri qui rebus publicis praesent, certum et ordinatum vivendi modum servarent, v. 7, 340 d sq., 11, 359 a, cf. Leg. 6, 762 e. Tamen proprius »Platonicus« vitae modus neque commemoratur neque exstitit, qui cum illo »Pythagorico« vitae modo (v. Pol. 10, 600 b *Πυθαγόρειος τρόπος τοῦ βίου*) comparari possit; cuius rei causam fuisse puto id quod Plato ei quam commendabat vitae speciosas ulla atque insignes formas non dedit.

τούς αὐτοὺς φιλοσόφους τε καὶ πόλεων ἄρχοντας μεγάλων συμβῆναι γενομένους: de participio *γενομένους* v. annot. ad 327 c 5; de sententia v. annot. ad 326 a b. Si haec sententia a Dione in epistula ad Platonem missa profertur, apparet Dionem eam aut re vera a Platone iam antea accepisse aut certe — quod mihi quidem veri similis videtur — fingere eam a se esse acceptam.

τὴν δ' ἐμὴν δόξαν ... εἶχε φόβος: opiniononi natura hominis **b 2**
 attribuitur ut 3, 317 e ὡς ἡ ἐμὴ δόξα μαντεύεται, cf. 2, 313 a τὸ
 δὴ μετὰ τοῦτο ἡ ψυχὴ φησιν, Gorg. 486 e περὶ ὧν ἡ ἐμὴ ψυχὴ
 δοξάζει, Cony. 192 c sq. ἀλλ' ἄλλο τι βουλομένη ἐκατέρου ἡ
 ψυχὴ δῆλη ἐστίν, δ οὐ δύναται εἰπεῖν, ἀλλὰ μαντεύεται ὃ βού-
 λεται, καὶ αἰνίττεται, Io 535 c παρὰ τοῖς πράγμασιν οἶεται σου
 εἶναι ἡ ψυχὴ οἷς λέγεις ἐνθουσιάζουσα, Hipp. Mai. 296 d δ' ἐβού-
 λητο ἡμῶν ἡ ψυχὴ εἰπεῖν. Notissimus est idem substantivi λόγος
 usus Platonicus.

τὸ περὶ τῶν νέων: de praepositionis περὶ usu v. annot. ad
 3, 316 c 6.

αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τῶν τοιούτων ταχεῖαι: de iuvenum inconstan- **3**
 tia cf. Leg. 11, 929 c τὰ γὰρ τῶν νέων ἦδη πολλάς μεταβο-
 λὰς ἐν τῷ βίῳ μεταβάλλειν ἐκάστοτε πέφυκεν. Nonnumquam
 Plato ipsam hominis naturam esse inconstantem commemorat,
 v. annot. ad 13, 360 d. Sententiam imitatur Sallustius Bell. Iug.
 113, 1 »sed plerumque regiae voluntates ut vehementes, sic
 mobiles, saepe ipsae sibi adversae«.

τὸ δὲ Δίωνος ἠπιστάμην τῆς ψυχῆς πέρι ... ἐμβριθὲς ὄν: **4**
 Burnet post Δίωνος addit ἦθος, quae vox in margine A³ O² legi-
 tur; quod mihi non probatur cum putem τὸ δὲ Δίωνος τῆς ψυχῆς
 πέρι esse coniungendum et respondere iis quae supra dicta sunt
 τὸ μὲν περὶ τῶν νέων. De verborum coniunctione τὸ Δίωνος τῆς
 ψυχῆς πέρι = »quod ad Dionis animum« cf. e. g. Phaedr. 274 a
 οὐκοῦν τὸ μὲν τέχνης τε καὶ ἀτεχνίας λόγων πέρι ἱκανῶς ἐχέ-
 τω ... τὸ δ' εὐπρεπείας δὴ γραφῆς πέρι καὶ ἀπρεπείας, πῆ
 γιγνόμενον καλῶς ἂν ἔχοι καὶ ὅπῃ ἀπρεπῶς, λοιπόν.

ἡλικίας ... ἦδη μετρίως ἔχον: de verborum conformatione **5**
 cf. Euthyd. 305 d μετρίως μὲν γὰρ φιλοσοφίας ἔχειν, μετρίως
 δὲ πολιτικῶν. Dio »satis aetatis habere« dici poterat, quippe qui
 eo tempore quadragenarius esset, v. annot. ad 324 a 6.

πορευτέον: Burnet ex margine A³ O² addit καὶ ὑπακουστέον. **7**
ἢ πῶς: sc. ποιητέον, per euphemismum pro ἢ οὐ. Cf. Phil.
 12 a ταῦθ' οὕτως ὁμολογούμενά φατε, ἢ πῶς; W. Lutosławski,
 The origin and growth of Plato's Logic p. 123 commemorat ver-
 borum conformationem ἢ πῶς in posterioribus Platonis scriptis
 occurrere, ad exprimendas quaestiones affirmationem exigentes,

Pol. et Parm. semel, Soph. quater, Politic. et Leg. ter, Phil. quinquies.

ἔρρεψε: »praeponderavit«, proprie de alterutra trutiniae lance, cf. [Plat.] De iusto 373 e *τὸ μὲν κάτω ῥέπον ἐν τοῖς ζυγοῖς βαρὺ, τὸ γὰρ ἄνω κοῦφον*, transfertur Pol. 8, 550 e *ἢ οὐχ οὐτω πλοῦτου ἀρετὴ διέστηκεν, ὥσπερ ἐν πλάσιγγι ζυγοῦ κειμένου ἑκατέρου, ἀεὶ τοῦναντίον ῥέποντε*; Phil. 46 e *εἰς ὁπότερ' ἂν ῥέψη*.

c 1 *καὶ νῦν πειρατέον εἶναι* coniungendum est cum *δεῖν* ita ut necessitas duobus modis exprimatur, cf. Pol. 7, 535 a *ἐκέλευας τὰς φύσεις οἷον δεῖν ἐκλεκτέας εἶναι*.

2 *πείσας γὰρ ἓνα μόνον ἱκανῶς πάντα ἐξειργασμένος ἐσοίμην ἀγαθά:* cf. Pol. 6, 502 b *εἰς ἱκανὸς γενόμενος . . . πάντ' ἐπιτελέσαι*. Plato eo tempore credebat — quod postea desperavit — fieri posse ut in eodem et potestas et sapientia coniungerentur ad rem publicam optime administrandam.

οὐχ ἢ τινες ἐδόξαζον: Plato defendit suum iter Siciliense a calumniis de quibus v. annot. ad 326 b 5.

5 *μὴ δόξαιμι . . . λόγος μόνον ἀτεχνῶς εἶναι τις:* hoc modo saepius vox *λήρος* et de hominibus et de rebus usurpatur, cf. Charm. 176 a *ἐμὲ . . . λήρον ἡγεῖσθαι εἶναι καὶ ἀδύνατον λόγῳ ὄτιοῦν ζητεῖν*, Phaed. 72 b sq. *οἴοθ' ὅτι τελευτῶντα πάντ' <ἂν> λήρον τὸν Ἐνδύμιωνα ἀποδεξείην*, Xenoph. An. 7, 7, 41 *καίτοι Ἡρακλεῖδῃ γε λήρος πάντα δοκεῖ εἶναι πρὸς τὸ ἀργύριον ἔχειν ἐκ παντὸς τρόπου*, Eur. Herc. 111 sq. senes Thebani e quibus chorus compositus est *ἔπεα μόνον καὶ δόκημα νυκτερωπὸν ἐννύχων ὀνειρώων* se appellant, Aristoph. Lys. 860 *ὅτι λήρός ἐστι τὰλλα πρὸς Κινησίαν*, Antiph. frg. 232 *ἄρ' ἐστὶ λήρος πάντα πρὸς τὸ χρυσίον*; Simile est Theaet. 166 a *οὐτός . . . γέλωτα δὴ τὸν ἐμὲ ἐν τοῖς λόγοις ἀπέδειξεν*; v. etiam annot. ad 324 d 7.

6 *κινδυνεύσειν δέ:* alterum quod Plato secum deliberabat sine ullo verbo regenti infinitivo expressum adiungitur praecedenti *αἰσχυρόμενος μὲν*. Wilamowitz, Platon II 408, pro *κινδυνεύσειν* participium *κινδυνεύσων* legere mavult.

d 1 *πρῶτον μὲν:* alterum sententiae membrum alio modo adiunctum sequitur 328 e *φιλοσοφία δέ*.

2 *εἴτε οὖν πάθῃ τι, εἴτε . . . ἔλθῃ . . . καὶ ἀνέροιο:* apodosis sequitur 329 a *τίς ἂν ἦν μοι ταῦτα εὐσχήμων ἀπόκρισις*;

ὑπὸ Διονυσίου καὶ τῶν ἄλλων ἐχθρῶν: quamquam in hac verborum conformatione non est necesse putare pronomine τῶν ἄλλων adhibito Dionysium inimicis Dionis adnumerari, tamen Dionysium cum Dione dissidentem his verbis ostendi apparet; quod discidium si iam tum Plato se metuisse scribit, in illud tempus videtur transferre quae postea acciderunt.

ὦ Πλάτων . . . : deliberationi apud Platonem saepe colloquii 4 vel sermonis vel interrogationis forma datur, cf. 2, 313 a ἡ ψυχὴ φησιν, 7, 346 d πρῶτος δ' ἦν μοι τῆς βουλῆς ἡγούμενος ὅδε λόγος. Ne Apologia quidem dialogo caret, cf. colloquium quod fingitur Socratis cum Meleto 24 c sq.

οὐχ ὀπλιτῶν δεόμενος . . . ἀλλὰ λόγων καὶ πειθοῦς: v. annot. ad 6, 322 d 2.

τό μὲν ἐμόν: »mea fortuna«, »quod ad me pertinet«, »quod e 3 mihi accidit«, alibi idem quod »ego«, cf. Gorg. 458 d τό γ' ἐμόν οὐδὲν κωλύει, εἴπερ ἐθέλει Γοργίας, Charm. 176 b, Lach. 188 c, Pol. 7, 533 a ἐπεὶ τό γ' ἐμόν οὐδὲν ἂν προθυμίας ἀπολίπτοι.

(φιλοσοφίαν) ἀτίμως φῆς ὑπὸ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων φέρεσ- 4 θαι: φέρειν φιλοσοφίαν dicitur ut φέρειν ἄχθος, συμφορὰν, γῆρας, θάνατον; simili modo e. g. Pol. 6, 503 e εἰ καὶ τὰ μέγιστα μαθήματα δυνατῆ ἔσται ἐνεργεῖν, Apol. 37 c οὐ ἡμεῖς . . . οὐχ οἶοί τε ἐγένεσθε ἐνεργεῖν τὰς ἐμὰς διατριβάς καὶ τοὺς λόγους, ἀλλ' ὑμῖν βαρύτεραι γεγόνασιν καὶ ἐπιφθονότεραι. Philosophia hominibus molestum atque invisum quoddam onus esse dicitur; quae sit causa cur parvi aestimetur exponit Plato Pol. 6, 489 a, 497 a, 7, 535 c, 539 c.

πολλοῦ γε καὶ δεήσει: particulam γε in AO et apud Burnetium 329 a 5 omissam restituendam esse censet Wilamowitz, Plato II 407, restituit Howald et ex LVO² Souilhé.

ἦλθον μὲν: coniungendum est cum b ἐλθῶν δέ. 6

διὰ τε τὰ τοιαῦτα καταλιπὼν . . . : Plato postquam dixit b 1 suum Syracusas proficiscendi consilium fuisse iustum (ἐν δίκῃ), addit quam parum commodum sibi idem fuerit; utraque re se defendit ab iis a quibus contumeliose dicebatur lucri causa patriam reliquisse.

καταλιπὼν τὰς ἐμαντοῦ διατριβάς, οὔσας οὐκ ἀσχήμονας: cf. Euthyphr. 2 a οὐτι σὺ τὰς ἐν Λυκείῳ καταλιπὼν διατριβάς

ἐνθάδε νῦν διατριβεις. Voce *διατριβαί* Platonem de suis in Academia disputationibus atque studiis uti apparet, cf. 2, 314 b.

- 2 *ὑπὸ τυραννίδα δοκοῦσαν οὐ πρόπειν τοῖς ἐμοῖς λόγοις οὐδὲ ἐμοί:* opponitur dictioni *διατριβάς*, *οὔσας οὐκ ἀσχήμονας*; praepositione *ὑπὸ* significatur Platonem sui consilii perficiendi causa et libertatis deminutionem esse passum. Tyrannidis adversarium se ostendit Plato et iis quae de tyrannide non solum disserebat sed etiam praesertim in libris de Politia scripsit, et similtate in quam eius cum Dionysio Maiore usus atque consuetudo evasit.
- 3 *ἔμαντὸν ἡλευθέρωσα Διὸς ξενίου: Ζεὺς ξένιος* Platonem, si Dionis amicitiam (*τὴν Δίωνος ξενίαν τε καὶ ἐταιρίαν ἐν κινδύνοις ὄντως γεγονότος οὐ σμικροῖς* 328 d) deseruisset, merita affecisset poena. Verbum *ἔλευθεροῦν* de culpae absolutione ut Eur. Hippol. 1449 sq.
Hippol.: *ἐπεὶ σε τοῦδ' ἔλευθερῶ φόνου.*
Thes.: *τί φῆς; ἀφιεῖς αἱματός μ' ἔλεύθερον;*
- 4 (*ἔμαντὸν*) *τῆς φιλοσόφου ἀνέγκλητον μοῖρας παρέσχον:* ἡ φιλόσοφος μοῖρα = pars, i. e. munus, officium philosophiae, cf. ἡ θεία μοῖρα = divinitatis pars, velut Prot. 322 a *ἐπειδὴ δὲ ὁ ἀνθρώπος θείας μετέσχε μοῖρας*, Criti. 121 a *ἐπεὶ δ' ἡ τοῦ θεοῦ . . . μοῖρα ἐξέτιγλος ἐγίγνετο ἐν αὐτοῖς.* »Parti philosophiae« opponitur »ignominiae pars« in enuntiato quod sequitur *εἰ . . . αἰσχύνῃς μετέσχον κακῆς.*
- 6 *οὐ γὰρ δεῖ μῆκύνειν:* Platonis plus interest demonstrare quam iustae fuerint causae quibus permotus Syracusas profectus sit, quam res Syracusis gestas enarrare. V. etiam annot. ad 327 e 3.
- c 1 *διαβολῶν πρὸς τὴν τυραννίδα:* cf. 3, 316 a *διαβολῆς πρὸς Συρακοσίους*, 13, 362 d *μὴ οὖν σε διαβαλλόντων πρὸς τοὺς ἀνθρώπους.* Euthyphr. 3 b *εὐδιάβολα τὰ τοιαῦτα πρὸς τοὺς πολλούς.* Quod ad dictionem *πρὸς τὴν τυραννίδα* attinet per metonymiam pro *πρὸς τὸν τύραννον* adhibitam, cf. eandem sententiam apud Plut., Dio 12, his verbis expressam: *τῷ Δίωνι ἦσαν διαβολαὶ καὶ κατηγορίαι πρὸς τὸν τύραννον.*
- 2 *σχεδὸν ἴσως:* eadem adverbia coniuncta occurrunt Leg. 2, 658 d, Soph. 253 c.

οὕτω διατεθέντας: pro οὕτω διακειμένους, cf. Leg. 2, 666 c d 1
διατεθείς οὕτως, Theaet. 151 c πολλοὶ . . . πρὸς με οὕτω διε-
τέθησαν.

φιλοφρόνως πάντας ἀνελάμβανεν: ἀναλαμβάνειν ξένον · 2
δειπνίζειν, φιλοφρονεῖσθαι Hesych.

τὸν ἐμὲ παρεμυθεῖτο: τὸν ἐμέ ut Theaet. 166 a, Soph. 239 b, 3
Phil. 20 b.

ἐδεῖτο: excipitur infra vocibus προσεποιεῖτο δεῖσθαι et sub- 4
stantivo δεήσεις; de eadem voce iterata v. annot. ad 325 b 2.

δ δὴ μηχανώμενος: scilicet τὸ (ἐμὲ) μένειν. 7

μὴ ὅτι κωλύοντος . . . Διονυσίου, ἀλλ' οὐδ' εἰ μὴ . . .: de μὴ e 2
ὅτι v. annot. ad 3, 315 c 1.

ἐξήγαγε: verbum ἐξάγειν de exportandis et rebus et homi-
nibus adhibetur, cf. Leg. 8, 847 b τέλος . . . μηδὲν τελεῖν μήτε
ἐξαγομένων χρημάτων μήτ' εἰσαγομένων. Cf. etiam 347 a ἐθε-
λήσει με ἄγειν ναύτην.

τῶν ἐν ταῖς τῆς χώρας ἐξόδοις ἀρχόντων: hic locus est 5
alicuius momenti ad cognoscendum etiam in antiquis civitati-
bus custodes in finibus esse impositos a quibus non solum por-
toria exigentur sed etiam si opus esset ineuntes et exeuntes
inspicerentur. Cf. Aristoph. Av. 1213 sq., Plaut. Capt. 450 sq.

διηγγελμένον . . . τοῦναντίον: accusativus qui dicitur absolutus, 7
cf. Prot. 314 c δόξαν ἡμῖν ταῦτα ἐπορευόμεθα.

τοῦναντίον ἢ τὸ πρότερον πάλιν: πάλιν cum τοῦναντίον 330 a 1
coniungendum est, ut Prot. 354 a οὐκοῦν πάλιν ἂν αὐτοὺς τὸ
ἐναντίον εἰ ἐροίμεθα.

Πλάτωνα: v. annot. ad 2, 314 c 2.

θαυμασιῶς: v. annot. ad 332 d 4. 2

τὸ γὰρ ἀληθὲς δεῖ φράζειν: non sine causa dicitur, cum ea
quae sequuntur maximi sint momenti ad Dionysii naturam
pernoscendam atque iudicandam.

κατὰ τὴν τοῦ τρόπου τε καὶ ἡθους συνουσίαν: genetivo cum 3
voce συνουσία coniuncto significatur id cum quo cui consuetudo
est, cf. Phaed. 81 c ἡ ὁμιλία τε καὶ συνουσία τοῦ σώματος, 83 e
ἄμοιρος . . . τῆς τοῦ θείου τε καὶ καθαρῶ καὶ μονοειδοῦς συν-
ουσίας, Prot. 316 c τὰς τῶν ἄλλων συνουσίας; quod hoc loco
consuetudinis obiectum sunt mores, cf. Leg. 2, 656 h πομηροῖς

ἦθεσιν συνῶν κακῶν ἀνθρώπων. Substantiva τροπος et ἦθος coniuncta occurrunt etiam Leg. 9, 862 b, 11, 924 d, Conv. 207 e, Lys. 222 a; hoc loco dicuntur mores Platonis.

- 6 ἦ δ' ἂν οὕτως ἐγένετο... κάλλιστα: scilicet »ut eum laudarem atque amicum putarem.«
- b 2 μή πη παραποδοσθεῖη: cf. Leg. 2, 652 b μή πη παραποδοσθῶμεν ὑπ' αὐτοῦ.
- 6 ὁ πρῶτος... χρόνος τῆς εἰς Σικελίαν ἐμῆς ἐπιδημίας: dicitur de priore Platonis apud Dionysium Minorem commoratione, i. e. de secundo Platonis itinere Siciliensi; eodem modo eadem res significatur infra 337 e ὁ μὲν γὰρ δὴ πρῶτος χρόνος τῆς ἐν Σικελίᾳ διαιριβῆς μοι διεπεράνθη.
- 7 διὰ πάντα ταῦτα συνέβη γενόμενος: de συνέβη γενόμενος v. annot. ad 327 c 5; διὰ πάντα ταῦτα parum usitate »per haec omnia tempus consumptum est.«
- c 1 πάση σπουδῇ μεταπεμπομένου Διονυσίου: de eadem invitatione v. 338 b et plura 339 a sqq.
- 2 ὡς εἰκότα τε καὶ δίκαια: ut de altero ita de tertio itinere Siciliensi Plato summo studio demonstrat iustas se habuisse proficiscendi causas; cf. 329 a ἦλθον... κατὰ λόγον ἐν δίκῃ.
- 3 συμβουλευσας... συμβουλευόντα... συμβουλῆς alia: de eodem verbo repetito v. annot. ad 325 b 2.
- 4 τῶν ἐπανερωτῶντων ἔνεκα: v. annot. ad 333 c 6.
- 5 ἵνα μὴ τὰ πάρεργα ὡς ἔργα μοι συμβαίη λεγόμενα: de participio λεγόμενα v. annot. ad 327 c 5. Voces πάρεργον et ἔργον inter se opponuntur etiam Leg. 7, 807 d πάρεργον... οὐδὲν δεῖ τῶν ἄλλων ἔργων διακώλυμα γίνεσθαι, cf. Aristot. Eth. N. 1, 7, 1098 a 32 ὅπως μὴ τὰ πάρεργα τῶν ἔργων πλείω γίνηται. Platoni dum ad ea enarranda transiturus est quae ad tertium suum iter Siciliense pertineant, in mentem venit hac epistula sibi respondendum esse Dionis amicis consilium atque auxilium petentibus, cf. 324 a; qua de re consilium ἔργον esse vult, narrationem de rebus in Sicilia gestis tamquam πάρεργον illi postponendum. Tamen epistula ita composita est, ut Platonis pluri interesse videatur ut sua accuratissime exponantur quam ut Dionis amicis consilium detur. Quae cum ita sint, apparet Platonem occasione consilii

dandi usum esse ut res a se Syracusis gestas enarraret atque defenderet.

τὸν συμβουλευόντα . . .: priusquam ad rem ipsam accedit, 7
exponendum putat quid de ratione consilii sentiat; de eadem
re v. 5, 322 b et annot.

ἄλλο τι χρή: dictio *ἄλλο τι* quae »noune« significat, occur- d 1
rit in enuntiatis interrogativis Gorg. 495 c, Theaet. 159 c,
203 c, Pol. 1, 342 d, 2, 369 d. Hoc loco et sententia ipsa et eius
forma interrogativa ea re turbatur, quod sententiae *πρῶτον μὲν*
μεταβάλλειν τὸν βίον statim adiungitur quid faciendum sit si
aegrotus consilio pareat, quid si non pareat; qua re cum totum
enuntiatum longius fiat, pro altero infinitivo qui cum infinitivo
παραίνειν congruat, enuntiatum primum *ἡγούμην ἄν* ponitur.
Karstenii coniecturam ἢ *ἄλλο τι*, a Ioanne Bertheau acceptam
et explicatam, si epistolae dicendi genus spectamus inutilem
et falsam esse existimo aequae ac Badhamii coniecturam qui
Mnemos. 10, 1882, 290 opinionem profert tres priores vocis
ΑΛΛΟΤΙ litteras duabus postremis in praecedente *ΥΓΙΕΙΑΝ*
deberi locumque lacunosum esse cum aliquid exciderit hanc
sententiam continens: *〈διδάσκειν αὐτὸν κελεύω〉* ὅτι *χρή* quae
sequuntur. Etiam Wilamowitz, Platon II 408, hunc locum la-
cuna indicata sanare conatus est: *τὸν συμβουλευόντα ἀνδρὶ*
κάμνοντι καὶ δίαιταν διαιωμένῳ μοχθηρὰν πρὸς ὑγίειαν *〈οὐ*
περὶ φαρμάκων δόσεως εὐθὺς δεῖν λόγον προσφέρεισθαι〉, ἄλλ'
ὅτι χρή quae sequuntur.

μεταβάλλειν τὸν βίον: cf. Theaet. 167 a *ὁ μὲν ἰατρὸς φαρμά-*
κοις μεταβάλλει (sc. *τὴν ἕξιν*), *ὁ δὲ σοφιστὴς λόγοις*, ib. d sqq.
Qui sanari velit ei primum vitae rationem esse corrigendam docet
Plato etiam Pol. 4, 425 e sqq. (*ἐκβῆναι πονηρᾶς διαίτης*) atque
cum homine sanando rem publicam bene administrandam com-
parat.

ἀπὸ τῆς τοῦ τοιοῦτου συμβουλῆς: substantivo adiungitur
genetivus obiectivus, quamquam verbum *συμβουλεύειν* cum
dativo coniungitur; cf. 334 c *τῆς συμβουλῆς τῶν Διονείων φίλων*
καὶ συγγενῶν, 332 e *πρὸς τὰς τῶν βαρβάρων βοήθειας*, Phaedr.
244 e *καταφυγοῦσα πρὸς θεῶν εὐχὰς τε καὶ λατρείας*, Leg. 7,
799 a *ἐπὶ τοῖς τῶν θεῶν θύμασιν*.

- 3 *ἄνδρα . . . καὶ ἰατρικόν*: sequuntur notiones contrariae *ἄνανδρόν τε καὶ ἄτεχνον*, cf. 331 a voces *ἀνανδρόν* et *ἄνδρα* alteram alteri oppositas. De vocis *ἄνῆρ* significatione quae dicitur praegnantem cf. Phaedr. 239 b *ὄθεν ἂν μάλιστα ἄνῆρ γίγνοιτο*, Pol. 8, 549 e sq. *ἐπειδὴν ἄνῆρ γέννηται . . . ἄνῆρ μᾶλλον ἔσται τοῦ πατρός*, Lach. 188 c *ἀνδρός . . . ὡς ἀληθῶς ὄντος ἀνδρός* (cf. Cic. Tusc. 2, 53 »C. Marius rusticanus vir sed plane vir«), Conv. 192 a, Menex. 247 e. Quod Plato tantopere medicum homini contumaci non medentem laudat atque plane virum appellat, subaudiri potest haec iis Atheniensium responderi qui Platonem tamquam parum fortem perstringerent, quod patriae civilia munera delrectavisset; cf. similem defensionem 5, 322 b.
- 6 *κατὰ τρόπον*: v. annot. ad. 331 b 1.
- e 1 *τοῖς τοιούτοις*: i. e. civibus quorum res publica rite recta via procedit.
- 2 *τοῖς δ' ἔξω . . . βαίνοσι τῆς ὀρθῆς πολιτείας*: eodem modo excedendi sententiam transfert Plato Leg. 9, 876 e *μήποτε βαίνειν ἔξω τῆς δίκης*, 3, 697 b *τούτων δὲ ἂν ἐκτός τις βαίνει νομοθέτης ἢ πόλις*, 7, 793 c *ἂν δ' ἐκτός τοῦ καλοῦ βαίνει πλημμελῶς*.
- 3 *εἰς ἴχνος ἵεσαι*: opponitur dictioni quam proxime annotavimus; cf. Politic. 301 e *μεταθέοντας ἰὰ τῆς ἀληθεστάτης πολιτείας ἴχνη*, Phaedr. 276 d *παντὶ τῷ ταῦτόν ἴχνος μειόνη*, Phaed. 115 b *ὥσπερ κατ' ἴχνη κατὰ τὰ νῦν . . . εἰρημένα . . . ζῆν*.
- 331 a 1 *ὑπηρετοῦντας*: sic recte Burnet codices A O secutus, vulg. *ὑπηρετοῦντα*. Quod post singularem numerum vocum *τῷ συμβούλῳ* et *ἀποθανουμένῳ* in hoc ennutiato opposito obiectum collectivum quod dicitur numero plurali profertur, inaequalitas est haud inusitata, cf. Conv. 207 b *ἔτοιμά ἐστιν ὑπὲρ τούτων καὶ διαμάχεσθαι*, ubi *ὑπὲρ τούτων* ad τοῦ γενομένου quod antecedit refertur.
- 2 *κελεύειν*: participiorum *τοῖς βαίνοσι . . . καὶ μηδαμῇ ἐθέλουσιν . . . προαγορεύουσιν* δὲ conformatione interrupta quod postremo loco dicendum erat non participio sed verbi forma finita *κελεύειν* profertur; cf. Leg. 6, 778 e *τείχος δὲ περιβαλοῖμεθα* post praecedentia participia. Recentiorum codicum lectio *κελεύουσι*, quam Wilamowitz, Platon II 407, praefert, sane facilius est, at rectior vix potest haberi.

τινα τρόπον γίγνοιτ' ἄν: scilicet ταῖς βουλήσεσιν καὶ ἐπιθυμίας αὐτῶν ὑπηρετεῖν.

ἄνδρα: v. annot. ad 330 d 3.

4

περὶ χρημάτων κτήσεως: quod in maximis rebus ad hominis vitam spectantibus et pecuniarum et corporis et animi cura ponitur, cf. Leg. 3, 697 b ἔστιν δὲ ὀρθῶς ἄρα τιμιάτατα μὲν καὶ πρῶτα τὰ περὶ τὴν ψυχὴν ἀγαθὰ κείσθαι . . . δευτέρα δὲ τὰ περὶ τὸ σῶμα καλὰ καὶ ἀγαθὰ, καὶ τρίτα τὰ περὶ τὴν οὐσίαν καὶ χρήματα λεγόμενα et ib. 5, 743 e ὄντων γὰρ τριῶν τῶν ἀπάντων περὶ ἃ πᾶς ἄνθρωπος σπουδάζει, τελευταῖον καὶ τρίτον ἔστιν ἢ τῶν χρημάτων ὀρθῶς σπουδαζομένη σπουδή, σώματος δὲ πέρι μέση, πρώτη δὲ ἢ τῆς ψυχῆς. In hac bonorum aestimatione Plato propius ad res quales sunt accedit quam Pol. 6, 491 c, ubi corporis pulchritudo et vis, divitiae, necessitudines alia eius generis in numero bonorum »quae dicuntur« ponuntur. Epistulae et Legum loci congruunt cum Platonis diaereseon exemplo quod ab Aristotele traditum esse scribit Diog. Laert. 3, 80 (= Arist. fragm. 114 Rose): διήρει δέ (sc. Plato), φησὶν Ἀριστοτέλης, καὶ τὰ πράγματα τοῦτον ἰὸν τρόπον. τῶν ἀγαθῶν ἔστι τὰ μὲν ἐν ψυχῇ, τὰ δὲ ἐν σώματι, τὰ δὲ ἐκτός· οἶον ἢ μὲν δικαιοσύνη καὶ ἡ φρόνησις καὶ ἡ ἀνδρεία καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν ψυχῇ· τὸ δὲ κάλλος καὶ ἡ εὐεξία καὶ ἡ ὑγίεια καὶ ἡ ἰσχὺς ἐν σώματι· οἱ δὲ φίλοι καὶ ἡ τῆς πατρὸς εὐδαιμονία καὶ ὁ πλοῦτος ἐν τοῖς ἐκτός. Itaque loco de quo agimus confirmatur Platonicae de bonorum generibus doctrinae cognitio, ab iis qui eum in Academia secuti sunt Speusippo Xenocrate Polemone receptae atque excoltae.

6

ἐν τινι τρόπῳ: cf. 330 d κατὰ τρόπον »certa vivendi ratione«, Leg. 3, 686 d κατὰ τινα τρόπον; sententia eadem est quae infra c verbis εἰάν δέ τινα καθεστῶτα ζῶσι βίον exprimitur.

b 1

ἀφοσιωσάμενος: de huius verbi vi Ast Lex.: »religionis tantum causa (h. e. ut defungar, igitur ad speciem et leviter) aliquid facio vel tracto«; cf. Leg. 6, 752 d μὴ μόνον ἀφοσιώσασθαι περὶ τῆς χώρας . . . συντόμως δ' ἐπιμεληθῆναι.

3

οὐκ . . . ἐπανσάμην: aoristum qui gnomicus dicitur Plato in enuntiatis actionem iteratam significantibus non raro ad-

hibet, cf. Gorg. 484 a ἐὰν . . . φύσιν ικανὴν γένηται ἔχων ἀνὴρ, πάντα ταῦτα ἀποσεισάμενος . . . ἐπαναστὰς ἀνεφάνη δεσπότης ἡμέτερος ὁ δοῦλος καὶ ἐνταῦθα ἐξέλαμψεν τὸ τῆς φύσεως δίκαιον, Phaed. 113 d ἐπειδὴν ἀφίκωνται οἱ τετελευτηκότες εἰς τὸν τόπον . . . πρῶτον μὲν διεδικάσαντο οἱ τε καλῶς καὶ ὁσῶς βιώσαντες καὶ οἱ μὴ.

7 πατέρα δὲ ἢ μητέρα οὐχ ὅσιον ἡγοῦμαι προσβιάζεσθαι: eadem sententia occurrit Crit. 51 c βιάζεσθαι δὲ οὐχ ὅσιον οὔτε μητέρα οὔτε πατέρα, πολὺ δὲ τούτων ἔτι ἥτιον τὴν πατρίδα. V. annot. ad d 2.

c 3 ἀπεχθάνεσθαι: pendet ex ὅσιον ἡγοῦμαι.

d 1 εἰ μέλλοι μῆτε ματαίως ἐρεῖν μῆτε ἀποθανεῖσθαι: cf. annot. ad 5, 322 a et ex Apologiae loco qui ibi citatur 31 d enuntiatum εὖ γὰρ ἴσπε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ ἐγὼ πάλαι ἐπεχείρησα πράττειν τὰ πολιτικὰ πράγματα, πάλαι ἂν ἀπολώλη καὶ οὔτ' ἂν ὑμᾶς ὠφελήκη οὐδὲν οὔτ' ἂν ἐμαντόν.

2 βίαν δὲ πατρίδι πολιτείας μεταβολῆς μὴ προσφέρειν: βίαν μεταβολῆς ut Phaed. 97 a ἡ σύνοδος τοῦ πλησίον ἀλλήλων τεθῆναι («the coming together which consists in their juxtaposition» Burnet in annot. suae editionis), Gorg. 526 a καλοὶ κάγαθοὶ ταύτην τὴν ἀρετὴν τὴν τοῦ δικαίως διαχειρίζειν ἢ ἂν τις ἐπιτρέπη. Comparantibus nobis huius loci sententiam cum dialogi Politici argumento apparet Platonem alio modo hic alio in Politico de re publica administranda sensisse. Hoc loco eum qui rei publicae consulat vim adhibere vetat, cum in Politico demonstrat artem rei publicae administrandae esse imperativam quandam (τέχνη ἐπιτακτική 260 b sqq.) et viro vere politico aequae ac medico legibus posthabitis solam artem esse spectandam; qui si quid contra leges moremque patrium praecipiat, non eam vim esse appellandam, etiamsi cives non sua sponte sed coacti pareant (296 a sqq.). Quae cum ita sint, iudicandum esse mihi quidem videtur Platonem in hac epistula ab imagine perfecti viri politici quam in illo dialogo cogitatione finxerat recedere atque priores partes non homini sed legibus tribuere. Qua in re haec epistula propius ad Leges accedit, Politicus ad Politiam. Eodem modo de vi patriae aequae ac parentibus non inferenda monentes facit Plato leges in Critone dialogo 50 c — 51 c, v. praesertim

51 b sq. *καὶ ἐν πολέμῳ καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ πανταχοῦ ποιητέον ἂν ἦν κελεύη ἢ πόλις καὶ ἡ πατρίς, ἢ πείθειν αὐτήν ἢ τὸ δίκαιον πέφυκε· βιάζεσθαι δὲ οὐχ ὄσιον οὔτε μητέρα οὔτε πατέρα, πολὺ δὲ τούτων ἔτι ἦττον τὴν πατρίδα.*

Locum septimae epistulae de quo agimus in mente habet Cicero et adiungit ei sententiam ex epistula 5, 322 a sq. sumptam, cum in epistula ad Lentulum missa scribit (Fam. 1, 9, 18): »Itaque tota iam sapientium civium, qualem me et esse et numerari volo, et sententia et voluntas mutata esse debet. Id enim iubet idem ille Plato, quem ego vehementer auctorem sequor, tantum contendere in re publica, quantum probare tuis civibus possis; vim neque parenti nec patriae afferre oportere. Atque hanc quidem ille causam sibi ait non attingendae rei publicae fuisse, quod, cum offendisset populum Atheniensium prope iam desipientem senectute, cumque eum nec persuadendo nec cogendo regi posse vidisset, cum persuaderi posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur.« Etiam Sallustio hanc sententiam notam fuisse apparet ex Bello Iug. 3, 2 »nam vi quidem regere patriam aut parentis, quamquam et possis et delicta corrigas, tamen importunum est».

ἀνευ φυγῆς καὶ σφαγῆς ἀνδρῶν: Plato cum monet ut vitentur ea quae in rerum publicarum commutationibus per vim fieri soleant, res in Sicilia gestas spectat, cf. 327 d, 351 c. Videlicet iam non solum quid ipse de consiliandi ratione sentiat sed etiam consilii ipsius partem exponit. 3

ἡσυχίαν δὲ ἄγοντα εὐχεσθαι τὰ ἀγαθὰ αὐτῶν τε καὶ τῆ πόλει: 4
piam rerum detrectationem precesque faciendas etiam aliis locis Plato commendat, cum exprimere vult supra humanas vires esse quiddam perficere aut quominus fiat impedire; cf. 8, 352 e *εὐχῆ . . . προσείκεν ἢ τοιαύτη συμβουλή τε καὶ ἐπιχειρήσεις τοῦ λόγου*, 11, 359 a *ἀλλὰ τὸ λοιπὸν τοῖς θεοῖς εὐχεσθε*, Leg. 5, 736 d *εὐχὴ δὲ μόνον ὡς ἔπος εἰπεῖν λείπεται*; contra Pol. 7, 540 d *συγχωρεῖτε περὶ τῆς πόλεως τε καὶ πολιτείας μὴ παντάπασιν ἡμᾶς εὐχὰς εἰρηκέναι, ἀλλὰ χαλεπὰ μὲν, δυνατὰ δὲ πη*, ib. 5, 450 d *μὴ εὐχὴ δοκῆ εἶναι ὁ λόγος*, 456 d *οὐκ ἄρα ἀδύνατά γε οὐδὲ εὐχαῖς ὁμοία ἐνομοθετοῦμεν*.

ὑμῖν τ' ἂν συμβουλευόμην, συνεβούλευον δὲ καὶ Διονυσίῳ 5
μετὰ Δίωνος: »multa de suadendi ratione locutus reverti vide-

tur ad ipsum consilium, quod Dionis amicis se daturum esse pollicitus est. Sed statim aberrat ad praeterita et quomodo Dionysio suadere conatus sit narrat» (Bertheau).

- 6 ζῆν μὲν τὸ καθ' ἡμέραν πρῶτον, ὅπως ἐγκρατῆς αὐτὸς αὐτοῦ ὅτι μάλιστα ἔσσεσθαι μέλλοι: Plato dum Dionysio temperantiam suadet, non solum in univ. luxuriam illam Siciliensem spectabat, de qua supra 326 b mentionem fecit, sed etiam Dionysii ipsius mores vitaeque rationem; quae Platoni non esse probata apparet etiam ex 338 e sq. Dionysium vino deditum esse scribit Athen. 10, 435 d sqq. Theopompo Aristotele Theophrasto auctoribus usus: φιλοπότας δὲ καὶ μεθύσους καταλέγει Θεόπομπος Διονύσιον τὸν νεώτερον, Σικελίας τύραννον, ὃν καὶ τὰς ὄψεις ὑπὸ τοῦ οἴνου διαφραρῆναι. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῇ Συρακοσίων Πολιτεία καὶ συνεχῶς φησιν αὐτὸν ἔσθ' ὅτε ἐπὶ ἡμέρας ἐνενήκοντα μεθύειν· διὸ καὶ ἀμβλυωπότερον γενέσθαι τὰς ὄψεις. Θεόφραστος δὲ φησι καὶ τοὺς ἐταίρους αὐτοῦ κολακῶντας τὴν τυραννίδα προσποιεῖσθαι μὴ βλέπειν καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Διονυσίου χειραγωγεῖσθαι καὶ μήτε τὰ παρατιθέμενα τῶν ἐδεσμάτων μήτε τὰς κύλικας ὄραν· διὸ κληθῆναι Διονυσιοκόλακας. Quod vitae temperantiam necessariam esse Plato censet ei qui philosophiam capessat v. 340 d et annot.

- e 2 κτήσασθαι: AO, Burnet praecedente Hermannio (aeque ac Howald, Andreae, Souilhé) κτήσεσθαι quam lectionem etiam V exhibet; cf. annot. ad 3, 317 a 7.

- 332 a 1 οὔτε ἀδελφῶν: Dionysii fratres erant Leptines et Thearidas (IG II² 1, 18 a. 394/3, v. Beloch, Griechische Geschichte III 2² p. 105), cf. schol. ep. 4, 320 a (Hermann, App. Plat. p. 391) τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ (sc. Διονυσίου) . . . Λεπτίνῃ τε καὶ Θεαρίδῃ.

- 2 ἐκ . . . ἰδιωτῶν ἄρχοντας . . . ἐπεποιήκει: Leptinam a. a. Chr. n. 397 classis praefectum fuisse commemorat Diod. 14, 48, 4; a. 389 imperium ei ademptum et Thearidae datum est (Diod. 14, 102, 3).

- 5 Δαρείου ἑπταπλασίῳ φανλότερος ἐγένετο: quod Plato numero rationem computat quanto Dionysius Dareo deterior fuerit, non miramur cum memoria teneamus ab eodem Pol. 9, 587 b sqq. reperiri regem septingentis vicies novies tyranno esse beatiorum. Dareus ob eam rem septies melior fuisse Dionysio videtur,

quod maximum imperium in septem partes divisum, quarum unaquaqueque maior Sicilia esset, fidis usus viris melius administrare potuerit quam Dionysius suam dominationem Sici-liensem; v. infra b et Leg. 3, 695 c *Δαρείος . . . ἐλθὼν . . . εἰς τὴν ἀρχὴν καὶ λαβὼν αὐτὴν ἑβδομος, διελλετο ἐπὶ τὰ μέρη τεμόμενος, ὧν καὶ νῦν ἔτι σμικρὰ ὄνειρατα λέλειπται, καὶ νόμους ἡξίου θέμενος οἰκεῖν ἰσότητι κοινὴν τινα εἰσφέρων, καὶ τὸν τοῦ Κύρου δασμόν, ὃν ὑπέσχετο Πέρσαις, εἰς τὸν νόμον ἐνέδει, φιλίαν πορίζων καὶ κοινωνίαν πᾶσιν Πέρσαις, χρήμασι καὶ δωρεαῖς τὸν Περσῶν δῆμον προσαγόμενος.*

Quod utroque loco Plato scribit Persarum imperium a Dareo in septem divisum esse partes, mirum in modum discrepat et ab Herodoto 3, 89, qui memoriae prodit viginti provincias esse constitutas, et ab inscriptionibus, quibus plus quam viginti provinciae commemorantur. At numerus quem Plato inducit, non fuit nullius momenti in Darei imperio condendo. Septem Persarum principes fuerunt, qui ad liberandam a Pseudosmerdis illius dominatione patriam conspiraverunt et re perpetrata inter se de imperio administrando consuluerunt, v. Her. 3, 70 sqq. Haec est nisi fallimur origo numeri illius Platonici.

A Platonis iniquo de Dionysii imperatoria prudentia iudicio valde discrepat laus quam ei tribuit Isocrates Nic. 23, quo loco etiam de Persarum imperio diversum profertur iudicium: *τοῦτο μὲν γὰρ τὴν τῶν Περσῶν δύναμιν ἅπαντες ἴσμεν τηλικαύτην τὸ μέγεθος γεγενημένην οὐ διὰ τὴν τῶν ἀνδρῶν φρόνησιν, ἀλλ' ὅτι μᾶλλον τῶν ἄλλων τὴν βασιλείαν τιμῶσιν· τοῦτο δὲ Διονύσιον τὸν τύραννον, οὗ παραλαβὼν τὴν μὲν ἄλλην Σικελίαν ἀνάστατον γεγενημένην, τὴν δ' αὐτοῦ πατρίδα πολιορκουμένην, οὐ μόνον αὐτὴν τῶν παρόντων κινδύνων ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ μεγίστην τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἐποίησεν.* In Archidamo, oratione haud ita multo post tyranni mortem composita, cum cuiusdam Dionysii victoriae mentionem facit, his verbis tyranni merita potentiamque amplificat (45): *πολλὰς μὲν μυριάδας Καρχηδονίων διεφθίρειν, ἐγκρατεστέραν δὲ τὴν ἀρχὴν τὴν τῶν πολιτῶν κατεστήσατο, πολὺ δὲ μείζω τὴν δύναμιν τὴν αὐτοῦ τῆς πρότερον ὑπαρχούσης ἐκτίσατο, τυραννῶν δὲ τὸν βίον διέτελεσε, καὶ τὸν υἱὸν ἐν ταῖς αὐταῖς τιμαῖς καὶ δυναστελαῖς, ἐν*

αἷσπερ αὐτὸς ἦν, κατέλιπεν. Etiam in oratione ad regem Philip-pum a. 346 missa Dionysii res gestas in exemplorum numero commemorat quibus ostendatur quid possit animus fortis et acer (65): *Διονύσιος τοίνυν . . . πολλοστὸς ὢν Συρακοσίων καὶ τῷ γένει καὶ τῇ δόξῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ἐπιθυμήσας μον-αρχίας ἀλόγως καὶ μανικῶς καὶ τολμησας ἅπαντα πράττειν τὰ φέροντα πρὸς τὴν δύναμιν ταύτην, κατέσχε μὲν Συρακούσας, ἀπάσας δὲ τὰς ἐν Σικελίᾳ πόλεις, ὅσαι περ ἦσαν Ἑλληνίδες, κατεστρέψατο, τηλικαύτην δὲ δύναμιν περιεβάλετο καὶ πεζὴν καὶ ναυτικὴν, ὅσην οὐδεὶς ἀνὴρ τῶν πρὸ ἐκείνου γενομένων.*

- 7** *τῆς τοῦ Μήδου τε καὶ εὐνοῦχου χειρώσεως:* de »eunuchos« etiam Leg. 3, 695 b mentio fit: *μετὰ δὲ τοῦτο αὐτὸς (sc. Καμβύσης) μαινόμενος ὑπὸ μέθης τε καὶ ἀπαιδευσίας τὴν ἀρχὴν ἀπώλεσεν ὑπὸ Μήδων τε καὶ τοῦ λεγομένου τότε εὐνοῦχου, καταφρονήσαντος τῆς Καμβύσου μωρίας.* Neque hoc neque illo loco eunuchi illius proprium nomen Gautamae affertur.
- b 3** *τὸν νομοθέτην . . . νόμους . . . κατασκευάσας:* cf. locum quem supra attulimus Leg. 3, 695 c; etiam Phaedr. 258 c Dareus cum Lycurgo et Solone in legum latoribus numeratur.
- 4** *διασέσωκεν τὴν Περσῶν ἀρχήν:* Leg. 3, 694 c hospes Atheniensis interrogat de imperio Persarum: *πῆ δὴ οὖν ποτε ἀπώλετο ἐπὶ Καμβύσου καὶ πάλιν ἐπὶ Δαρείου σχεδὸν ἐσώθη;* Scilicet perfecto *διασέσωκεν* non significatur, ut Karsten, Commentatio critica p. 159, putabat »Dareum incolume praestitisse regnum Persarum«, sed id solum dicitur Persarum regnum a Dareo servatum ad id tempus stare.
- 5** *οὐκ αὐτοὶ κατοικίσαντες πολλὰς τῶν Ἑλλήνων πόλεις ὑπὸ βαρβάρων ἐμβεβλημένας:* Burnet distinguit ante *οὐκ* et post *κατοικίσαντες*. De passivo *ἐμβεβλημένας* activo *ἐμβεβλημένοι πόλεις* vel *εἰς πόλεις* respondentem cf. Thuc. 7, 34, 5 (*νήες*) *ἀντί-πρωροι ἐμβαλλόμεναι*, ib. 70, 6 *ξυνετύγγανέ τι πολλαχοῦ διὰ τὴν στενοχωρίαν τὰ μὲν ἄλλοις ἐμβεβλημένοι, τὰ δὲ αὐτοὺς ἐμβεβλήσθαι.*
- c 1** *ἑβδομήκοντα ἔτη διεφύλαξαν τὴν ἀρχήν:* significatur tempus inde a foedere Deliaco a. a. Chr. 477 facto, quo summa imperii maritimi ad Athenienses translata est, usque ad a. 404, quo a Lacedaemoniis victoribus eorum principatus dissolutus est.

διεφύλαξαν: vere dicitur etiamsi ultimis belli Peloponnesiaci annis nonnullos sociorum ab Atheniensibus defecisse constat.

ἄνδρας φίλους: i. e. populares, quibus contra Athenienses in civitatibus foederatis optimates favebant, et colonos, quibus emittendis popularium partes adiuvaré studebant.

εἰς μίαν πόλιν ἀθροίσας πᾶσαν Σικελίαν: si Plato reprehendit quod Dionysius Syracusis tamquam domicilium et sedem totius Siciliae, quae quidem Graecorum fuerit, collocavit, cognoscimus quam penitus insita fuerit eius animo πόλεως notio, a lato imperio, quod unius consilio et auctoritate ex uno tamquam centro gubernetur, aliena.

ὑπὸ σοφίας: per ironiam dicitur ut Phaed. 101 e (οἱ ἀντιλογικοί) ἱκανοὶ . . . ὑπὸ σοφίας ὁμοῦ πάντα κυκῶντες ὁμῶς δύνασθαι αὐτοὶ αὐτοῖς ἀρέσκειν, Pol. 3, 398 a ἄνδρα . . . δυνάμενον ὑπὸ σοφίας παντοδαπὸν γίγνεσθαι καὶ μιμεῖσθαι πάντα χρήματα, 406 b δυσθανατῶν . . . ὑπὸ σοφίας εἰς γῆρας ἀφίκετο.

τοῦ ἔρημον ἢ μὴ τοιοῦτων ἀνδρῶν εἶναι: hac verborum conformatione denuo pronomen οὗ explicatur, cum enuntiatum πένης ἦν ἀνδρῶν φίλων καὶ πιστῶν non ad utrumque, ἀρετήν et κακίαν, satis aptum esse videatur. Simili, non eodem modo additur infinitivus Leg. 5, 738 d sq. δπως . . . οἰκειῶνται καὶ γνωρίζωσιν, οὗ μείζον οὐδὲν πόλει ἀγαθὸν ἢ γνωρίμους αὐτοὺς αὐτοῖς εἶναι.

ἃ δὴ καὶ Διονυσίῳ συνεβουλεύομεν ἐγὼ καὶ Δίων: redivit ad consilium inceptum 331 d συνεβούλευον δὲ καὶ Διονυσίῳ μετὰ Δίωνος, a quo digressus est dum de Dionysio Maiore narrat.

ἀνομιλήτω μὲν παιδείας, ἀνομιλήτω δὲ συνουσιῶν τῶν προσηκουσῶν γεγονέναι: de anaphora ἀνομιλήτω . . . ἀνομιλήτω cf. locos quos Bertheau affert Leg. 3, 697 d ἀνασιτάτους μὲν πόλεις, ἀνάσιτατα δὲ ἔθνη φίλια πυρὶ καταφθείραντες, 5, 734 a ἡρεμαίας μὲν λύπας, ἡρεμαίας δὲ ἡδονάς . . . παρεχόμενον, ib. σφοδρὰς μὲν λύπας, σφοδρὰς δὲ ἡδονάς, ib. 739 c κοινὰς μὲν γυναικάς, κοινούς δὲ εἶναι παῖδας, κοινὰ δὲ χρήματα σύμπαντα, ib. 743 c ὅπου πολλὰ μὲν δίκαι ἐν ἀλλήλοισι εἶεν, πολλὰ δὲ ἀδίκαι. Pluribus verbis narrat Plutarchus, Dio 9, Dionysium patrem de regno metuentem nullique confisum ab hominum consuetudine rerumque peritia filium arcuisse; puerum solita-

rium currus candelabra sellas mensas ligneas fabricari esse solitum.

- 2 **πρῶτον ἐπὶ ταῦτα ὀρμήσαντα:** lectionem cod. A *ἔπειτα ταύτη* secutus Burnet lacunam post *πρῶτον* indicavit, quae explenda esset sententia ex 331d sq. petita *ζῆν μὲν τὸ καθ' ἡμέραν πρῶτον, ὅπως ἐγκρατῆς αὐτὸς αὐτοῦ ὅτι μάλιστα ἔσεσθαι μέλλοι*. At mea quidem sententia J. Souilhé recte lectione codicis V recentiorumque U 29 et U 132 *ἐπὶ ταῦτα* — quam etiam Wilamowitz, Plato II 407, probat — praelata nihil deesse putat; profecto sententia quae verbis 331 d sq. *ζῆν μὲν... μέλλοι* continetur, hic dictione *μάλιστα δ' αὐτὸν αὐτῷ* exprimitur, de qua v. annotationem quae sequitur.

- 4 **μάλιστα δ' αὐτὸν αὐτῷ:** sc. *φίλον καὶ σύμφωνον κήσασθαι*, cf. Pol. 2, 380 c *οὔτε σύμφορα ἡμῖν οὔτε σύμφωνα αὐτὰ αὐτοῖς*. Plato cum de animi aequabilitate atque constantia loquitur, saepe talibus verborum conformationibus utitur ut *αὐτὸν αὐτῷ ὁμολογεῖν, αὐτῷ ὁμονοεῖν, αὐτὸν αὐτῷ ὁμοιον εἶναι, αὐτὸν αὐτῷ φίλον εἶναι*, cf. Phaedr. 237 c *οὔτε γὰρ ἑαυτοῖς οὔτε ἀλλήλοις ὁμολογοῦσιν*, Lys. 214 c *ἀλλὰ μοι δοκοῦσιν λέγειν τοὺς ἀγαθὸς ὁμοίους εἶναι ἀλλήλοις καὶ φίλους, τοὺς δὲ κακοὺς... μηδέποτε ὁμοίους μηδ' αὐτοὺς αὐτοῖς εἶναι, ἀλλ' ἐμπλήκτους τε καὶ ἀσταθμῆτους*. Pol. 1, 352 a iniustitia efficit, ut homo ipse sibi inimicus sit: *καὶ ἐν ἐνὶ ὀϊμαι ἐνοῦσα* (sc. ἡ ἀδικία) *ταῦτὰ ταῦτα ποιήσει ἄπερ πέφυκεν ἐργάζεσθαι· πρῶτον μὲν ἀδύνατον αὐτὸν πράττειν ποιήσει σιασιάζοντα καὶ οὐχ ὁμονοῦντα αὐτὸν ἑαυτῷ, ἔπειτα ἐχθρὸν καὶ ἑαυτῷ καὶ τοῖς δικαίοις*. Quae amicitiae inimicitiae bella paces in animo exsistere soleant, describit Plato Leg. 1, 626 d sqq.

θαναστῶς ἐνδεᾶ: adverbio *θαναστῶς* pro *μάλα* et in epistulis et in aliis scriptis Platō uti solet ad augendam vim sive adiectivi sive verbi; cf. 330 a *θαναστῶς ὡς ἀσπάζεται*, ib. *θαναστῶς ἐφιλονίκει*, 348 e *τεθοροβημένω θαναστῶς*, Phaed. 92 a *θαναστῶς ὡς ἐπέισθην*, Leg. 1, 633 b *θαναστῶς πολύπονος*. Similis est usus dictionis *θαναστῶν δσον*, v. 325 d, Theaet. 150 d.

- e 2 **τὰς ἐξηρημαμένας Σικελίας πόλεις:** quas desolatas Dionysius Maior reliquit, cf. 331 e *Σικελίας πολλὰς καὶ μεγάλας πόλεις ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐκπεπορθημένας*.

νόμοις τε συνδήσειν καὶ πολιτείαις: de civitate legibus colliganda exponitur Leg. 7, 793 b sqq. 3

τῶν βαρβάρων: genetivus obiectivus ad substantivum *βοηθείας* pertinens, v. annot. ad 330 d 3. 4

οὐ διπλασίαν... πολλαπλασίαν δέ: sententia negativa *οὐ διπλασίαν* praecedit quo magis positivae *πολλαπλασίαν* vis augeatur; cf. Leg. 6, 777 a *κένιροις καὶ μάστιξιν οὐ τρίς μόνον ἀλλὰ πολλακίς ἀπεργάζονται δούλας τὰς ψυχὰς τῶν οἰκετῶν*, ep. 7, 324 a *οὐκ εἰκάζων ἀλλ' ὡς εἰδώς*. 5

πολὺ μᾶλλον δουλώσασθαι Καρχηδονίους τῆς ἐπὶ Γέλωνος αὐτοῖς γενομένης δουλείας: refertur ad Gelonis victoriam a. a. Chr. 480 ad Himeram e Carthaginiensibus partam; at verba *δουλώσασθαι*, *δουλείας* non sunt premia, cum Carthaginienses victi neque in servitutem neque in dicionem Graecorum redacti sint, sed ea condicione facta sit pax, ut Carthaginienses victoribus duo milia talentum solverent et duo templa aedificarent, v. Diod. 11, 26. 333 a 1

φόρον ἔτι ἐτάξατο φέρειν τοῖς βαρβάροις: *ἔτι ἐτάξατο* scribo, *ἐπειτάξατο* A O (punct. not. O) Souilhé, *ἐτάξατο* Burnet libros post litteras renatas exaratos secutus. Med. *τάττομαι* »praecipue in eo dicitur qui aliquid ita constituit ut cum altero conveniat« Ast in lexico; de pecunia solvenda Thuc. 1, 117 *χρήματα τὰ ἀναλωθέντα κατὰ χρόνους ταξάμενοι ἀποδοῦναι*. De re narrat Diodorus 15, 17, 5 Dionysium apud Cronium a Carthaginiensibus [a. a. Chr. 374 ut putat Beloch, Griech. Geschichte III² 2, p. 377] devictum, in quo proelio etiam Dionysii frater Leptines ceciderit, iniquis condicionibus pacem fecisse, qua tertia fere Siciliae pars in Carthaginiensium dicionem facta sit atque Dionysius tributum mille talentum iis solverit. 4

ὄφ' ἡμῶν τῶν ἐπιβουλεόντων Διονυσίῳ: per ironiam dicitur. 5

ἐξέβαλον μὲν Δίωνα, ἡμᾶς δ' εἰς φόβον κατέβαλον: de Dione b 1 expulso Platonisque metu cf. 329 c.

ἵνα δ' ἐκπεράνωμεν οὐκ ὀλίγα πράγματα τὰ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ: b 1 eodem modo comparatur rerum frequentia cum temporis longitudine Leg. 4, 711 d *ἀλλὰ τόδ' ἐστὶ τὸ χαλεπὸν γενέσθαι, καὶ ὀλίγον δὴ τὸ γεγονὸς ἐν τῷ πολλῷ χρόνῳ*. Excusatur digressio a consilio dando, 330 c incepto.

- 3 *ἔργῳ τὸν Διονύσιον ἐνουθέτησεν*: *ἔργῳ* opponitur verbis, v. 333 a *ταῦτα ἦν τὰ λεγόμενα καὶ παρακελευόμενα ὑφ' ἡμῶν*: verbis parum proficientibus facto opus erat; per euphemismum significatur Dionysius dominatione pulsus.
- 4 *ἀπέδωκεν αὐτοῖς δις τὴν πόλιν*: Dio Syracusanis civitatem restituit primum tum, cum e Peloponneso expeditione facta Syracusis potitus est, iterum cum Leontinis revocatus Dionysii mercennarios quibus Nypsius praeerat vicit; cf. 8, 356 a ubi Dio de se ipse dicit *ἐγὼ δὲ ἀπὸ τυράννων νῦν δις (ἠλευθέρωσα τὴν πόλιν)*, Diod. 16, 10 et 20, Plut. Dio c. 26—29 et 42—46.
- 6 *ἐπεχείρει*: sc. Dio.
- 7 *ὁ δὲ τοῖς διαβάλλουσιν καὶ λέγουσιν*: asperius videtur esse hos dativos cum verbo *κοινωνεῖν* coniungere; immo fieri potuit ut Plato, dum obiectum verbi *λέγουσιν* enuntiato ὡς *ἐπιβουλεύων* . . . *ἐν τῷ τότε χρόνῳ* exprimit, verbum quo illi dativi regerentur et quod scribens in animo habebat, velut *ἐπίστευεν* (quod addidit Cornarius; Wilamowitz, Platon II 408, *ἐπέιθετο*), imprudens omitteret. »Bene observanda sunt talia exempla quibus docemur epistolam non artificium esse diligenter conscriptum sed raptim scriptam et ut ita dicam veram epistolam « (Bertheau in annot. ad hunc locum).
- c 4 *τὸ δεύτερον ἐν Συρακοσίοις λεγόμενα*: calumniae quibus Syracusani adversus Dionem incitati sunt, iam antea exortae Dionysii in Dionem odium pepererunt.
- 6 *οἷον γὰρ γέγονεν*: incipit narratio de Dionis obitu quam Platonem sui defendendi causa inserere apparet. Enuntiatum particula *γὰρ* adiunctum eo paululum ab usitato ordine recedit quod pro forma affirmativa *τοιόνδε γὰρ γέγονεν* interrogatio ponitur enuntiato *ἀκοῦσαι χρῆ* subiuncta.
- τοὺς ἐμὲ παρακαλοῦντας πρὸς τὰ νῦν πράγματα*: consulto dicitur »quicumque me ad se vocant« pro »vos«, quo maior vis addatur sententiae vocantium esse eventu rerum magistro uti. Hoc loco excepto veri simile videtur esse quod dicit Karsten, Commentatio p. 40, scriptorem interdum quasi oblitum ad familiares se scribere sic loqui ut appareat epistolam non ad familiarium coetum missam esse sed destinatam ut vulgo legeretur, veluti 324 b *νέω καὶ μὴ νέω*, 330 c *τῶν ἐπανερωτῶντων*

ἔνεκα, 337 e ᾧ μέλει ἀκούειν ἕξεισι; interdum de iis ad quos scribat loqui tamquam de aliis tertia persona, velut 334 c ταῦτα εἴρηται πάντα τῆς συμβουλῆς ἔνεκα τῶν Διωνείων φίλων καὶ συγγενῶν (addas 338 a καθάπερ εἶπον, πρὶν συμβουλευεῖν τοῖς οἰκείοις καὶ ἐταίροις τοῖς περὶ Δίωνα). Quae facillime intellegi posse puto si epistolam non uno velut tenore scriptam esse iudicamus et alia mentis intentione consilium, alia narrationem esse productam; hanc profecto defensionem esse omnibus legendam propositam, illud epistolae scribendae dedisse causam, v. annot. ad 330 c 5.

Ἀθηναῖος ἀνήρ: cum emphasi dicitur initio narrationis qua Plato ab Athenarum fama invidiam crimenque Dionis interempti amoliri studet. d 1

γενέσθαι μετ' αὐτοῦ ἐμέ: »ut ad se me applicarem«; alter infinitivus μάρτυρα καὶ φίλον . . . αὐτῷ γίνεσθαι per coniunctionem τε (μάρτυρά τε) adiungitur. 4

πρὸς τὴν εὐπρέπειαν τῆς ἐκβολῆς: »quo decens fieret expulsio«, cf. Crat. 402 e τὸ δὲ ἔγκειται ἴσως εὐπρεπείας ἔνεκα. 5

ἀδελφῶ δύο: Plut. Dio 54 unum nominat Callippum, quamquam ibidem hunc epistolae locum citat: ἦν δὲ τις ἐταῖρος τοῦ Δίωνος ἐξ Ἀθηνῶν, Κάλλιππος, ὃν φησὶν ὁ Πλάτων οὐκ ἀπὸ παιδείας, ἀλλ' ἐκ μυσταγωγῶν καὶ τῆς περιτρεχούσης ἐταιρείας γνώριμον αὐτῷ γενέσθαι καὶ συνήθη. Nepos, Dio 8 sq., Callicratem fuisse viri nomen exhibet eumque a fratre Philostrato esse adiutum. e 1

οὐκ ἐκ φιλοσοφίας γεγονότε φίλω: apparet Platonem etiam 2 vivum per calumniam esse incusatum quod sui discipuli fuissent qui specie amicitiae Dionem interemerunt. Quam calumniam repetit Athenaeus 11, 508 e dum exponit multos discipulorum Platonis fuisse τυραννικούς et διαβόλους: καὶ Κάλλιππος δ' ὁ Ἀθηναῖος, μαθητὴς καὶ αὐτὸς Πλάτωνος, ἐταῖρος Δίωνος καὶ συμμαθητὴς γενόμενος καὶ συναποδημήσας αὐτῷ εἰς Συρακούσας, ὁρῶν ἤδη τὸν Δίωνα ἐξειδιοποιούμενον τὴν μοναρχίαν ἀποκτείνας αὐτὸν καὶ αὐτὸς τυραννεῖν ἐπιχειρήσας ἀπεσφάγη. Simili modo iam Socrati crimini dabatur quod in numero eorum qui eum audiebant erant Critias et Alcibiades, v. Xenoph. Comm. 1, 2, 12 sq. Ceterum Plato non negat fratribus ullam fuisse

cum Academia consuetudinem, sed affirmat eorum cum Dione amicitiam alibi, non in Academia atque in philosophia habuisse originem. In numero Platonis discipulorum Callippus nominatur apud Diogenem Laert. 3, 46; in Academicorum indice Herulanensi eius nomen non occurrit.

ἐκ τῆς περιτρεχούσης εταιρίας: cf. 334 b de eadem amicitia διὰ βαναύσου φιλότητος.

- 3 *ἦν ἐκ τοῦ ξενίζειν τε καὶ μυεῖν καὶ ἐποπτεύειν πραγματεύονται*: intellegendum est et Dionem et duos illos fratres eiusdem mystarum collegii sodales (*διασώται*) fuisse, quae multa in Graecis inscriptionibus si non Atheniensibus at aliis commemorantur, v. Poland, Geschichte des griech. Vereinswesens p. 36—41. Fortasse etiam verbum *ξενίζειν* de sacris sodalium epulis (*ξενισμός*) dicitur. Apparet quam parvi talia Plato prae philosophia fecerit.

334 a 4 *ὄπλα ἔχοντες ἐν ταῖς χερσίν*: Nepos, Dio 9, narrat a Callistrate ad facinus perpetrandum adulescentes quosdam cum audacissimos tum viribus maximis electos esse atque iussos inermes ad Dionem ire; gladium, quo Dio interfectus est, per fenestram a Lycone Syracusano esse datum.

- 5 *οὔτε παρλέμαι*: »non deprecor« i. e. »non precor veniam facinoris«, cf. Pol. 1, 341 b *οὐδέν σου παρλέμαι*. Eadem est sententia verbi *παραίτοῦμαι* Prot. 358 a.

- 6 *ὕμνεῖν*: consulto et decantari et decantatum iri dicit Callippi facinus, cum sciat multos esse qui cum Athenas tum Platonem ipsum criminantur; haud scio an tales fuerint etiam in numero eorum ad quos Plato hanc epistulam mittit.

b 1 *ὡς αἰσχύνῃν οὔτοι περιήψαν τῇ πόλει*: cf. Apol. 35 a *οἱ ἔμοι δοκοῦσιν αἰσχύνῃν τῇ πόλει περιάπτειν*, Pol. 6, 495 c *ἤσχυνάν τε καὶ ὀνειδίη περιήψαν*.

- 2 *κάκεινον Ἀθηναίων εἶναι*: se ipsum dicit dum suis de Dione meritis fratrum illorum Atheniensium facinus compensari Athenarumque famam expurgari existimat; cf. 336 d *εἰσὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ* (scil. Athenis) *πάντων ἀνθρώπων διαφέροντες πρὸς ἀρετῆν, ξενοφόνων τε ἀνδρῶν μισοῦντες τόλμας*.

- 3 *ἐξὸν χρήματα καὶ ἄλλας τιμὰς πολλὰς λαμβάνειν*: scil. a Dionysio, v. 333 d.

διὰ βαναύσου φιλότητος: v. supra 333 c *ἐκ τῆς περιτρο- 4*
χούσης ἐταιρίας.

διὰ... ἐλευθέρας παιδείας κοινωνίαν: idem quod supra 333 c 5
dicitur *ἐκ φιλοσοφίας.*

συγγενεῖα ψυχῶν καὶ σωμάτων: non consentio cum Howaldio 6
opinante animorum cognationem hic de ea cognatione dici qualis
mysteriorum communione paretur, v. supra 333 e; equidem
puto vocem *ψυχαί* hoc loco idem atque *ἦθη* significari, quomodo
ἦθος et *σῶμα* componuntur Leg. 5, 735 c *προσαπόλλουσιν τὸ τῶν*
ὀγιῶν καὶ ἀκηράτων ἦθῶν τε καὶ σωμάτων γένος, ib. 6, 775 d
οὐδὲν εὐθύπορον ἦθος οὐδὲ σῶμα. In dialogo qui *Lysis* in-
scribitur Plato quaerit utrum similes an dissimiles naturae aptae
sint ad amicitiam iungendam: hoc epistolae loco docet veram
amicitiam in philosophiae communione, prae qua et naturae
similitudo minoris sit momenti, exsistere atque constare.

ὥστε οὐκ ἀξίω ὀνειδούς γεγόνατον τῇ πόλει τῶ Δίωνα ἀπο- 7
κτεινάντε, ὡς ἐλλογίμω πώποτε ἄνδρε γενομένω: premenda est
vox *τῇ πόλει*: ii qui Dionem occiderunt tam sunt humiles, ut
non sint digni quorum facinus civitati opprobrio vertatur. Inu-
tilis est Richardsii coniectura *αὐτίω* pro *ἀξίω*. Dativus de re ad
quam vocis *ἀξίος* aestimatio pertinet ut Conv. 185 b *οὐτός ἐστιν*
ὁ τῆς οὐρανίας Θεοῦ ἔρωσ καὶ οὐράνιος καὶ πολλοῦ ἀξίος καὶ
πόλει καὶ ιδιώταις.

ταῦτα εἴρηται πάντα τῆς συμβουλῆς ἕνεκα: ταῦτα πάντα = c 2
omnia quae 330 c incipiunt ab expositione quando et cui consilium
dare sit viri prudentis quaeque digressionibus de Dionysio Maiore
(331 e—332 c) et de Dione eiusque proditoribus (333a—334c) in-
termittuntur; ex hac digressionem consilium ipsum praeparante
Plato nunc ad propositum revertitur.

τῶν Διωνείων φίλων καὶ συγγενῶν: cf. in praescripto epistolae
τοῖς Δίωνος οἰκελοῖς τε καὶ ἐταίροις; hic adiectivo *Διωνείων* facti-
onis vinculum quoddam significanter exprimitur. Quod de Dionis
amicis tamquam de tertia persona scribit v. annot. ad 333 c 6.

τρίτον τρίτοις ὑμῖν: explicatur infra d *ταῦτα πρῶτον μὲν 4*
Δίωνα ἐπεχείρησα ἐγὼ πελθεῖν, δεύτερον δὲ Διονύσιον, τρίτους
δὲ ὑμᾶς νῦν. Varias eiusdem verbi formas alteram iuxta alteram
ponere Platoni est usitatissimum, v. annot. ad 7, 343 c 5.

μη δουλοῦσθαι Σικελίαν ὑπ' ἀνθρώποις δεσπόταις . . . ἀλλ' ὑπὸ νόμοις: haec sententia de re publica constituenda iam consiliis quae Dionysio dabantur continetur (332 e), sed hic videbatur esse explananda. Quod legum dominationem dominationi singulorum anteponit, commune habet epistula cum Legibus, v. praecipue Leg. 4, 715 c sq.; etiam in Politico cum non perfectae formae rei publicae aestimantur, meliores dicuntur esse eae in quibus scriptae leges valeant, deteriores, in quibus ii qui virum vere politicum imitentur sine legibus omnia gubernent. Contra in Politia omnia iis qui rei publicae praesunt, legibus fere nihil tribuitur. Quantum Plato dum hanc epistulam scribit leges valere existimaverit ostenditur praecipue 337 c *τεθέντων δὲ τῶν νόμων ἐν τούτῳ δὴ τὰ πάντα ἐστίν*. Ep. 8, 354 b sq. laudantur Lacedaemoniorum instituta *νόμος ἐπειδὴ κύριος ἐγένετο βασιλεὺς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐκ ἄνθρωποι τύραννοι νόμων*; cf. etiam 8, 354 e *θεὸς . . . ἀνθρώποις σῶφροσιν νόμος* et annot. Quae omnia ad Pindari illa verba *νόμος ὁ πάντων βασιλεύς* referuntur, quibus Platonis mentem et in Gorg. 484 b sq. et in Leg. 3, 690 b sq. occupatam fuisse cognoscimus. Cf. H. E. Stier, Philol. 83, 1928, 255 sq.

Tamen quod ne leges quidem ipsas per se satis valere putavit plane scribit 11, 359 a: si qui putent legum qualiumcumque latatione rem publicam bene posse constitui etiamsi non sit aliquis qui cotidiani in civitate victus procurationem habeat, non recte eos iudicare. Hoc est cur et in Legibus et in ep. 8, 356 d legum custodes constitui vult.

- d 1** *ἄμεινον*: sine comparatione verbis expressa, cf. Pol. 2, 369 c *οἰόμενος αὐτῷ ἄμεινον εἶναι*, Apol. 19 a *εἰ τι ἄμεινον καὶ ὑμῖν καὶ ἐμοί*, Leg. 9, 862 e *ὡς οὔτε αὐτοῖς ἔτι ζῆν ἄμεινον*.
- 2** *σμικρὰ δὲ καὶ ἀνελεύθερα ψυχῶν ἦθη*: haec de parvis et illiberalibus animis verba optime illustrantur loco Theaet. 173 a ubi adiectiva »parvus« et »incurvus« notioni »erectus« et »altus« opponuntur: ii qui in iudiciis oratorum artificium exercent sunt *σμικροὶ καὶ οὐκ ὀρθοὶ τὰς ψυχάς . τὴν γὰρ αὔξην καὶ τὸ εὐθύ τε καὶ τὸ ἐλευθέριον ἢ ἐκ νέων δουλεία ἀφήρηται, ἀναγκάζουσα πρῶττειν σκολιά*.
- 3** *τὰ τοιαῦτα ἀρπάζειν κέρδη*: lucra quae in singulorum dominatione capi solent; quam ob rem Plato cum de re publica optime

constituenda disserit curat, ut ab iis penes quos summa potestas sit, omne quaestus studium (*χρηματισμός*) arceatur.

Διὸς τρίτου σωτήρος χάριν: paulo immutatum proverbium **6**
τὸ τρίτον τῷ σωτήρι, quod occurrit infra 340 a, cf. et Charm. 167 a, Phil. 66 d; pluribus verbis dicitur Pol. 9, 583 b *τὸ δὲ τρίτον ὀλυμπικῶς τῷ σωτήρι τε καὶ τῷ Ὀλυμπίῳ Διὶ*. Quod proverbium ortum est ex more secundum quem tertia in convivio libatio Iovi Servatori dabatur, ut cognoscimus e. g. ex fragmento Aeschyli tragoediae *Ἐπίγονοι* in schol. Pind. Isthm. 6, 10 (Nauck, Tr. Gr. Fr.² Aesch. fr. 55) *λοιβὰς Διὸς μὲν πρῶτον ὤρατον γάμου Ἥρας τε. . . τὴν δευτέραν γε κραῖσιν ἤρωσιν νέμω. . . τρίτον Διὸς σωτήρος εὐκταίαν λίβα*, v. copiosam eius rei expositionem apud Roscherum, *Lexikon der griech. u. röm. Mythologie* 4, col. 1263 sq. Unde ducitur epitheton *τρίτος* in verborum conformatione (*Ζεὺς*) *τρίτος σωτήρ*, cf. Leg. 3, 692 a *ὁ δὲ τρίτος σωτήρ. . . οἶον ψάλιον ἐνέβαλεν αὐτῇ τὴν τῶν ἐφόρων δύναμιν*, Aesch. Suppl. 26 *Ζεὺς σωτήρ τρίτος*, Eum. 759 sq. *τοῦ πάντα κρατνοντος τρίτου σωτήρος*. Cuius dictionis *τὸ τρίτον τῷ σωτήρι* saepius usitatae propria vis debilitatur ita ut de quolibet ternione adhibeatur; at hoc epistulae loco vox *σωτήρ* magnum habet pondus.

ὁ μὲν . . . ζῆ τὰ νῦν οὐ καλῶς: Dionysius a. 356 a Dione **e 1**
 regno pulsus in Italiam Locros confugit, unde decem annis post Syracusas revertit; dum Plato hanc epistulam scribit, Dionysius Locris ita vivebat, ut et crudelitate et libidinum intemperantia Locrensiū odium in se verterit; quo factum est, ut postquam Dionysius Locris profectus est, milites quos ibi praesidio reliquerat pellerentur et Sophrosyne, eius uxor, cum liberis a multitudine furore incensa gravibus suppliciis afficeretur; v. Strab. 6, 259 sq., Plut. Praec. ger. rei p. 28, 821 d *τοὺς μὲν γὰρ Διονυσίου παῖδας καὶ τὴν γυναῖκα καταπορνεύσαντες οἱ περὶ τὴν Ἰταλίαν ἀνεῖλον, εἶτα καθύσαντες τὰ σώματα τὴν τέφραν κατέσπειραν ἐκ πλοίου κατὰ τῆς θαλάττης*; cf. Athen. 12, 541 c.

τὸ γὰρ τῶν καλλίστων ἐφιέμενον . . .: morte Dionis commemorata digreditur Plato ad cogitationes de vita et morte explicandas, quibus demonstratur Dionis pulchram mortem turpi vitae Dionysii praeferendam esse. **2**

5 τοῖς ἀψύχοις: τὰ ἄψυχα, i. e. corpora in quibus nullus sit animus, neque bonum neque malum sentiunt et ideo ne beata quidem esse possunt.

335 a 2 *πελώεσθαι δὲ ὄντως ἀεὶ χρῆ τοῖς παλαιοῖς τε καὶ ἱεροῖς λόγοις:* prisca effata a Platone persaepe in Legibus laudantur, quibus sententiarum pondus augeatur, cf. Leg. 4, 715 e, 5, 738 c, 9, 865 d, 872 c, 11, 927 a. Cf. etiam Phaed. 70 c, Men. 81 a. Ἱερὸς λόγος Orphicorum est dictio: occurrit iam apud Her. 2, 81 ἔστι δὲ περὶ αὐτῶν ἱρὸς λόγος λεγόμενος. Epistulae locum de quo agimus in Orphicorum fragmentis ponit Kern (Fragmenta veteriora, 10).

5 διὸ καὶ τὰ μεγάλα ἀμαρτήματα καὶ ἀδικήματα σμικρότερον εἶναι χρῆ νομίζειν κακὸν πάσχειν ἢ δρᾶσαι. ὦν . . .: Burnet distinguit δρᾶσαι, ὦν. Sententia est eadem quae Gorg. 469 b sq.

6 ὦν: scil. τῶν (παλαιῶν τε καὶ ἱερῶν) λόγων.

b 1 *πένης τὴν ψυχὴν:* quod proprie de auri argentique possessione dicitur haud raro transfertur ad animi bona significanda, velut Pol. extremo libro tertio, v. praesertim 416 e χρυσίου δὲ καὶ ἀργύριον εἰπεῖν αὐτοῖς ὅτι θεῖον παρὰ θεῶν ἀεὶ ἐν τῇ ψυχῇ ἔχουσι καὶ οὐδὲν προσδέονται τοῦ ἀνθρώπου. Cf. Soph. 251 c ὑπὸ πενίας τῆς περὶ φρόνησιν κτήσεως, Pol. 9, 578 a καὶ ψυχὴν ἄρα τυραννικὴν πενιχρὰν καὶ ἀπληστον ἀνάγκη ἀεὶ εἶναι, ib. 8, 521 a ἐν μόνη γὰρ αὐτῇ (sc. πόλει εὐ οἰκουμένη) ἀρξουσιν οἱ τῷ ὄντι πλούσιοι, οὐ χρυσίου ἀλλ' οὐ δεῖ τὸν εὐδαίμονα πλουτεῖν, ζωῆς ἀγαθῆς τε καὶ ἔμφρονος.

2 *καταγελῶν, ὡς οἶεται:* de intempestive ac stulte irridentibus cf. Pol. 5, 457 a sq. ὁ δὲ γελῶν ἀνὴρ ἐπὶ γυμναῖς γυναιξί, τοῦ βελτίστου ἔνεκα γυμναζομέναις, ἀτελεῖ τοῦ γελοίου δρέπων καρπὸν, οὐδὲν οἶδεν, ὡς ἔοικεν, ἐφ' ᾧ γελᾷ οὐδ' ὅτι πράττει. Additur ὡς οἶεται ut 3, 319 b σὺ δὲ καὶ μάλ' ἀπεκρίνω μεμηνημένως καὶ ὑβριστικῶς εἰς ἐμέ, ὡς φων, v. annot.

ἀρπάζει πᾶν ὅτιπερ ἂν οἴηται, καθάπερ θηρίον, φαγεῖν ἢ πιεῖν ἢ . . . ποιεῖν αὐτῷ τοῦμπιμπλασθαι: = ἀρπάζει ὅτιπερ ἂν οἴηται καθάπερ θηρίον ποιεῖν αὐτῷ φαγεῖν ἢ πιεῖν ἢ περὶ τὰφροδίσια τοῦμπιμπλασθαι (Wilamowitz, Platon II p. 408). Verbo ἐμπιμπλασθαι pro simplici genetivo accusativus cum praepositione περὶ coniunctus additur: περὶ τὴν . . . ἡδονήν, cf. annot. ad 3, 316 c 6.

ἀφροδίσιον λεγομένην οὐκ ὀρθῶς: etiam Phil. 12 b Socrates 4
Venerem a Voluptate discerni vult.

τυφλὸς ὢν καὶ οὐχ ὄρων: de pleonasmo v. annot. ad 3, 318 a 3. 5

οἷς συνέπεται τῶν ἀρπαγμάτων ἀνοσιουργία, κακὸν ἤλικον ἀεὶ μετ' ἀδικήματος ἐκάστου: interrogatio κακὸν ἤλικον est obiectum verbi οὐχ ὄρων; enuntiatum relativum quod praecedit οἷς . . . ἀνοσιουργία sententiam habet condicionalem = εἴ τισι συνέπεται . . . ἀνοσιουργία; quod addendum erat, cum non quodvis ἀρπαγμα sceleratum esse videatur. Substantivum ἀνοσιουργία hoc solo loco apud Platonem occurrit; adiectivum ἀνοσιουργός 8, 352 c; verbum ἀνοσιουργήσαντος Leg. 10, 905 b.

συνεφέλκειν: cf. Phaed. 80 e μηδὲν τοῦ σώματος συνεφέλκουσα 7
(ἢ ψυχῆ).

πάντως πανταχῆ: v. annot. ad 7, 343 c 5. c 1

ἐν ἣ γενομένη φιλοσοφία τε καὶ δύναμις ὄντως ἐν ταύτῳ: d 2
ἐν ταύτῳ est neutrum, cf. εἰς ταυτόν in eadem sententia 2, 310 e et Pol. 5, 473 d. De sententia v. annot. ad 326 a 6.

ἦτοι ἐν αὐτῷ κεκτημένος ἢ δαίων ἀνδρῶν ἀρχόντων ἐν ἡδεῖν τραφεῖς: 6
hominis vivendi modum aut ipsius aut alterius ratione regi posse atque debere exponitur etiam Pol. 9, 590 d ὡς ἄμεινον ὄν παντὶ ὑπὸ θεοῦ καὶ φρονίμου ἀρχεσθαι, μάλιστα μὲν οἰκείον ἔχοντος ἐν αὐτῷ, εἰ δὲ μή, ἔξωθεν ἐφροσύνῃ, ἵνα εἰς δύναμιν πάντες ὅμοιοι ὦμεν καὶ φίλοι, τῷ αὐτῷ κυβερνώμενοι; aequalitatem quandam hominum quae ita existat et una iusta esse videatur etiam postea Platoni esse probatam apparet. De ἐν ἡδεῖν cf. Pol. 8, 558 d ὑὸς ὑπὸ τῷ πατρὶ τετραμμένος ἐν τοῖς ἐκείνου ἡδεῖσι, Leg. 6, 751 c τετράφθαι ἐν ἡδεῖσι νόμων.

ὁ δὲ Δίωνα ἀποκτείνας οὐκ οἶδεν: e 2
ex praesenti οἶδεν apparet Callippum eo tempore cum epistula scribitur vivere aut Platonem de eius morte non comperisse; occisus est autem Callippus Rhegii, qua urbe a. 351/0 (Beloch, Griech. Geschichte 2. ed. 3, 1, 262) potitus erat.

Δίωνα . . . σαφῶς οἶδα, ὡς . . .: quae sibi Dio de re publica constituenda proposuit exponuntur etiam 8, 357 a sq.

δοῦναι, τὴν ἀρχὴν . . . ὡς: coniunctio iteratur ut Pol. 5, 470 d 4
σκοπεῖ δὴ, εἶπον, δοῦναι ἐν τῇ νῦν ὁμολογουμένην στάσει . . . ὡς ἀλιτηριώδης . . . δοκεῖ ἢ στάσις εἶναι.

a 1 *ἐπὶ τὸ Συρακούσας μὲν πρῶτον*: verborum conformatio ab *ἐπὶ τὸ* incepta ad finem non perducitur sed enuntiatio *ἐπεὶ τὴν δουλείαν αὐτῆς ἀπήλλαξεν παιδρῦνας ἐλευθέρως δ' ἐν σχήματι κατέστησεν* interiecto relicta sententiae pars loco infinitivi *κοσμηῆσαι* qui post *ἐπὶ τὸ* exspectatur, enuntiatio indicativo irreali expressa est: *τὸ μετὰ τοῦτ' ἂν . . . ἐκόσμησεν*. Illo enuntiato interiecto id quoque efficitur quod mentio de patriae ornatu (*κοσμηῆσαι*), dum quae Dio parabat enumerantur, de primo loco (*πρῶτον*) transposita in secundo (*τὸ μετὰ τοῦτο*) collocatur. Quod Hermann *ἐπὶ τὸ* delevit — in qua re eum secutus est Wilamowitz, Platon II 408 — aequè mihi supervacuum videtur atque Richardsii correctio *ἐπὶ τόδε*.

2 *ἐπεὶ τὴν δουλείαν αὐτῆς ἀπήλλαξεν παιδρῦνας ἐλευθέρως δ' ἐν σχήματι κατέστησεν παιδρῦνας* vox ex A³ O² V cod. Florentino plut. 85, 9 iure accepta a Howaldio parum intellecta ad sententiam complendam optime quadrat. De lavatione dicitur Hes. Op. 753 sq. *μηδὲ γυναικίῳ λουτρῷ χροὰ παιδρῦνεσθαι ἀνέρα*, Aesch. Ag. 1108 sq. *τὸν ὁμοδέμνιον πόσιν λουτροῖσι παιδρῦνασα*, Eur. Hel. 676 sq. *ὦμοι ἐμῶν δεινῶν, λουτρῶν καὶ κρηνῶν, ἕνα θεαὶ μορφᾶν ἐφαιδρυναν*. Quo poetarum verbo utitur Plato dum quomodo Dio patriam servitute liberatam lavare induere (*σχῆμα*) ornare (*κοσμηῆσαι*) in animo habuerit, verbis expressum oculis subicit. Talia quaedam in manumissionibus in usu fuisse iudicari licet. Dictio *ἐλευθέρως σχῆμα* — cui Wilamowitz, Platon II 408, aliam codicum lectionem *ἐλευθερίῳ σχήματι* praeferat — comparari potest cum nonnullis Platonis locis velut Menex. 249 a *ἐν πατρὸς σχήματι καταστᾶσα αὐτοῖς αὐτῆ* (sc. ἡ πόλις).

Simili modo transferuntur verba vestimenti mutationem significantia apud Aristophanem Lys. 1150 sq. dum commemoratur Athenienses libertati studentes adversus Hippiam a Lacedaemoniis esse adiutos:

*οὐκ ἴσθ' ὅθ' ὑμᾶς οἱ Λάκωνες αὐδῖς αὐ
κατωνάκας φοροῦντας ἐλθόντες δορὶ
πολλοὺς μὲν ἄνδρας Θετταλῶν ἀπώλεσαν,
πολλοὺς δ' ἑταίρους Ἰππίου καὶ ξυμμάχους,
ξυνεκμαχοῦντες τῇ τόθ' ἡμέρᾳ μόνοι,
κῆλυθέρωσαν κἀντὶ τῆς κατωνάκης
τὸν δῆμον ὑμῶν χλαῖναν ἡμπέσχον πάλιν;*

Quae hic de populo tamquam servo in libertatem vindicato dicuntur nonnulli verba ipsa spectantes ita sunt interpretati, ut opinio exorta sit Athenienses Pisistratidarum temporibus a tyrannis coactos vili quodam vestimenti genere, quae *κατωνάκη* vocabatur, esse usos »ut per urbem ire ipsos puderet«. Quam rem tradit Pollux On. 7, 68, Hesychius s. v. *κατωνάκη*, Suidas s. v. *κατωνάκη ἱμάτιόν ἐστιν ἐκ τῶν κάτω μερῶν νάκος, τουτέστι διφθέραν, περιεραμμένον. δοκοῦσι δὲ ἀμφίεσασθαι τοῦτο, τῶν τυράννων ἐπαναγκασάντων τοὺς Ἀθηναίους, ἵνα ὑπὸ εὐτελείας μὴ κατώσιν εἰς ἄστρ οἱ πολῖται. μέχρι γὰρ τῶν γονάτων ἦν διήκον. Ἀριστοφάνης: »Οὐκ ἴσθ' ἅμα ξυμμάχους« [Lysistr. 1150—1153]. Propriam fuisse *κατωνάκην* — aequae ac *ἔξωμιδα* et *διφθέραν* — servorum vestem apparet in versibus Aristoph. Eccl. 721 sq.*

*καὶ τὰς γε δούλας οὐχὶ δεῖ κοσμομένας
τῆν τῶν ἐλευθέρων ὑφαρπάζειν Κύπριν,
ἀλλὰ παρὰ τοῖς δούλοισι κοιμᾶσθαι μόνον
κατωνάκην τὸν χοῖρον ἀποτειλιμένας*

(*κατωνάκην* Bentleius; codices *κατωνάκη*).

Talem vestimenti differentiam, quae erat inter servum et liberum, spectat Plato etiam Pol. 6, 495 e, ubi depingit virum humilem paulo ante vinculis solutum philosophiae nuptias affectantem: *χαλκῆως. . . νεωστὶ μὲν ἐκ δεσμῶν λελυμένον, ἐν βαλανείῳ δὲ λελουμένον, νεουργὸν ἱμάτιον ἔχοντος, ὡς νυμφίου παρεσκευασμένον.*

Simili modo libertatis sententia expressa videtur fuisse in illo prosodio, quod ab Eumelo Corinthio Messeniis virorum chororum Delon mittentibus compositum esse tradit Pausanias 4, 4, 1 et 4, 33, 3; cuius prosodii 4, 33, 3 duo afferuntur versus (Bergk, Poet. lyr. Gr. 3. ed. 3, p. 6; Kinkel, Epic. Graec. fragm. 1, p. 193)

*τῷ γὰρ Ἰθωμάτῃ καταθύμιος ἐπλετο μοῖσα
ἂ καθαρὰ . . . καὶ ἐλεύθερα σάμβάλ' ἔχοισα.*

Quae cum ita sint reiciendam esse puto Bergkii correctionem ἂ καθαρὰν (*κίθαριν*) καὶ ἐλεύθερα σάμβάλ' ἔχοισα.

Etsi nulla manumissionis Graecae perfecta atque accurata descriptio ad nos pervenisse videatur — v. A. Calderini, La

manomissione e la condizione dei liberti in Grecia, 1908, p. 253 — tamen quibusdam locis ostenditur fuisse apud Graecos morem ut novi liberti rite lavarentur aut certam aquam biberent et ornarentur. Argis fuisse traditur fons quidam nomine Cynadra, cuius aqua servi manumissi uti solerent, v. Hes. s. v. *ἐλεύθερον ὕδωρ* · ἐν Ἄργει ἀπὸ τῆς † συναγείας <Κυνάδρας> πίνουσι κρήνης ἐλευθερούμενοι τῶν οἰκειῶν, διὰ τὸ καὶ τὸν Κέρβερον κύνα ταύτη διαδραῖναι καὶ ἐλευθερωθῆναι. Eundem sine dubio fontem dicit et Paus. 2, 17, 1 *Μυκηνῶν δὲ ἐν ἀριστεράῳ πέντε ἀπέχει καὶ δέκα στάδια τὸ Ἡραῖον*. φεῖ δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ὕδωρ Ἐλευθέριον καλούμενον · χρῶνται δὲ αὐτῷ πρὸς καθάρσια αἱ περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τῶν θυνσιῶν ἐς τὰς ἀπορρήτους.

Dictio *ἐλευθέριον ὕδωρ* in proverbium venit, v. Eustath. ad Od. 13, 408 *ἐν Ἄργει Κυνάδρα κρήνη, ἐξ ἧς ἔπινον οἱ ἐλευθερούμενοι*. ὄθεν τὸ ἐν Κυνάδρα ἐλευθέριον ὕδωρ παροιμιακῶς ἐπὶ τῆς κατ' ἐλευθερίαν ζωῆς. Comparari potest Hom. Il. 6, 528 *κρητήρα σιτήσασθαι ἐλεύθερον*.

Similem fuisse apud Athenienses morem ostenditur nonnullis comicorum Atticorum locis; v. Antiphanis fragm. apud Athen. 3, 123 b [25 Kock]

*ἐὰν δὲ τοῦργαστήριον ποιῆτε περιβόητον,
κατασκεδῶ, νῆ τὴν φίλην Δημητρα, τὴν μεγίστην
ἀρύταιναν ὑμῶν ἐκ μέσου βάψασα τοῦ λέβητος
ζέοντος ὕδατος· εἰ δὲ μή, μηδέποθ' ὕδωρ πίοιμι
ἐλευθέριον.*

Cf. Xenarchi fragm. apud Athen. 10, 440 e [5 Kock]

*ἐμοὶ γένοιτο σοῦ ζώσης, τέκνον,
ἐλευθέριον πιῶσαν οἶνον ἀποθανεῖν.*

Haud recte hos versus explicare videtur Kock, cum putat servam ut ebriosam pro *ἐλευθέριον ὕδωρ* dixisse *οἶνον*: significari censeo epulas, quae manumissis instruerentur, inter quas *κρατήρ* ille *ἐλεύθερος* temperaretur.

Lacedaemoniorum erat consuetudinis, ut novi liberti coronati per urbem in deorum templa ducerentur, v. Thuc. 4, 80, 4 *οἱ μὲν* (sc. *τῶν Εἰλωτίων*) *ἐστεφανώσαντό τε καὶ τὰ ἱερὰ περιῆλθον ὡς ἠλευθερωμένοι*, cf. Plut. Lyc. 28 (secundum Thu-

cydidem) τοὺς ἐπ' ἀνδρεία προκοιθέντας ὑπὸ Σπαρτιατῶν στεφανώσασθαι μὲν ὡς ἔλευθέρους γεγονότας καὶ περιελθεῖν τὰ τῶν θεῶν ἱερά.

ῥῆον Ἰέρωνος: non tam ad Siciliae liberationem, de qua re vera optime meruit Gelo, quam ad κατοικισμὸν referendum est, quo Hiero cum Aetnam urbem condidisset insignem sibi famam paravit; κλεινὸς οἰκιστὴρ appellatur apud Pind. Pyth. 1, 31. At ne Hiero quidem expers erat gloriae bellicae quippe qui et in aliis pugnis et apud Himeram fratris Gelonis fuisset socius, v. Pind. ib. 79 sq. *παρὰ δὲ τὰν εὐνδρον ἀκτῶν Ἰμέρα παιδεσσιν ὕμνον Δεινομένους τελέσαις, τὸν ἐδέξανι' ἀμφ' ἀρετῶ, πολεμίων ἀνδρῶν καμόντων;* ad quem locum addit schol. haec: *φασὶ δὲ τὸν Γέλωνα τοὺς ἀδελφοὺς φιλοφρονούμενον ἀναθεῖναι τῷ θεῷ χρυσοῦς τρίποδας ἐπιγράφαντα ταῦτα*

*Φημι Γέλων', Ἰέρωνα, Πολύζηλον, Θρασύβουλον,
παιδας Δεινομένους τοὺς τρίποδας θέμεναι,
βάρβαρα νικήσαντας ἔθνη, πολλὴν δὲ παρασχεῖν
σύμμαχον Ἑλλήσιν χεῖρ' ἐς ἔλευθερίην.*

Quin etiam victoria, quam apud Cumas ab Etruscis reportavit, multum attulit ad Siciliam a barbaris defendendam. Hieronem Plato etiam 2, 311 a exempli causa nominat.

τὴν αὐτὴν ἀρετῆς ἂν πέρι γενέσθαι δόξαν τοῖς πολλοῖς: etiam **b 1** hic infinitivus cum accusativo ad enuntiatum 335 e *Δίωνα ἐγὼ σαφῶς οἶδα* pertinet. Plato hac sententiarum serie omnia enumerat, quae Dionem perfecturum fuisse putat nisi ante tempus vi allata interemptus esset; ad hanc irream fictionem pertinent omnia usque ad verba *ἀπέσωσεν γενομένη;* in iis quae sequuntur (*νῦν δέ. . .*) rerum exitus spei opponitur. Wilamowitzii, Platon II 408 sq., emendatio *ἦν* pro *ἂν* («so war es möglich, dass sich wenigstens bei der Menge die Anschauung von Tugend erhielt») necessaria esse non videtur.

ἦπερ ἂν . . . παρὰ πᾶσιν ἂν: ἂν iteratur ut alibi saepe; vanum **2** est quod opinatur Th. Blunk, De septimae epistulae q. f. Platonicae adnominatibus, p. 8, annot. 1, particulam *ἂν* metri causa iteratam esse, ut bis terni dactyli existerent *ἦπερ ἂν | εἰ Διο | νύσιος | (ἐπελ) σθη παρὰ | πᾶσιν ἂν | ὡς ἔπος.*

εἰ Διονύσιος ἐπεισθή: cf. 2, 312 a ubi legimus Platonem Dionysii animum ad philosophiam convertere voluisse quo philosophia apud omnes homines in honore esset (*ἵνα μοι τιμῶτο φιλοσοφία καὶ παρὰ τῷ πλήθει*); quod hic ἀρετή illic φιλοσοφία legitur, optime ostendit philosophiam Platoni non fuisse doctrinam sed certum quendam vivendi modum, v. annot. ad 328 a 4.

- 3 *παρὰ πᾶσιν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀνθρώποις*: cum dicit per Dionem a p u d m u l t i t u d i n e m, per Dionysium a p u d o m n e s f e r e h o m i n e s de virtute (= de philosophia) futuram fuisse famam, haud neglegenda existit gradatio.

ἀπέσωσεν: intransitivus huius verbi usus occurrit fortasse etiam Leg. 3, 692 c *εἰ δ' ἦν τις προορῶν τότε ταῦτα . . . τά . . . νοηθέντα ἂν καλὰ τότε πάντα ἀπέσωσε*. Wilamowitz, Platon II 408 sq., dum activo ἀπέσωσεν verbi sententiam intransitivam exprimi posse negat, pro nominativis ἦπερ et γενομένη accusativos ἦνπερ . . . γενομένην restituit: »die in der ganzen Welt entstanden sein würde und die er (Dion) aufrecht erhalten haben würde«.

- 4 *δαίμων ἢ τις ἀλιτήριος*: eadem sententia 326 e *μηχανομένῳ τινὶ τῶν κρειττόνων*.

ἀνομία καὶ ἀθεότης: cum iniquitate et impietate ; ἀθεότης, vox haud ita frequens, occurrit etiam Polit. 309 a, Leg. 12, 967 c.

- 5 *τὸ μέγιστον*: cf. 8, 355 d *ὧν οἱ πρόγονοι τότε, τὸ μέγιστον, ἔσωσαν . . . τοὺς Ἕλληνας*.

τόλμαις ἀμαθίας: inscientiam a Platone omnium malorum causam haberi satis constat; qua vel optime constitutam rem publicam dilabi explicatur Leg. 3, 688 c; Tim. 88 b *ἀμαθία* gravissimus omnium morborum appellatur. Ex inscientia ortas esse Plato putat eas calumnias, quae effecerint ut Dionysius Platonis cōsiliis diffideret et Dio tamquam dominatus cupidus interimeretur.

- c 1 *τοῖς γεννήσασιν*: calumniarum auctoribus (v. annotationem quae praecedit), Dionis atque Platonis adversariis et inimicis, in quorum numero 3, 315 e Philistides ponitur.

αὐτή: gravissima inscientiae notio, subiecti vice quod initio enuntiati erat (*ἢ ποὺ τις δαίμων ἢ τις ἀλιτήριος*) excepta, ipsa in subiecti locum successit; quam ob rem necesse erat eam nominativo pronominis (*αὐτή*) denuo significare.

τὸ δεύτερον: primum Dionysio a Platonis Dionisque consiliis averso, tum Dione interempto.

εὐφημῶμεν χάριν οἰωνοῦ: »boni ominis causa«, cf. Menex. 249 b *οἰωνοῦ χάριν*, Leg. 4, 702 c *οὐ γὰρ ἀποκρύβομαι σφῶ τὸ νῦν ἐμοὶ συμβαῖνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς οἰωνόν τινα ποιοῦμαι*. De verbis ominis loco accipiendis cf. ep. 6, 323 c et annot.

ἀκηκόατε παρ' ἐμοῦ σαφῶς: praesertim 336 a sq. 6

Δωριστὶ . . . κατὰ τὰ πάτρια: admonendo subicitur quod urbs Syracusae a Doribus Corinthiis condita est; simul Dorica intelligitur harmonia quam Plato viri gravitati unam aptissimam ducit; cf. Lach. 188 d ubi de viro sibi constanti dicitur *καὶ κομιδῇ μοι δοκεῖ μουσικὸς ὁ τοιοῦτος εἶναι, ἀρμονίαν καλλίστην ἡρμουςμένους οὐ λύραν οὐδὲ παιδιᾶς ὄργανα, ἀλλὰ τῷ ὄντι [ζῆν ἡρμουςμένους οὔ] αὐτὸς αὐτοῦ τὸν βίον σύμφωνον τοῖς λόγοις πρὸς τὰ ἔργα, ἀτεχνῶς δωριστὶ ἀλλ' οὐκ ἰασίε, οἶμαι δὲ οὐδὲ φρονιστὶ οὐδὲ λυδισίε, ἀλλ' ἤπερ μόνη Ἑλληνικὴ ἐστὶν ἀρμονία*. Ib. 193 d sq. *οὐκ ἄρα που . . . δωριστὶ ἡρμουςμεθα ἐγὼ τε καὶ σύ, ὦ Λάχης· τὰ γὰρ ἔργα οὐ συμφωνεῖ ἡμῖν τοῖς λόγοις*. Commemorandum videtur, quanto studio Plato in hac epistula temperantiam vitae sequendam proponat, cf. 326 b sq.; unde iudicari potest quosdam eorum ad quos Plato scribit haud ita temperatos a Platone aperte reprehendi atque admoneri. Contra 8, 357 b, ubi simile consilium rei publicae constituendae exponitur, nulla fit exceptio quae ad mores pertineat et omnes ad commune opus vocandos esse placet.

τόν τε τῶν Δίωνος σφαγέων καὶ τὸν Σικελικὸν βίον: »Dionis interfectores« omnes Dionis adversarios significat; quorum nomine vita Siciliensis appellatur quo magis Dionis amicis invisa fiat. De vita Siciliensi v. annot. ad 326 b 4.

φοβεῖσθαι δὲ μηδὲ Ἀθήνας: cf. 334 b et annot. d 4

πάντων ἀνθρώπων διαφέροντες πρὸς ἀρετήν: ex iis quae McGillus Leg. 1, 642 c dicit iudicari potest usitatum fuisse dicere *ἄλλοι Ἀθηναίων εἰσὶν ἀγαθοὶ διαφερόντως εἰσὶν τοιοῦτοι*.

εἰ δ' οὖν, ταῦτα μὲν ὕστερα γένοιτ' ἄν: ego distinxi; Burnet, ut alii, post *οὖν* non distinguit. Varias ac diversas fuerunt huius loci interpretationes; velut Ast vertit: »quodsi haec postea futura sunt, urgent autem vos seditionum multa variaque dissidia, 6

hoc quemvis virum cognoscere oportet. . . «; Howald: »wenn das nun zwar nach eueren Plänen in der Zukunft vielleicht auch so sein wird, für den Augenblick bedrängen euch aber jene stetigen. . . Konflikte. . . so muss. . . «; Andraea: »aber wenn es dazu vielleicht erst später kommt, und Euch jetzt die vielen. . . Streitigkeiten der Parteien bedrängen, so muss. . . «; Apelt: »sollte aber dieser Rat zu spät kommen, und ihr. . . aufs Schwerste zu leiden haben, dann muss. . . « Post: »if, however, it is too late to resort to these measures and you are forced to hasten because of the manifold and varied quarrels. . . I suppose every man. . . must be aware. . . «; Souilhé: »mais si tout cela tardait et que vous fussiez aux prises avec de continuelles séditions. . . , quiconque a reçu. . . comprendra que. . . «. Aliam existere apparet sententiam loci apud Astium, Howaldium, Guilelmum Andraea, aliam apud Apeltium, Postium, Josephum Souilhé; quarum neutra sive praeceptis artis grammaticae sive rei de qua agitur satis videtur respondere. Iam omnium primum apparet Platonem non dicere »haec« (*ταῦτα*), i. e. adiutorum sociorumque ad Siciliam constituendam electionem, sero deliberari. Immo vero 337 d Plato Dionis amicos certae cuidam condicioni satisfacere iubet antequam se et alios in Siciliam vocent; etiam 8, 355 a c eos hortatur, ut primum optimas leges accipiant, »cum Sicilia in periculum venerit« (d). Equidem censeo Platonem hoc epistulae septimae loco dicere velle adiutorum conquisitionem in posterum differendam esse, cum alia in praesentia, quae magis instent, sint praevertenda. Quam ob rem *ταῦτα μὲν ὕστερα γένοιτ' ἂν* non esse puto enuntiatum quod vocatur condicionale, sed enuntiatum affirmativum, cuius ratio altero enuntiato *κατεπείγουσιν δὲ ὑμᾶς. . . διαφοραί* addito indicatur. Verba *εἰ δ' οὖν* ipsa per se enuntiatum esse puto condicionale, cuius verbum ex iis quae praecedunt supplendum sit, velut *μέλλετε παρακαλεῖν*. Simili modo Apol. 34 d verbis *εἰ δ' οὖν* enuntiatum quod praecedit condicionale per ellipsin repetitur: *εἰ δὴ τις ὑμῶν οὕτως ἔχει — οὐκ ἄξιῶ μὲν γὰρ ἔγωγε, εἰ δ' οὖν — ἐπιεικῆ ἂν μοι δοκῶ. . .*, cf. Soph. Ant. 722, Eur. Hipp. 508. Comparari potest Pol. 3, 388 b sq. *πολὺ δ' ἔτι τούτων μᾶλλον δεησόμεθα μήτοι θεοῦς γε ποιεῖν ὀδυρομένους. . . εἰ δ' οὖν θεοῦς, μήτοι τόν γε μέ-*

γιστον τῶν θεῶν τολμῆσαι οὕτως ἀνομοίως μιμήσασθαι. Similis est brachylogia coniunctione εἶπερ formata 7, 344 e 3, v. annot. Quae cum ita sint, post οὖν distinctionis notam posui et post διαφοραί fortius esse distinguendum puto, cum a verbo εἰδέναι aliud incipiat enuntiatum.

αἱ τῶν στάσεων πολλαὶ καὶ παντοδαπαὶ φνόμεναι ἐκάστης **e 1**
 ἡμέρας διαφοραί: hunc rerum statum Plato iam supra 326 e significat cum dicit τῶν νῦν γεγονότων πραγμάτων περὶ Δίωνα καὶ τῶν περὶ Συρακούσας.

εἰδέναι μὲν που χρή particula μὲν sine sequenti δέ, ut saepe **2**
 apud Platonem, posita vim habet affirmativam.

ὅ καὶ βραχὺ δόξης ὀρθῆς μετέδωκεν θεία τις τύχη: de hac **3**
 dictione vere Platonica cf. annot. ad 3, 316 c 5; de θεία τις τύχη v. annot. ad 326 b 2.

οὐκ ἔστιν παῦλα κακῶν τοῖς στασιάζουσιν: de sententia et dictione cf. Pol. 5, 473 d οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα . . . ταῖς πόλεσι, ib. 6, 501 e πρὶν ἂν πόλεως τὸ φιλόσοφον γένος ἐγκρατὲς γένηται, οὔτε πόλει οὔτε πόλιν κακῶν παῦλα ἔσται.

οἱ κρατήσαντες: cf. 337 b τοὺς κρατήσαντας, c οἱ νενικηκότες; **4**
 omnibus his locis Plato indirecto quem dicimus modo Dionis factionem appellat; 337 c sq. tali forma iteratur sententia, quae eadem supra 324 a directe profertur.

μάχαις: ut ἐκβολαῖς et σφαγαῖς cum verbo μνησικακοῦντες coniungendum civium dimicationes significat: cf. Pol. 1, 351 d στάσεις γάρ που . . . ἢ γε ἀδικία καὶ μίση καὶ μάχας ἐν ἀλλήλοις παρέχει.

νόμους κοινούς μηδὲν μᾶλλον πρὸς ἡδονὴν αὐτοῖς ἢ τοῖς **337 a 1**
 ἡττηθεῖσιν κειμένους: κοινός dicitur de eo qui neutrius partis studiosus aequus est, cf. 8, 354 a; sententia eadem est quae infra c (de legum latoribus) μήτε νικήσασιν μήτε νικηθεῖσιν νέμειν πλέον, τὸ δὲ ἴσον καὶ κοινὸν πάση τῇ πόλει. Eadem de legibus sententia profertur Leg. 4, 715 a sq., cf. praesertim b ταύτας δῆπου φαμὲν ἡμεῖς νῦν οὐτ' εἶναι πολιτείας, οὐτ' ὀρθοῦς νόμους ὅσοι μὴ συμπάσης τῆς πόλεως ἔνεκα τοῦ κοινοῦ ἐτέθησαν. Etiam Pol. 1, 338 c sq. summo studio refutatur quod affirmat Thrasymachus iustum esse quod soli potentiori prosit.

- 3 **αἰδοῖ καὶ φόβῳ**: de discrimine quod sit inter timorem et pudorem v. Leg. 1, 646 e sq.; de pudore legum oboedientiam efficiente cf. Leg. 3, 698 b, de timore ib. 699 c; Pol. 5, 465 a pudor et timor minorum cum natu maioribus consuetudinem moderantes ostenduntur; cf. et Phaedr. 254 e ὥστε συμβαίνει τότ' ἤδη τὴν τοῦ ἐραστοῦ ψυχὴν τοῖς παιδικοῖς αἰδομένην τε καὶ δεδιῶσαν ἔπεσθαι. Haec duo, αἰδώς et δέος, coniuncta inveniuntur iam apud Homerum Il. 15, 657 sq.
- φόβῳ μὲν διὰ τὸ κρείττους αὐτῶν εἶναι δεικνύντες τὴν βίαν**: infinitivo cum praepositione διὰ τὸ κρείττους αὐτῶν εἶναι dativus φόβῳ explicatur; ad quam verborum conformationem additur participium δεικνύντες τὴν βίαν »(hoc modo) ostendentes vim«. In enuntiato quod sequitur similia separata ponuntur, διὰ τὸ κρείττους φαίνεσθαι . . . καὶ . . . ἐθέλοντες. Quod Richards conicit ὄντες δεικνύναι pro εἶναι δεικνύντες ingeniosum quidem est, tamen supervacuum.
- 5 **τοῖς νόμοις μᾶλλον ἐθέλοντές τε καὶ δυνάμενοι δουλεύειν**: eos qui rei publicae praesint legum servos esse debere docet Plato etiam Leg. 4, 715 d; ib. c ostendit, quo modo honorandus sit is, ὃς ἂν τοῖς τεθεῖσι νόμοις εὐπειθέστατός τε ἦ καὶ νικᾷ ταύτην τὴν νίκην ἐν τῇ πόλει.
- 6 **ὡς ἂν ποτε κακῶν λήξαι πόλις**: cf. 326 a κακῶν οὖν οὐ λήξειν τὰ ἀνθρώπινα γένη, Phaed. 114 b λήγουσι τῶν κακῶν, Leg. 3, 701 c μὴ λήξαι ποτε κακῶν.
- b1 **στάσεις καὶ ἔχθραι καὶ μίση καὶ ἀπιστίαι . . . γίγνεσθαι φιλεῖ**: haud ita saepe subiecto plurali — neutro genere excepto — verbum adiungitur singulare; tamen cf. Conv. 188 b καὶ γὰρ πάχνη καὶ χάλαζαι καὶ ἐρυσίβαι . . . γίγνεται, Pol. 2, 363 a ἵνα δοκοῦντι δικαίῳ εἶναι γίγνηται . . . ἀρχαὶ τε καὶ γάμοι καὶ ὄσα περ Γλαύκων διῆλθεν ἄρτι, Tim. 45 a σκέλη μὲν οὖν χεῖρές τε . . . προσέφην πᾶσιν, Leg. 11, 925 e ὁπόταν ἦ σωμάτων νοσήματα καὶ πηρώσεις ἢ διανοίας . . . γίγνηται.
- 4 **αὐτοὺς ἐν αὐτοῖς . . . τῶν Ἑλλήνων: ἐν αὐτοῖς** cf. Prot. 309 a ὡς γ' ἐν αὐτοῖς ἡμῖν εἰρησθαι. Electionem eorum qui leges ferant, ab ipsis iis qui rem publicam constituunt, perfici necesse est, eligendi sunt omnium Graecorum optimi.

πρῶτον μὲν: »omnium primum«; de *μὲν* particula sine 5
sequenti *δέ* v. annot. ad 336 e 2.

*γέροντας καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας κεκτημένους οἴκοι καὶ
προγόνους . . . καὶ κῆσιν κεκτημένους πάντας ἱκανῆν*: talia spec-
tabantur in iis, qui in civitatibus Graecis summos magistratus
capescebant. Etiam Leg. 6, 765 d praecipitur, ut is qui pueris
puellisque educandis praesit, non minus annos quinquaginta
aetatis suae habeat liberorumque legitimorum sit pater; de
censu hic nihil dicitur quippe qui iam antea omnibus civibus sit
constitutus.

ἀριθμὸν δὲ εἶναι μυριάδωρ πόλει πενήκοντα ἱκανοὶ τοιοῦτοι: c 1
ab infinitivo cum accusativo, quae verborum conformatio
in legum praeceptis est usitatissima, transitur in eodem enun-
tiato ad nominativum et in subiecto (*πεντήκοντα τοιοῦτοι*) et
in praedicato (*ἱκανοί*); quae res explicari potest si duo enuntiatia,
obliquum et directum, in unum coaluisse putantur *ἀριθμὸν
δὲ εἶναι μυριάδωρ πόλει πενήκοντα · πενήκοντα ἱκανοὶ
τοιοῦτοι (εἰσιν)* »numerum autem esse civitati decem milia
virorum continenti quinquaginta: quinquaginta tales satis
sunt.« Sane facilius fit lectio si secundum Wilamowitzium,
Platon II 408, infinitivum *εἶναι* deleveris: *ἀριθμὸν δὲ μυ-
ριάδωρ πόλει πενήκοντα ἱκανοὶ τοιοῦτοι*: quae lectio sitne
praeferenda dubito. Quod de numero quinquaginta legum la-
torum civitati quae decem milia virorum contineat sufficiente
loquitur, normam quandam proponit ad quam numerus Syracusis
re vera necessarius ratione effici possit, cum non sit dubium
quin Syracusae, quae bello Atheniensi Athenis civium numero
fere pares fuerant (Beloch, Griech. Gesch. 2, 1, 2. ed. 81),
postea Dionysio Maiore regnante plurimis civibus novis acceptis
creverunt, Dionysii Minoris tempore multo plus decem milia
virorum habuerint.

τὸ δὲ ἴσον καὶ κοινὸν πάσῃ τῇ πόλει: v. annot. ad a 1. 5

τεθέντων δὲ τῶν νόμων ἐν τούτῳ δὴ τὰ πάντα ἐστίν: quan-
tum Plato in hac epistula aequae atque in Legibus legum auctori-
tati tribuat v. annot. ad 334 c 4.

ἥττους . . . τῶν νόμων μᾶλλον τῶν γενικημένων: v. annot.
ad 337 a 5.

- d 1** *εἰ δὲ μή:* et forma et sententia huius periodi condicionalis eadem est atque illa quae 324 a proferuntur enuntiatas *εἰ μὲν δόξαν καὶ ἐπιθυμίαν τὴν αὐτὴν ἔχετε ἐκεῖνω, σύμφημι κοινω- νήσειν, εἰ δὲ μή, βουλευέσθαι πολλάκις.*
- 3** *ἀδελφὰ ὄν:* cf. e. g. Pol. 4, 421 c *τὸ τούτου ἀδελφόν*, Leg. 7, 811 e *ἀδελφὰ που τούτων τῶν λόγων*. V. annot. ad 349 e 1.
- 5** *δεύτερα μὴν:* quod et quae Dionis amicis suadentur et quae Plato cum Dione Syracusis facere conati sunt, secunda appellantur et primis, quae una cum Dionysio perficienda erant, opponuntur, alia est numeratio atque diversa ab ea quae 334 c occurrit *λόγον τὸν αὐτὸν λέγων ἤδη τρίτον τρίτοις ὑμῖν:* credo hic *δεύτερα* et *πρῶτα* non de temporis sed de aestimationis ordine dici; cf. trium politiarum aestimationem quae est Leg. 5, 739 b—e.
- 6** *τύχη:* v. annot. ad 326 b 2.
- e 1** *διεφόρῃσεν:* proprie de dissipanda pecunia, cf. 351 b (*ἄν*) *διαφορῇ τὰ τούτων χρήματα.*
ἀγαθῇ πράξει μοῖρα καὶ θείᾳ τιμῇ τύχη: v. annot. ad 326 b 2.
- 3** *συμβολή:* consilium 330 c inceptum postea intermissum, v. annot. ad 334 c 2.
ἐπιστολή: hic de mandato, cf. Tim. 71 d *μεμνημένοι τῆς τοῦ πατρὸς ἐπιστολῆς*, Criti. 119 c *κατὰ ἐπιστολὰς . . . τὰς τοῦ Ποσειδῶνος.*
- 4** *εἰκότως τε ἅμα καὶ ἐμμελῶς:* apparet Platonem etiam ea quae sequuntur sui defendendi causa narrare; quam defensionem Plato iam supra 330 c indicavit promisitque se esse probaturum quam consentaneae et iustae fuissent res quas apud Dionysium gessisset.
- 5** *ᾧ μέλει ἀκούειν ἔξεστι:* cf. 324 b *οὐκ ἀπάξιον ἀκοῦσαι νέφ καὶ μὴ νέφ* et annot. ad 333 c 6.
- 6** *ὁ . . . πρῶτος χρόνος τῆς ἐν Σικελίᾳ διατριβῆς:* cf. de eadem re, i. e. de priore Platonis apud Dionysium Minorem commemoratione 330 b sq. *καὶ ὁ πρῶτος δὴ χρόνος τῆς εἰς Σικελίαν ἐμῆς ἐπιδημίας τε καὶ διατριβῆς διὰ πάντα ταῦτα συνέβη γενόμενος.* Consilio dato Plato verbis *τὸ μετ' ἐκεῖνα* quae sequuntur (338 a) narrationem 330 c intermissam persequitur.
- 338 a 1** *τοῖς οἰκείοις καὶ ἐταίροις τοῖς περὶ Δίωνα:* de praepositionis *περὶ* usu v. annot. ad 3, 316 c 6, de tertia persona annot. ad 333 c 6.

ειρήνης δὲ γενομένης — ἦν γὰρ τότε πόλεμος ἐν Σικελία — 3
συνωμολογήσαμεν ἀμφοτέρω: de hoc bello et convento mentio
 fit etiam 3, 317 a, ubi v. annot.

μεταπέμψασθαι: sic codices, Burnet *μεταπέμψεσθαι*, v. 4
 annot. ad 3, 317 a 7.

μετάστασιν: quae apud Romanos relegatio appellatur; idem b 1
 est sensus huius vocis Leg. 9, 877 d sq., ubi praescribitur, ut
 sempiterna in vicinam civitatem relegatione (*μετάστασις*) punia-
 tur, si quis quem cum occidendi voluntate laeserit; relegati
 bona non esse publicanda. V. etiam 348 e.

μετεπέμπετό με: de eadem re v. 3, 317 a. 2

ὡς... φιλοσοφίας ἐν ἐπιθυμίᾳ... εἴη γεγινώς: cf. Leg. 8, 5
 841 c *τὸ μὴ τῶν σωμάτων ἀλλὰ τῶν τρόπων τῆς ψυχῆς ὄντων*
καλῶν γεγινώς ἐν ἐπιθυμίᾳ.

συντεταμένως ἐδεῖτο: cf. Phil. 59 a *ζητοῦσι συντεταμένως*, 6
 Pol. 6, 499 a *ζητεῖν... τὸ ἀληθὲς συντεταμένως ἐκ παντὸς*
τρόπου.

ἀπηχθόμην ἀμφοῖν: cf. 3, 317 a *ἀλλὰ καὶ Δίῳσι τότ' ἀπηχ-* c 4
θόμην.

οἷ γέρον... εἴην: v. annot. ad 3, 317 c 3.

κατὰ τὰς ὁμολογίας: secundum conventa quae supra 338 a 5
 commemoravit, quibus Dionysius Dionem revocatum iri pollici-
 tus est.

ἔοικεν δὴ τὸ μετὰ τοῦτο Ἀρχύτης τε παρὰ Διονύσιον ἀφικέ- 6
σθαι: altera τε particula sequitur d *ἄλλοι τέ τινες ἐν Συρακού-*
σαις ἦσαν. Ad Archytam Tarentinum, nobilem illum philosophum
 mathematicum virum administrandae rei publicae peritissimum,
 scriptae sunt Platonis epistulae 9. et 12. Quod Photius cod.
 249 init. (Bekker p. 438 b 18) commemorat Platonem fuisse
 Archytae discipulum atque nonum Pythagorae successorem, satis
 firmum rei testimonium haberi non potest; haec narratio de
 Platone Pythagorae sectatore maxime apud Neoplatonicos aucta
 et tradita eo facilius exsistere potuit, cum Aristoteles nonnullis
 locis ostendat Platonem Pythagoreis et » Italicis « similia docere,
 velut Metaph. 1, 6, 987 a 29 *μετὰ δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας*
ἢ Πλάτωνος ἐπεγένετο πραγματεία, τὰ μὲν πολλὰ τούτοις (sc.
 Eleaticis et Pythagoreis) *ἀκολουθοῦσα, τὰ δὲ καὶ ἴδια παρὰ*

τὴν τῶν Ἰταλικῶν ἔχουσα φιλοσοφίαν. Cf. ib. b 23; 8, 990 a 30; 12, 6, 1080 b 16; 13, 3, 1090 a 20. Contra apud Ps.-Dem. 6, 46 Plato Archytæ magister fuisse existimatur, cum huius opusculi auctor studiosus fuerit enumerandi illustres viros civiles, qui illustres philosophos audivissent. Has veterum de ratione quæ inter Platonem et Archytam intercessisse fertur narrationes recte explicat R. Harder, Ocellus Lucanus, p. 43 annot. 1.

- 7 *ξενίαν καὶ φιλίαν:* quod hæc amicitia in rebus publicis multum valebat v. 339 d.
- d2 *παρακουσμάτων:* cf. 340 b *τοῖς τῶν παρακουσμάτων μεστοῖς.* Praepositio *παρά* significat auditiones fuisse leves parumque accuratas, cf. 341 b *διὰ τὰς ὑπὸ τῶν ἄλλων παρακοάς,* Theæt. 195 a *ἄλλοτριονομοῦντες παρορῶσί τε καὶ παρακούουσι καὶ παρανοοῦσι πλεῖστα.* Ea praepositionis significatio interdum abest, velut 339 e *νέον ἄνθρωπον παρακούοντα ἀξίων λόγου πραγμάτων.*
- 4 *διαλέγεσθαι τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα:* genetivus qui partitivus dicitur obiecti vice fungitur, cf. 13, 360 b *τῶν Πυθαγορείων πέμπω σοι,* Pol. 6, 485 b *ὃ ἂν αὐτοῖς δηλοῖ ἐκεῖνης τῆς οὐσίας,* ib. 4, 445 e *οὔτε γὰρ ἂν πλελους οὔτε εἰς ἐγγενόμενοι κινήσειεν ἂν τῶν ἀξίων λόγου νόμων τῆς πόλεως,* Gorg. 514 a *δημοσίᾳ πράξοντες τῶν πολιτικῶν πραγμάτων,* Leg. 10, 906 d *ἂν αὐτοῖς τῶν ἀδικημάτων τις ἀπονέμη,* Xenoph. An. 4, 5, 22 *πέμπει τῶν ἐκ τῆς κόμης,* Lysiae or. 21, 15 *ὑμῖν προσήκει τῶν ὑμετέρων ἐμοὶ διδόναι.* Quæ cum ita sint, Wilamowitzii opinio censentis aut *διαλέγεσθαι τούτων περὶ* aut *διαλέγεσθαι τὰ τοιαῦτα* legendum esse parum mihi probatur.
- 5 *οὔτε ἄλλως ἐστὶν ἀφνής:* praesens huius enuntiati tempus haud videtur silentio esse praetereundum. Et hic et aliis huius epistulae locis apparet Platonem tum placatiore in Dionysium fuisse animo quam post ipsum e tertio itinere Siciliensi reditum; etiam 339 e et 340 a cum laude de Dionysio loquitur.
- e 1 *οὐδὲν ἀκηκώς:* vox «nihil» non est premenda, cum ex aliis locis satis appareat Dionysium ante Dionem expulsus Platonem audivisse multaue ab eo didicisse, v. 13, 360 b; epistula 13. et 2. multa continent quibus demonstratur Platoni contigisse ut Dionysii animum ad philosophiae studium excitaret.

διεξήλθομεν ἐν τοῖς ἄνω ῥηθείαισιν νυνδὴ λόγοις: refertur ad 3
330 a sq., 333 c.

ἐπειδὴ δ' οὖν οἴκαδε ἐσώθην: enuntiatum oppositum ei 4
quod praecedit *ὄτ' ἐπεδήμουν ἐγώ.*

καθάπερ εἶπον νυνδὴ: refertur ad 338 c. 5

τῆς φύσεώς τε καὶ ἕξεως: cf. Leg. 1, 650 b *τὰς φύσεις τε* 339 a 1
καὶ ἕξεις τῶν ψυχῶν.

τῆς διαίτης ἔμπειρος γεγινώς: v. annot. ad 331 d 6.

καταφρονήσει τῆς ἐμῆς φιλοσοφίας: philosophiae Platonicae 4
res agitur cum 340 b sq. ostenditur quantum laboris suscipien-
dum esse Plato putaverit et Dionysio et quicumque philosophiam
capessere conaretur.

τρίτον: de invitatione, non de triremi: prima erat ea invi- 5
tatio qua accepta Plato secundum iter Siciliense suscepit, se-
cundam invitationem abnuit. Etiam 3, 317 b Plato mentionem
facit illius triremis; ex illo loco apparet triremem esse missam
unum post annum quam Plato priorem invitationem abnuerat.

Ἄρχέδημον: v. annot. ad 2, 310 b 4. 6

ὡς θανμαστὸν ὅσον Διονύσιος ἐπιδεδωκώς εἶη πρὸς φιλο- b 2
σοφίαν: cf. Theaet. 150 d *οἱ δ' ἐμοὶ συγγινόμενοι . . . φαίνον-*
ται . . . θανμαστὸν ὅσον ἐπιδιδόντες, per ironiam 7, 325 d *τά τε*
τῶν νόμων γράμματα καὶ ἔδη διεφθίρειτο καὶ ἐπεδίδου θαν-
μαστὸν ὅσον.

ἐπιστολήν: de eadem epistula v. 3, 317 b. 3

πρὸς γὰρ δὴ πάντα ταῦτα ἦν παρεσκευασμένην τὴν ἀρχὴν 5
ἔχουσα ἢ ἐπιστολή, τῆδὲ πη φράζουσα: Burnet et omnes quan-
tum scio editores scribunt *παρεσκευασμένη;* lectionem *φράζουσα*
a Burnetio acceptam Bertheau Blassium secutus, Wilamowitz
(Platon II p. 409) Howald Souilhé Hieronymo Müller praecedente in *φράζουσαν* mutant; quae correctio quamquam et sententiae et arti grammaticae satis facit tamen supervacua videtur esse cum alio modo locus sanari possit. Equidem puto restituendam esse lectionem *παρεσκευασμένην* ab omnibus fere neglectam, quam Bekkeri cod. Ω (= O) exhibet puncto super ν positum quam eandem Richards fortasse ex coniectura proposuit; lectione codicum *φράζουσα* servata existit verborum conformatio ἢ ἐπιστολῆ ἦν ἔχουσα τὴν ἀρχὴν παρεσκευασμένην πρὸς

πάντα ταῦτα, τῆδέ πη φράζουσα. Periphrasticis quae dicuntur structuris ut est ἦν ἔχουσα Plato cum in dialogis tum in Epistulis uti solet, cf. 346 d *πρῶτος δ' ἦν τῆς βουλῆς ἡγούμενος ὁδε λόγος*, 347 e *ταύτη μοι βεβοηθημένον ἐγεγόνει φιλοσοφία καὶ φίλοις*, Phaedr. 245 e *εἰ δ' ἔστιν τοῦτο οὕτως ἔχον*; de talibus verbi *συμβαίνειν* cum participio aut infinitivo coniunctionibus v. annot. ad 327 c 5. Enuntiatum si hoc modo legitur sententiam habet paulo immutatam, cum solum initium epistulae ad Dionem pertinuisse dicatur; quod congruit cum 3, 317 b ubi de eadem epistula legitur *τῶν δ' ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς γραμμάτων ἤρχεν ὡς* quae sequuntur. Etiam c 1 Plato commemorat Dionysium ipso epistulae initio de Dione scripsisse, v. *οὐδὲν τὸ μετὰ τοῦτο εἶπεν πρότερον ἢ ὡς* quae sequuntur.

- c 5 *οὐδὲν σοι τῶν περὶ Δίωνα ἔξει πραγμάτων... κατὰ νοῦν γιγνώμενα*: κατὰ νοῦν γιγνώμενα coniungendum est cum verbo intransitivo *ἔξει* eodem modo quo cum eo coniunguntur adverbia *καλῶς οὕτως* alia. Saepius in tali verborum conformatione verbum *εἶσι* occurrit, velut Phil. 39 c *ἢ τοῦτο οὐκ ἔστι γιγνώμενον παρ' ἡμῖν*; Parm. 152 b *ὅταν κατὰ τὸν νῦν χρόνον ἢ γιγνώμενον*, Theaet. 208 e *αὐτοῦ ἐπιστήμων γεγονῶς ἔσται*; v. et annot. ad 327 c 5 de verbo *συμβαίνει* cum participio praedicativo coniungendo. Pluralis *γιγνώμενα* subiecto *οὐδὲν* antecedente offensionem quandam habet; quam ob rem Stephanus et post eum Hermann hanc vocem in *γιγνώμενον* mutaverunt, Wilamowitz, Platon II 409, delere maluit. Equidem puto *γιγνώμενα* ea re explicari posse quod subiectum negativum *οὐδὲν* positivo *τὰ περὶ Δίωνα πράγματα* cogitatione repressum est.
- 7 *λεγόμενα*: eodem modo quo adiectivum *μακρὰ* cum *ἂν εἴη* coniungendum; de tali participii coniunctione v. annotationem quae praecedit.
- d 1 *ἐπιστολαὶ... ἄλλαι*: nervosius dicitur 3, 317 b *αἰσχύνομαι δὴ λέγειν ὅσαι τότε ἐπιστολαὶ παρὰ σοῦ καὶ παρ' ἄλλων ἤλθον διὰ σέ ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας*.
- 3 *τὴν πρὸς Διονύσιον αὐτοῖς γενομένην φιλίαν δι' ἐμοῦ*: de hac amicitia comparata v. 338 c sq.
- 4 *διαβαλοῖην*: verbum *διαβάλλειν* cum obiecto *φιλίαν* coniunctum propriam disiciendi i. e. disiungendi significationem

retinet, cf. Conv. 222 c *ἐμὲ καὶ Ἀγάθωνα διαβάλλειν*, Pol. 4, 498 c *μὴ διάβαλλε*. . . *ἐμὲ καὶ Θρασύμαχον*.

καὶ πάλιν ὁ λόγος ἦκεν ὁ αὐτός: haec sententia iis quae e 1
praecedunt adiuncta atque etiam ea genetivo absoluto profere-
nda formam enuntiati ex se ipso apti accepit; v. quae de tali
sciunctione quam appellat exponit Luise Reinhard, Die Ana-
koluthe bei Platon p. 65. Voce *πάλιν* significatur eadem re
Platonem iam antea esse commotum; quod erat ante prius
iter ad Dionysium Minorem susceptum quo tempore se veritum
esse scribit 328 c *προσοῦναι*. . . *τὴν Δίωνος ξενίαν τε καὶ ἐται-
ρίαν ἐν κινδύνοις ὄντως γεγυότος οὐ σμικροῖς*.

αὐτῷ δέ μοι ὑπήν: cum *ὑπήν* cf. Phaedr. 251 a *καὶ τι τῶν* 3
τότε ὑπήλθεν αὐτὸν δειμάτων. Plato cogitatione ad idem per-
venit quod ei per litteras Archytas amicique Tarentini nuntia-
bant (339 d).

τοῦ βελτίστου βίου: = philosophiae, v. annot. ad 328 a 4. De 5
adulescentum philosophiae amore simili modo scribit 338 b sq.

δοπιτέρως ποτὲ ἄρα σχῆ: *σχῆ* scribo secundum O²; AO *σχέ*,
Burnet *ἔχοι*. Coniunctivo *σχῆ* in hac interrogatione indirecta
deliberatio quaedam subiecti exprimitur; verbi subiectum Dio-
nysium esse puto.

τὸν αἴτιον: v. annotationem quae sequitur. 6

εἵπερ ὄντως εἶη τῷ ταῦτα λελεγμένα: *ταῦτα* puto significare 340 a 1
sermone eorum qui dicebant Platonem prae inertia non studere
philosophia ad bene faciendum uti; talia Platoni iam ante prius
iter susceptum in mentem venerunt, v. 328 c *αἰσχυνόμενος μὲν
ἐμαντιὸν τὸ μέγιστον, μὴ ὀδῆσαιμί ποτε ἐμαντιῶ παντάπασι λόγος
μόνον ἀτεχνῶς εἶναι τις, ἔργου δὲ οὐδενὸς ἂν ποτε ἐκὼν ἀνθά-
ψασθαι*. Simili modo 328 e Dionem fingit monentem philo-
sophiam prodi nisi in Syracusas venerit et 329 b affirmat suo
adventu philosophiae famam incolumem esse redditam: *ἐλθῶν
τε ἐμαντιὸν ἤλευθέρωσα Διὸς ξενίου καὶ τῆς φιλοσόφου ἀνέγ-
κλητον μοίρας παρέσχον, ἐπονειδίστον γενομένης ἂν, εἴ τι κατα-
μαλθακισθεῖς καὶ ἀποδειλιῶν αἰσχύνης μετέσχον κακῆς*.

κατακαλυψάμενος: spectat morem quo ii qui vehementi do- 2
lore aut pudore affecti erant, capita sua obvolvebant; iusta-
rum eundi causarum deliberatio ei erat *κάλυμμα*; cf. Phaedr.

243 b *γυμνῇ τῇ κεφαλῇ καὶ οὐχ ὥσπερ τότε ὑπ' αἰσχύνης ἐγυε-
καλυμμένος.*

- 4 *τὸ τρίτον τῷ σωτήρι:* coniungendum est cum *ἐλθών*. De hac dictione v. annot. ad 334 d 6.

τοῦτό γε οὖν ἐπραξα ὄντως: *τοῦτο* de salute sua dicit voce *σωτήρι* significata.

- 5 *Διονυσίῳ χάριν εἶδέναι χρεών:* *χρεών* pro *χρή* apud Platone non occurrit nisi in posterioribus scriptis; frequentiae numeri sunt Soph. 1, Politic. 1, Tim. 3, Criti. 2, Leg. 57 (v. C. Ritter, Platon I p. 236 sq.); in epistulis praeter hunc locum invenitur *χρεών* etiam 8, 353 d. Gratum se erga Dionysium animum habere Plato etiam Dioni confessus est cum expeditionis eius societatem abnuit, v. 350 c.

- 7 *τῶν περὶ ἐμὲ πραγμάτων:* v. annot. ad 3, 316 c 6.

- b 2 *ἐξημμένος ὑπὸ φιλοσοφίας ὥσπερ πυρός:* eadem translatione dicitur Pol. 6, 498 a sq. de levibus philosophiae cultoribus *πρὸς δὲ τὸ γῆρας ἐκτὸς δὴ τινῶν ὀλίγων ἀποσβέννυνται πολὺ μᾶλλον τοῦ Ἡρακλειτείου ἡλίου, ὅσον ἀδίδις οὐκ ἐξάπτονται.* Cf. 341 c *οἷον ἀπὸ πυρὸς πηδῆσαντος ἐξαφθὲν φῶς.*

παρακουσμάτων: v. annot. ad 338 d 2.

- 7 *δι' ὧν πραγμάτων:* cf. Prot. 341 d ὃ ἂν μὴ ῥάδιον ἦ ἀλλὰ διὰ πολλῶν πραγμάτων γίνηται.

- c 2 *οἰκεῖός τε καὶ ἄξιός τοῦ πράγματος:* hominis cum philosophia cognationem ad recte philosophandum esse necessariam demonstratur Pol. 6, 495 b sq., ubi Socrates ostendit philosophiam ab iis deseri qui ei cognatione proximi sint, expeti ab alienis atque indignis (*ἀνάξιοι*). Sine dubio Plato Atticorum morem spectat, quo mulier heres, quae nec patrem nec fratrem neque avum vivum haberet et ob eam causam *ἐπίκληρος* esset, ab eo qui cum eius patre proxima propinquitate coniunctus erat (*ἀγχιστεύς*), uxor ducebatur; simili modo de eadem re praescribitur ab ipso Platone Leg. 11, 924 c sq., v. praecipue 925 b de vocabulis *συγγενής . . . ἐκτὸς γένους*. Verbis ad hunc modum translatis de homine philosophiam capessente loqui Platoni est usitatissimum, cf. Pol. 6, 490 a sq., ubi ostenditur animum philosophiae cognatum, cum eo quod est (*τὸ ὄν*) consuescentem, gignere rationem et veritatem. De origine huiusmodi cognationis v. an-

notationem quae sequitur. Aliam videtur habere originem similis translatio quae est infra 344 a 2; de illa v. annotationem ad illum locum, in qua alii eiusmodi loci afferuntur.

θεϊος: »divinus« i. e. a deo ortus, qua in origine illam cognationem de qua v. annotationem quae praecedit constare apparet.

συντείνας αὐτός τε καὶ τὸν ἡγούμενον τὴν δδόν, οὐκ ἀνίησιν: 4
verbum *συντείνας* hic transitivum est, cf. Euthyphr. 12 a *σύντεινεσαν τὸν*, etiamsi subiectum *αὐτός*, non obiectum *αὐτόν* expressum invenitur; quae res saepius apud infinitivum cum accusativo coniunctum occurrit, velut Thuc. 4, 28 (*Κλέων*) *οὐκ ἔφη αὐτός, ἀλλ' ἐκείνον στρατηγεῖν*. Lectionem *αὐτός* quam AO exhibent, recte a Burnetio praeferrī puto lectioni *αὐτόν* quam Souilhé ex cod. V aliisque codibus recentioribus receptam scribere maluit.

πρὶν ἂν . . . τέλος ἐπιθῆ: simili modo eius qui re vera philosophus futurus est constantia describitur Pol. 6, 490 a sq. *ὅτι πρὸς τὸ ὄν πεφυκῶς εἶη ἀμιλλᾶσθαι ὃ γε ὄντως φιλομαθῆς, καὶ οὐκ ἐπιμένοιο ἐπὶ τοῖς δοξαζομένοις εἶναι πολλοῖς ἐκάστοις, ἀλλ' ἴοι καὶ οὐκ ἀμβλύνοιο οὐδ' ἀπολήγοιο τοῦ ἔρωτος, πρὶν αὐτοῦ ὃ ἔστιν ἐκάστοιο τῆς φύσεως ἄφασθαι*.

ποδηγεῖν: haec vox praeter hunc locum occurrit etiam Leg. 6 10, 899 a.

ταύτη καὶ κατὰ ταῦτα: haec verborum conformatio occurrit etiam Leg. 10, 889 c, 11, 929 c. d 1

τροφῆς τῆς καθ' ἡμέραν: idem 340 e *δίαίτια ἢ καθ' ἡμέραν*, 3 11, 359 a *τῆς καθ' ἡμέραν διαίτης*, Menex. 238 b *πρὸς . . . τὴν καθ' ἡμέραν διαίταν*, Leg. 6, 762 e *τῆς καθ' ἡμέραν διαίτης*; cf. Pol. 3, 408 a *ἄνδρας . . . κοσμίους ἐν διαίτη*. Quod Plato philosophiam non solum doctrinam sed vitae quoddam genus esse censebat, v. 328 a 4 et annot.; quod Dionysii vita ad temperantiam revocanda erat, v. 331 d 6 et annot.

ἐν αὐτῷ νήφοντα: ἐν αὐτῷ = ἐν τῇ ψυχῇ; eodem modo 4 sobrietatis nomen transfertur Phil. 61 c *καὶ μὴν καθάπερ ἡμῖν οἰνοχόοις τισὶ παρεστᾶσι κρῆναι — μέλιτος μὲν ἂν ἀπεικάζοιμις τὴν τῆς ἡδονῆς, τὴν δὲ τῆς φρονήσεως νηφανικὴν καὶ ἄοινον αὐστηροῦ καὶ ὕγεινοῦ ἵνος ὕδατος*, Leg. 11, 918 d

σμικρὸν γένος ἀνθρώπων . . . νήφει. Tamen cum Dionysium proprio sensu non satis sobrium fuisse constet, v. annot. ad 331 d 6, ambiguitatem quandam in voce νήφοντα inesse existimo. Participium νήφοντα non eodem ordine positum est quo adiectiva εὐμαθῆ μνήμονα (λογίζεσθαι) δυνατόν, sed eorum tamquam condicionem exprimit. Simili modo Pol. 6, 487 a postulatur, ut sit qui ad philosophiam accedat μνήμων, εὐμαθής, μεγαλοπρεπής, εὐχαρις, φίλος τε καὶ συγγενῆς ἀληθείας, δικαιοσύνης, ἀνδρείας, σωφροσύνης; cf. infra 344 a.

6 ὑπὸ τῶν ἡλίων: pluralis ἡλιοι de solis calore etiam c. g. Thuc. 7, 87 ἐν γὰρ κοίλῳ χωρίῳ ὄντας καὶ ὀλίγῳ πολλοὺς οἱ τε ἡλιοι τὸ πρῶτον καὶ πνίγος ἔτι ἐλύπει διὰ τὸ ἀστέγαστον.

e 1 δίαίτα ἢ καθ' ἡμέραν . . . ἡ κοσμία: v. annot. ad d 3.

341 a 2 οὐδὲν ἔτι δέονται τινῶν πραγμάτων: Richards desiderat vel καινῶν vel μειζόνων, mea quidem sententia falso, praesertim cum δέονται cum ἔτι coniunctum idem quod προσδέονται significet; cf. Pol. 1, 342 a ἢ ἄλλη τις τέχνη ἔσθ' ὅτι προσδεῖται τινος ἀρετῆς. Quas causas habere potuerit Dionysius cur in philosophiae studio non perseveraret v. infra b et 345 a sq.

4 ὡς μηδέποτε βαλεῖν ἐν αἰτία τὸν δεικνύντα: poetarum dictio, cf. Soph. O. R. 656 sq. τὸν ἐναγῆ φίλον μήποι' ἐν αἰτία σὺν ἀφανεῖ λόγῳ σ' ἄτιμον βαλεῖν. Infinitivi cum ὡς coniuncti usus qui dicitur consecutivus in sermone Attico haud ita frequens est; tamen cf. e. g. Prot. 330 e, Pol. 2, 365 d.

b 1 πάντα . . . οὐτ' ἐγὼ διεξῆλθον: πάντα non significat quae supra b sq. enumerata sunt ὅτι ἔστι πᾶν τὸ πρᾶγμα οἶδόν τε καὶ οἶ' ὄσων πραγμάτων καὶ ὄσον πόνον ἔχει, sed ea omnia spectat de quibus Plato disputabat; quae ipse infra c 1 verbis περὶ ὧν ἐγὼ σπουδάξω exprimit.

3 διὰ τὰς ὑπὸ τῶν ἄλλων παρακοάς: i. e. de aliis qui Platonem audiverant, v. infra c 2 et 345 b sq.

4 περὶ ὧν τότε ἤκουσε: τότε referendum est ad τὰς ὑπὸ τῶν ἄλλων παρακοάς, nam ea de quibus Dionysius scripsit, philosophiae summa et prima (v. 344 d περὶ φύσεως ἀκρῶν καὶ πρώτων), a Platone ipso Dionysii animum temptante non tractabantur, v. annot. ad 345 a 2.

συνθέντα ὡς αὐτοῦ τέχνην: per ironiam dicitur, nam si quae Plato de philosophia sentiebat spectamus, apparet eum non credidisse ullam philosophiae artem scribi posse.

οἶδα δὲ οὐδὲν τούτων: οἶδα opponitur verbo ἀκούω (γεγραφέ- 5
ναι αὐτόν quae sequuntur), cf. 4, 321 b ὡς ἡμεῖς πολλὰ ἀκούοντες
οὐδὲν ἴσμεν. . . πολλὰ ἀκούοντες περὶ τῶν τῆδε οὐδὲν ἴσμεν.

οἷτινες δέ, οὐδ' αὐτοὶ αὐτούς: variis modis explicatur dum 6
alii οἷτινες δέ enuntiatum interrogativum alii relativum esse
existimant; e numero illorum est Wilamowitz, Platon II p. 291,
horum causam maxime Howald in annotatione ad hunc locum
addita defendit. Wilamowitz loci sententiam hanc esse putat:
οἷτινες δὲ οὐκ οἶδα οὐδ' αὐτοὶ αὐτούς ἴσασιν atque hoc modo
interpretandam: »Aber (μέν<τοι>) andere haben, wie ich weiss,
gerade über dies geschrieben; wer und was sie sind — sie wissen's
selber nicht«; ellipsin existere non facilem, qua et contemptus
et irrisio depingatur. Hoc modo huius loci sententiam intellegunt
et L. A. Post »but who they are they know not themselves«
qui addit illud »nosce te ipsum« hic significari, et Souilhé »D'autres,
je ne l'ignore pas, ont écrit sur ces mêmes matières. Mais qui?
Ils ne le pourraient dire eux-mêmes«, qui non videtur ullam
sui ipsius cognitionem verbo εἰδέναι hic exprimi putare. Howaldii
explicatio nititur opinione hoc enuntiatum ei quod praecedit
opponi; cum in illo de Dionysio aliorum sapientiam compilante
narretur, hoc quod tali furto sit contrarium contineri: »von andern
weiss ich, dass sie über die gleichen Dinge geschrieben haben;
alle aber, die das taten, haben wenigstens nicht sich selber als
Autoren bezeichnet«. Secundum Howaldium οἷτινες δέ enuntiatum
relativum est praedicato (ἔγραψαν) carens; οὐδέ in οἷ γε
mutandum est. Etiam Apelt οἷτινες pronomen relativum esse
putat, sed omnibus illis οἷτινες δὲ οὐδ' αὐτοὶ αὐτούς in unum
enuntiatum coniunctis vertit »Gewisse andere Leute haben
allerdings, wie ich weiss, über eben diese Gegenstände geschrieben,
doch wissen sie selbst nicht über sich Bescheid«, quod est,
ut Apelt in annotatione addit, »sie bewegen sich in den Bahnen
der Schriftstellerei wie eine Art Nachtwandler«. Quae Apeltii
interpretatio — si alia missa facimus — proprium particulae
δέ usum prorsus neglegere mihi quidem videtur.

Longum est exponere quibus de causis nulla harum explicationum probata aliam meliorem invenire studuerim. Priusquam de ea expono commemorandum esse censeo, quod postea cognovi, meam explicationem cum interpretatione Guilelmi Andreae congruere: »Doch einige andere kenne ich, die über dasselbe geschrieben haben, doch wer immer es tat, kannte nicht einmal sich selbst«. Equidem puto verba *ὄτινες δέ* enuntiatum esse praedicato (*εἰσὶν* <sc.> *οἱ γεγραφότες*) carens »quicumque autem sunt qui haec scripserunt«. Pronomine *δοτις* etiam aliis locis Plato significat sua non interesse id de quo agatur certiore quodam modo designari, velut infra 347 d *γελοῖον εἶναι ὅτι λέγειν ἔτι*, 11, 359 a *ὑπὸ νόμων θέσεως καὶ ὄντινων*, Phaedr. 273 c *δεινῶς γ' ἔοικεν ἀποκεκρυμμένην τέχνην ἀνευρεῖν ὁ Τεισίας ἢ ἄλλος δοτις δὴ ποτ' ὄν τυγχάνει καὶ ὀπόθεν χαίρει ὀνομαζόμενος*, Pol. 3, 416 c *τῆς ὀρθῆς τυχεῖν παιδείας ἥτις ποτέ ἐστιν*. Cf. Aristoph. Vesp. 1406 sq. *προσκαλοῦμαι σ' ὄστις εἰ πρὸς τοὺς ἀγορανόμους*. Ad ea quae sequuntur *οὐδ' αὐτοὶ αὐτούς* suppleo *ἴσασι* atque verto »ne se ipsos quidem noverunt«, i. e. »ne id quidem intellegunt qui ipsi sint, quo magis a mea philosophia scriptis tractanda manus eos abstinere aequum erat«. Dictio »se ipsum non novisse« usitata videtur fuisse de errantibus et mente captis, cf. Epin. 988 b *πάντων γὰρ ἀφρονέστατον ἂν εἴη τοῦτο ἀγνοοῦν· τὸ λεγόμενον γὰρ ἂν ὄντως αὐτὸ αὐτὸ ἀγνοοῖ, χαλεπαῖνον τῶ ὀνναμένῳ μανθάνειν*. Ad locum de quo agimus proxime accedit Phaedr. 228 a *ὦ Φαῖδρε, εἰ ἐγὼ Φαῖδρον ἀγνοῶ, καὶ ἐμαντοῦ ἐπιλέλησμαι*. Contra »se ipsum novisse« prudentis est atque sapientis; illud *γνώθι σαυτόν* apud Graecos praeclarum etiam Romanis non fuisse ignotum ostenditur Plaut. Pseud. 973 »nam in foro vix decumus quisque est, qui ipse sese noverit«. Gravior sane atque efficacior existit dictio quam quae Men. 99 c invenitur (*οἱ χρησιμφοδοὶ τε καὶ οἱ θεομάντεις ἐνθουσιῶντες λέγουσιν μὲν ἀληθῆ καὶ πολλὰ, ἴσασι δὲ οὐδὲν ὄν λέγουσιν*).

Pluribus verbis perstringitur a Platone quicumque aliquid *τῶν περὶ φύσεως ἄκρων καὶ πρώτων* scripsit infra 344 d sq.: sive minor Dionysio fuerit sive maior, Platonis esse iudicium eum nihil sani neque audivisse neque didicisse de rebus de quibus scripserit; si audivisset vel didicisset, proinde ac Plato eas plurimi

fuisse aestimaturum neque inconcinno et indecenti modo ausurum fuisse eas emittere; non scripsisse eum commentarios memoriae gratia, cum facillime memoria teneri possint si quis ea semel animo comprehenderit, sed prava gloriae cupiditate ductum; ob eam rem non fuisse eum dignum qui Platonem audiret. Quamquam quae sequuntur Dionysium solum spectant, haec sine dubio etiam de iis dicuntur, qui loco de quo agimus verbis *ἄλλοι ἑνὲς* significantur.

Quinam sunt ii, quos Plato de summa philosophia scripsisse scit, quorum nomina non affert, quos quid ipse de iis rebus vere sentiat ignorare demonstrat? Platonis eos auditores fuisse ex iis quae 341 c sequuntur (*εἶτ' ἐμοῦ ἀκηκούτες εἶτ' ἄλλων εἶθ' ὡς ἐδρόντες αὐτοί*) apparet. In hac quaestione solvenda nonnihil proficere nobis videmur, si hunc locum cum loco 2, 314 b sq. de quo in annot. ad 2, 314 c 2 exposuimus, in uno conspectu ponimus. Utrumque hunc locum spectantibus nobis apparet a Platone reprehendi quendam (ep. 2) aut quosdam (ep. 7) qui eo invito scripserint de re de qua ipse non ille quidem scripsit, sed praesentibus auditoribus disputavit; reprehendit eos propterea quod de ea re scribi noluerit, dum credit eam ne oratione quidem nedum scripto pro dignitate exponi multitudinique tradi posse, v. 7, 341 d sq.

Iam videamus num reperiri possit ad quem Platonis reprehensio pertineat. Simplicius in commentariis quos in Aristotelis Physica scripsit commemorat Platonis de bono acroasin a quibusdam qui audiverant obscure litteris esse consignatam; ibi quae Plato de prima omnium natura sentiebat contineri. Praeter Aristotelem appellantur a Simplicio Speusippus, Xenocrates, Heraclides, Hestiaeus, alii. V. Simpl. in Phys. 9, 151, 6 Boruss. Diels (= Aristotelis fragm. 28 Rose) *λέγει δὲ ὁ Ἀλέξανδρος, δι „κατὰ Πλάτωνα πάντων ἀρχαὶ καὶ αὐτῶν τῶν ἰδεῶν τό τε ἐν ἐστὶ καὶ ἡ ἀόριστος δυνάς, ἣν μέγα καὶ μικρὸν ἔλεγεν, ὡς καὶ ἐν τοῖς Περὶ τάγαθοῦ Ἀριστοτέλης μνημονεύει“*. *λάβοι δὲ ἂν τις καὶ παρὰ Σπευσίππου καὶ παρὰ Ξενοκράτους καὶ τῶν ἄλλων, οἱ παρεγένοντο ἐν τῇ Περὶ τάγαθοῦ Πλάτωνος ἀκροάσει· πάντες γὰρ συνέγραψαν καὶ διεσώσαντο τὴν δόξαν αὐτοῦ καὶ ταύταις αὐτὸν ἀρχαῖς χρῆσθαι λέγουσι*. Id. ib. 453, 25 (= Rose ib.) *ἐν*

τοῖς περὶ τὰγαθοῦ λόγοις, οἷς ὁ Ἀριστοτέλης καὶ Ἡρακλείδης καὶ Ἐστωιαῖος καὶ ἄλλοι τοῦ Πλάτωνος ἑταῖροι παραγεγνημένοι ἀνεγράψαντο τὰ ῥηθέντα αἰνιγματωδῶς ὡς ἐρρήθη.

Aristotelem Platonicas et Pythagoricas de iis quae sunt eorumque principiis opiniones exposuisse memoriae prodidit Simplicius etiam in De an. 11, 28, 7 Boruss. Hayduck; idem refert Ioannes Philoponus in De an. 15, 75, 36 Boruss. Hayduck (= Rose l. l. p. 40): *ἱστορεῖ οὖν ἐκεῖ τὴν Πλάτωνος καὶ τῶν Πυθαγορείων περὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν ἀρχῶν αὐτῶν δόξαν.* Pythagoricae quae hic vocantur opiniones fortasse eadem erant quae Plato ipse de bono disseruit numerorum doctrina adhibita; quod iudicare licet ex iis quae Aristoxenus Harm. Elem. 2, p. 30 Meib. de illa acroasi commemorat: *καθάπερ Ἀριστοτέλης αἰεὶ διηγείτο, τοὺς πλείστους τῶν ἀκουσάντων παρὰ Πλάτωνος τὴν περὶ τὰγαθοῦ ἀκρόασιν παθεῖν· προσιέναι μὲν γὰρ ἕκαστον ὑπολαμβάνοντα λήψεσθαι τι τῶν νομιζομένων ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν· ὅτε δὲ φανεῖσθαι οἱ λόγοι περὶ μαθημάτων καὶ ἀριθμῶν καὶ γεωμετρίας καὶ ἀστρολογίας, καὶ τὸ πέρασ, ὅτι ἀγαθόν ἐστὶν ἓν, παντελῶς οἶμαι παράδοξόν τι ἐφαίνετο αὐτοῖς.*

Haec omnia ad Platonis de bono acroasin pertinent. Etiam alius Platonis auditor de vita et doctrina magistri scripsisse fertur, Hermodorus Syracusanus, qui in proverbium venit dum Platonis sermones venditat, v. annot. ad 2, 313 e. Cuius de Platone scriptum commemorat Dercyllides apud Simplicium in Phys. p. 247, 33 et 256, 32 Diels citatque eius locum quo exponuntur quae Plato de materia deque primis causis disseruit.

Habemus notitiam Platonis auditorum qui de eius intima philosophia scripserunt; quorum alii nominantur alii nomine omisso illis adnumerantur. Non dubito quin alibi non sint quaerendi ii, quos Plato utroque epistularum loco perstringit. Reprehensio certe non solum ad anonymos illos sed etiam ad nobiles in philosophia viros pertinet: Aristotelem, Speusippum, Xenocratem, Heraclidem, Hestiaeum, Hermodorum. Consentaneum est in priore epistula Platonem unius ex iis mentionem facere, in posteriore plurium; temporis ratione computata ostenditur et acroasin illam ipsam quam de bono Plato habuit et »alterius illius Socratis« scriptionem ante secundae epistulae tempus i. e. ante

a. 363 esse ponendam, de ceterorum libris post id tempus et ante a. 352, quo scripta est epistula septima, Platonem esse certiorum factum.

Restat, ut inquiramus quisnam is fuerit quem Plato 2, 314 c 4 »alterum Socratem« appellet. Comparantibus nobis quae de unoquoque eorum quos diximus viros memoriae sunt prodita Heraclides ille Ponticus potissimum videtur esse quem Plato illo cognomine significet. Etenim fuit vir et philosophia et iactantia notabilis, v. Diog. Laert. 5, 86. Quod ab eius moribus non abhorrebat sua scripta aliorum nominibus inscriptis ornare, ostenditur eo quod Aristoxenus commemoravit eum etiam tragoedias scripsisse scriptasque ad Thespidem auctorem rettulisse, v. Diog. Laert. 5, 92. Hanc de Heraclide coniecturam facere non auderem nisi mihi persuasum esset in tam dubiis quaestionibus non solum verum sed etiam quod veri simile sit invenire alicuius esse momenti.

περι ὧν ἐγὼ σπουδάζω: verbum *σπουδάζω* premitur »ad c 1 quae ego serium confero studium«, cf. 344 c *τῶν ὄντων σπουδαίων πέρι*.

εἰτ' ἐμοῦ ἀκηκοότες εἴτ' ἄλλων εἶδ' ὡς εὐρόντες αὐτοί: quod 2 hic nullam facit mentionem suam de summa philosophia doctrinam in scriptis suis potuisse legi, illustratur enuntiato quod sequitur *οὐκ οὐν ἐμὸν γε περὶ αὐτῶν ἔστιν σύγγραμμα οὐδὲ μίποτε γένηται*.

περὶ αὐτῶν: adiunctio haud neglegenda, v. annot. ad 2, 314 c 2 init.; de eadem re dicitur infra d 6 *τὴν φύσιν εἰς φῶς παῖσιν προαγαγεῖν*.

ῥητὸν γὰρ οὐδαμῶς ἔστιν: »verbis exprimi non possunt«, non 5 »verbis ea exprimi non licet«; quae cur ita sint explicatur infra longa de cognitione digressionem 342 a — 344 d. Eusebius, Praep. evang. 11, 12 falso hunc locum affert quo demonstraretur Platonem aequae ac Moysen prophetasque Hebraeos non plane de divino (*τὸ θεῖον*) docere; v. annot. ad 2, 314 b 7.

ἐκ πολλῆς συνουσίας: de dictione cf. Gorg. 461 b *οὐκ ὀλίγησιν συνουσίαις ἐστίν*, Leg. 12, 968 c *διδαχὴ μετὰ συνουσίας πολλῆς*. Eadem res repetitur infra 344 b *μετὰ τριβῆς πάσης καὶ χρόνου πολλοῦ*.

d 1 *οἷον ἀπὸ πυρός πηδήσαντος ἐξαφθὲν φῶς*: eodem modo rei cognitio describitur Gorg. 484 a sq. *καὶ ἐνταῦθα ἐξέλαμψεν τὸ τῆς φύσεως δίκαιον*. De homine eadem dictione utitur supra 340 b *πότερον ὄντως εἴη Διονύσιος ἐξημμένος ὑπὸ φιλοσοφίας ὥσπερ πυρός*. V. etiam 344 b et annot.

2 *αὐτὸ ἑαυτὸ ἦδη τρέφει*: cuius animus summa cognitione tamquam illuminatus est, nulla aliorum institutione egens omnia per se ipse intellegit; cf. Heracliti (Diels, Vors. 1, frg. 115) de logo quem dicit sententiam se ipsum augente: *ψυχῆς ἐστὶ λόγος ἑαυτὸν αὔξων*.

βέλτιστ' ἂν λεχθῆιη: non vana de se praedicatio, sed iusta sui fiducia, cum re vera nemo Platone melius ea quae Plato de rerum natura cognoverat vel scripto vel oratione exponere poterit. Ceterum v. annot. ad 2, 310 d 6.

6 *ἀνθρώποισι*: dativi ionici qui dicuntur in *-οισι* et *-αισι* exeuntes, qui posterioris Platonis dicendi generis sunt proprii, in epistulis occurrunt quinque; eorum numeri sunt secundum Constantinum Ritter, Platon I p. 236 sq., hi: Pol. 6, Phaedr. 3, Politic. 4, Tim. 2, Leg. 85.

τὴν φύσιν εἰς φῶς πᾶσιν προαγαγεῖν: similitudine utitur lucis et caloris, quibus efficitur ut herba germinet et crescat, cf. Crat. 410 d *τὸ . . . τὰ φύόμενα καὶ τὰ γιγνόμενα ἐν μέρει ἕκαστον προάγον εἰς φῶς*. Quod hic voce *φύσιν* significatur, idem 344 d exprimitur verbis *τῶν περὶ φύσεως ἄκρων καὶ πρώτων*. Si spectamus quae sit 342 c circuli »naturae« (*αὐτοῦ τοῦ κύκλου τῆς φύσεως*) notio, apparet naturae vocem idem valere posse quod Plato alibi *τὸ ὄν* (*τὰ ὄντα*) appellat; Pol. 7, 537 c utrumque coniunctum occurrit: *ἡ τοῦ ὄντος φύσις*, cf. Pol. 6, 490 b *πρὶν αὐτοῦ ὃ ἐστὶν ἕκαστον τῆς φύσεως ἄψασθαι*.

e 1 *ἀνθρώποις . . . εἰ μὴ τισιν ὀλίγοις*: notissimum est illud Platonis iudicium quo philosophiam multitudini esse tradendam negabat; cf. Pol. 6, 494 a *φιλόσοφον . . . πλήθος ἀδύνατον εἶναι*. V. quae monet Dionysium 2, 314 a 1 et annot.

τὴν ἐπιχειρήσιν περὶ αὐτῶν λεγομένην: vox *ἐπιχειρήσις* quae idem quod »aggressio, contentio, conatus« (Ast, Lex.) significat, apud Aristotelem de rei expositione dicitur, velut Top. 2, 111 b 12 sq. et 139 b 6 sq. Quae significatio iam apud Platonem

existit aut certe praeparatur, velut Soph. 239 c πολλή μενιῶν με. . . ἔχοι προθυμία τῆς ἐπιχειρήσεως, εἰ σὲ τοιαῦθ' ὄρων πάσχοντα αὐτὸς ἐπιχειροῖην, Leg. 4, 722 d προοίμια καὶ ἀνακινήσεις ἔχουσαι τινα ἔντεχνον ἐπιχείρησιν χρήσιμον πρὸς τὸ μέλλον περαίνεσθαι; nonnullis locis alia voce addita expositionis notio oritur, velut 8, 352 e ἐπιχειρήσεις τοῦ λόγου, Leg. 1, 631 a σοῦ τὴν. . . ἐπιχείρησιν τῆς ἐξηγήσεως περὶ τοὺς νόμους. Ita et loco de quo agimus τὴν ἐπιχείρησιν περὶ αὐτῶν λεγομένην significare puto »expositionem de iis rebus (oratione) factam«, cf. interpretationem Howaldii »die Wiedergabe dieser Forschungen«, Guilelmi Andreae »der Versuch darüber zu reden«, Postii »the attempt to tell mankind of these matters«, non »expositionem quae dicitur« ut Taylor, Mind, 21, 1912, p. 355, vertit »the so-called dialectical exposition« aut Souilhé »d'argumenter là-dessus, comme on dit«. Usus participii hic idem est atque 326 d ἀφροδισίων σπουδᾶς διαπονουμένας, v. et annot.; Bonitzii correctionem γενομένην quam Apelt sequitur (»ein dahin gerichteter Versuch«) et Wilamowitz, Platon II 409, probat, supervacuum esse puto.

ὡς σέμν' ἄττα μεμαθηκότας: cf. Crat. 392 a οὐκ οἶει τοῦτο 5
σεμνὸν τι εἶναι γινῶναι, Pol. 2, 382 b οἶει γὰρ τί με. . . σεμνὸν
λέγειν, Leg. 1, 633 d τῶν σεμνῶν οἰομένων εἶναι. Propriam
adiectivi σεμνός vim cognoscimus si spectamus eius in rebus
mysticis usum; velut Ceres appellari solet σεμνή θεός (Hom.
h. Cer. 1), mysteria ipsa σεμνὰ τέλη (Soph. Oed. C. 1050), σεμνὰ
μουστήρια (Eur. Hipp. 25, hymnus apud Athen. 6, 253 d).

ἐν νῶ μοι γέγονεν: transit ad eam quae sequitur de philo- 342 a 1
sophia digressionem. Etiam his verbis soluta atque immeditata
epistulae compositio proditur.

πολλάκις ὑπ' ἐμοῦ καὶ πρόσθεν δηθεῖς: pertinet ad ea, quae 4
Plato praesentibus auditoribus disseruit.

τρία, τέταρτον. . . πέμπτον: cum hoc πέμπτον idea quae 7
dicitur sit, illa tria et τέταρτον, quae in unum coniuncta e 1 τὰ
τέτταρα appellantur, ea sunt quibus idea tamquam manifestatur;
quorum tria (ὄνομα, λόγος, εἶδωλον) extrinsecus sensibus per-
cipiuntur, quartum (ἐπιστήμη) in animo ipso positum est (c 5 ἐν
ψυχαῖς ἐνόν). Tribus illis externis ideae manifestationibus quar-

tum, scientia (*ἐπιστήμη*), paratur; haec quattuor necessaria sunt, ut quaedam ideae cognitio existat.

- b 1** *ὁ δὴ γνωστόν τε καὶ ἀληθῶς ἐστὶν ὄν*: ἀληθῶς et cum γνωστόν et cum ὄν coniungendum est, ut Pol. 5, 477 a dicitur *ὅτι τὸ μὲν παντελῶς ὄν παντελῶς γνωστόν, μὴ ὄν δὲ μηδαμῆ πάντη ἄγνωστον*.

Ἐν μὲν ὄνομα, δεύτερον δὲ λόγος quae ratio intercedat inter ea quae nomen (*ὄνομα*), definitio (*λόγος*), res ipsa (*οὐσία*) appellentur, docet hospes Atheniensis Cliniam Leg. 10, 895 d sq. dum etiam illud exemplum ponit *ψυχὴν* esse nomen, definitionem autem *ἢ δυναμένη αὐτὴν αὐτὴν κινεῖν κίνησις* (896 a); simulacri et scientiae nulla hic fit mentio. Contra de eo quod non est legitur Parm. 142 a (cf. ib. 164 a sq.) *οὐδ' ἄρα ὄνομα ἐστὶν ἀνίψ (sc. τῷ μὴ ὄντι) οὐδὲ λόγος οὐδέ τις ἐπιστήμη οὐδὲ αἰσθησις οὐδὲ δόξα*; hic quod *αἰσθησις* dicitur ad simulacrum referri apparet. Duo, *λόγος* et *ὄνομα*, coniuncta inveniuntur et Soph. 221 b, Politic. 267 a, 271 c.

- 2** *εἶδωλον*: hac voce etiam aliis locis Plato id significat, quod tamquam ideae imago sensibus percipitur; velut Soph. 239 d, ubi Theaetetus interrogatus, quid *εἶδωλον* esse putet, haec respondet: *δῆλον ὅτι φήσομεν τὰ τε ἐν τοῖς ὕδασι καὶ κατόπτοις εἶδωλα, ἔτι καὶ τὰ γεγραμμένα καὶ τὰ τετυπωμένα καὶ τὰλλα ὅσα πού τοιαῦτ' ἔσθ' ἕτερα*; cf. infra c *τοῖτον δὲ τὸ ζωγραφούμενον τε καὶ ἐξαλειφόμενον καὶ τορνευόμενον καὶ ἀπολλύμενον*; 344 b *εἶδωλα* dicuntur *ὄψεις τε καὶ αἰσθήσεις*. Cf. etiam annot. ad 342 d 3.

περὶ ἓν . . . λαβέ: verbo *λαμβάνειν* Plato saepissime de percipiendi discendo intellegendo utitur; quam ob rem cum *περὶ ἓν* coniungi potest. »Ex consuetudine dialogi scriptor numero utitur singulari« (Bertheau); simili modo *νόησον* in enuntiato quod sequitur.

- 6** *τὸ γὰρ ἐκ τῶν ἐσχάτων ἐπὶ τὸ μέσον ἴσον ἀπέχον πάντη*: cf. similem definitionem Parm. 137 e *στρογγύλον γέ πού ἐστι τοῦτο οὗ ἂν τὰ ἔσχατα πανταχῆ ἀπὸ τοῦ μέσου ἴσον ἀπέχη* et Tim. 33 b *ἐκ μέσου πάντη πρὸς τὰς τελευταῖς ἴσον ἀπέχον*.
- c 3** *τούτων ὡς ἕτερον ὄν*: formas quae in geometria describendo et fingendo conficiantur alias esse atque eas quae comprehendantur cogitatione dicitur et Pol. 6, 510 d sq.

ἐπιστήμη καὶ νοῦς ἀληθείης τε δόξα: cum supra b 2 illud quartum uno nomine *ἐπιστήμη* appelletur, hic tres scientiae (*τῆς ἐπιστήμης*) species distinguuntur, quarum una idem quod totum genus nomen *ἐπιστήμη* habet. Videmus duplicem eiusdem vocis usum, alterum qui ad quintum illud refertur (i. e. *ἐπιστήμη τοῦ πέμπτου*) et ob eam rem relativus appellari potest, alterum absolutum, de una e tribus cognitionis specie; v. praesertim 342 d sq. ubi *ἐπιστήμη τοῦ πέμπτου* tum demum oriri posse dicitur, cum illa quattuor, i. e. etiam triplex illud tertium *νοῦς ἐπιστήμη ἀληθείης δόξα*, comprehensa sint. Relativus vocis *ἐπιστήμη* usus invenitur etiam 343 e *ἢ δὲ διὰ πάντων αὐτῶν διαγωγῆ*. . . *μόγισ ἐπιστήμην ἐνέτεκεν εὖ πεφνκόςτος εὖ πεφνκότη*. Duplex vocis notionisque *ἐπιστήμη* significatio illustratur Parm. 134 a, ubi Parmenides doctrinae de ideis, quam acri iudicio percenset, ita occurrit, ut ostendat ideas ipsas per se atque extra nos esse et solum inter se habere rationem, non ad res pertinere; si autem nulla inter ideas et nos intersit ratio, necesse esse etiam duplicem scientiam distinguere, scientiam ipsam (*ἐπιστήμη αὐτή*), quae ad ideas pertineat, et scientiam humanam (*ἢ παρ' ἡμῶν ἐπιστήμη*), qua res sensibus subiectae comprehendantur. Si hanc distinctionem ad hunc epistulae locum adhibemus, scientia circuli, parata circuli nomine definitione imagine, »humana scientia«, *ἢ παρ' ἡμῶν ἐπιστήμη*, videtur esse, ad quartum illud adnumeranda; at in ea re maximum inter epistulam et Parmenidem discrimen est situm, quod secundum Parmenidem ideae cognosci non queunt, cum in epistulae loco de quo agimus Platoni persuasum sit ab humana scientia (*ἢ παρ' ἡμῶν ἐπιστήμη*) ad scientiam ipsam (*ἐπιστήμη αὐτή*) i. e. ad ideam comprehendendam perveniri posse: haec est illa mystica quaedam flamma in animo rite praeparato exsiliens, de qua supra 341 c exponit.

περὶ ταῦτ': i. e. non solum *περὶ τὰ εἶδωλα* (*περὶ τὸ ζωγραφούμενον τε καὶ ἐξαλειφόμενον καὶ τορνευόμενον καὶ ἀπολλύμενον*), sed etiam *περὶ τὸ ὄνομα* et *περὶ τὸν λόγον*. 4

ἐν φωναῖς: ut *ὄνομα* et *λόγος*. 5

ἐν σωμάτων σχήμασιν: ut *εἶδωλον*.

τοῦ κύκλου τῆς φύσεως: de vocis *φύσις* significatione v. 6 annot. ad 341 d 6.

*ἐγγύτατα . . . συγγενεία καὶ ὁμοιότητι τοῦ πέμπτου νοῦς πεπλη-
σίακεν*: de rationis cum ideis cognatione cf. Pol. 6, 490 b *πρὸν
αὐτοῦ ὃ ἔστιν ἐκάστου τῆς φύσεως ἄφασθαι ᾧ προσήκει ψυχῆς
ἐφάπτεσθαι τοῦ τοιοῦτου* — προσήκει δὲ συγγενεῖ. V. etiam
annot. ad 344 a 2.

- 2 *τᾶλλα δὲ πλεον ἀπέχει*: ex iis quibus idea in animo manifestatur, proximum ad ideam accedit *νοῦς*, longius abest *ἐπιστήμη*, longissime *ἀληθῆς δόξα*. De vera opinione v. annot. quae altera sequitur.
- 4 *περὶ τε ἀγαθοῦ καὶ καλοῦ καὶ δικαίου*: ex his et ex iis quae sequuntur *καὶ ἐν ψυχαῖς ἡθους (πέρι) καὶ περὶ ποιήματα καὶ παθήματα σίμπαντα* apparet etiam qualitatibus rationibus actionibus *εἶδωλα* quaedam esse, cum *εἶδωλα* esse possint omnia quaecumque sensibus percipiuntur; velut Pol. 4, 443 c imago quaedam iustitiae (*εἶδωλόν τι τῆς δικαιοσύνης*) existit, cum is, cuius natura ad artem sutrinam accommodata sit, nihil aliud nisi sutrinam facit, faber tignarius fabricandi artem exercet, alia, cf. Pol. 2, 382 b *τό γε ἐν τοῖς λόγοις μίμημά τι τοῦ ἐν τῇ ψυχῇ ἔστιν παθήματος καὶ ὑστερον γερονὸς εἶδωλον, οὐ πάνν ἄκρατον φεῦδος*, Conv. 212 a *τίκειν οὐκ εἶδωλα ἀρετῆς, ἅτε οὐκ εἰδώλου ἐφαπτομένω, ἀλλὰ ἀληθῆ, ἅτε τοῦ ἀληθοῦς ἐφαπτομένω*. Simili modo hic ea imago boni pulchri iusti putanda est, si quis bene pulchre iuste videtur loqui atque agere. Erravit Karsten, Commentatio p. 191, cum huic loco talibus occurrere posse sibi videbatur: „Falso autem dicit *ἐκάστῳ τῶν ὄντων* esse *εἶδωλον*: nam loquitur non tantum de rebus sensibilibus, sed, ut ipse dicit, *περὶ τ' εὐθούς καὶ περιφεροῦς, περὶ τε ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ* (errore pro *καλοῦ*) *καὶ δικαίου . . . καὶ ζῴου σύμπαντος πέρι καὶ ἐν ψυχαῖς ἡθους*. Num autem iustitiae, animi, virtutis sunt *εἶδωλα*, species sub oculos cadentes? «
- 7 *οὐ γὰρ ἂν τούτων μὴ τις τὰ τέτταρα λάβῃ ἀμῶς γέ πως, οὔποτε τελέως ἐπιστήμης τοῦ πέμπτου μέτοχος ἔσται*: quamquam non idem valet uniuscuiusque ex quattuor illis momentis ad ideam comprehendendam vis, tamen necesse est unumquodque » aliquid « percipi; cum supra 342 a (*τρία*) *δι' ὧν τὴν ἐπιστήμην ἀνάγκη παραγίγνεσθαι* tria illa necessaria esse ostendatur ut quartum efficiatur, hic quartum ipsum (*ἐπιστήμη, νοῦς, ἀληθῆς δόξα*) illis tribus additur ad comprehendendum quintum.

Quoniam illa tria *ὄνομα, λόγος, εἶδωλον* sensibus percipiuntur atque profecto *αἰσθητά* sunt habenda, apparet ipsam sensuum perceptionem, *αἰσθησιν*, in iis poni, quae sint necessaria ad veram cognitionem assequendam. Qua in re hic locus consentit cum Theaeteti dialogi de sensuum perceptione doctrina, v. Theaet. 186 d: scientiam constare in iudicio de sensuum perceptionibus faciendo. Perceptio, *αἰσθησις*, ob eam rem aliquid momenti habere dicitur, quod animo tamquam materiam praebet ad scientiam comparandam. Videmus *αἰσθησιν* hic pluris aestimari quam Phaed. 79 c sq., ubi demonstratur animum sensibus adhibitis cognitionem assequi studentem turbari nihilque proficere, sed animum per se ipsum in res inquirentem ad id quod vere est pervenire. Loco de quo agimus illam in Phaedone prolatam opinionem corrigi apparet: haec est illa insignis mutatio, qua Plato, dum in veritate quaerenda procedit, sensuum operi plus, rationi ipsi minus tribuere didicit.

Quanto pluris aestimare consuevit Plato sensuum perceptionem, tanto plus tribuebat ei cognoscendi generi, quod veram opinionem, *ἀληθῆ δόξαν*, appellat. Quam rem a dialogis Philebo et Sophista incipere commemorat J. Stenzel, Über den Aufbau der Erkenntnis im VII. Platonischen Briefe, Sokrates 9, 1921, p. 71; etiam Theaet. 201 c sq. *ἢ μετὰ λόγου ἀληθῆς δόξα* propius ad scientiam videtur accedere, cum *ἢ ἄλογος δόξα* a scientia abhorreat. Hoc epistulae loco *ἀληθῆς δόξα* iuxta notiones quae sunt *ἐπιστήμη* et *νοῦς* ponitur, sed minime cum iis miscetur; cf. Tim. 51 e *ὄνο δὴ λεπτέον ἐκείνω (νοῦν καὶ δόξαν), διότι χωρὶς γεγόνατον ἀνομολῶς τε ἔχεται*.

πρὸς γὰρ τούτοις: coniunctione *γὰρ* hic non significatur e 2 enuntiatio in cuius initio haec particula posita est, ea quae praecedunt confirmari vel illustrari; enuntiatio ipsi affirmativam vim addit, quae potius ad ea, quae sequuntur, refertur, latine »profecto«. Similis coniunctionis *γὰρ* prolepticus ut ita dicamus usus invenitur e. g. Conv. 219 e *ταῦτά τε γὰρ μοι ἅπαντα προυγερόνει, καὶ μετὰ ταῦτα στρατεία ἡμῖν εἰς Ποτελδαίαν ἐγένετο*, cf. Leg. 4, 706 a *Μίνως γὰρ δὴ ποτε τοὺς οἰκοῦντας τὴν Ἀττικὴν παρεστήσατο εἰς χαλεπὴν τινα φορὰν δασμοῦ . . . οἱ δ' οὐτε πω πλοῖα ἐκέκτηντο . . . οὔκουν οἶοι τ' ἐγένοντο . . . ἀμύνασθαι*.

Dictioni *πρός τούτοις* sententiam »in his« vel »apud haec«, non »praeterea« inesse puto; voce *τούτοις* eadem continentur, quae iam antea genetivo *τούτων* (*τούτων τὰ τέτταρα*) significata sunt. Talis est praepositionis *πρός* usus etiam e. g. Leg. 4, 722 b *πρός τούτω* (Burnet *LO* secutus *τούτο*) *οὐδὲ οὐδέεις ἔοικε διανοιγ-θῆναι πάποτε τῶν νομοθετῶν.*

ταῦτα: ὄνομα, λόγος, εἶδωλον, ἐπιστήμη.

οὐχ ἦτιον . . . τὸ ποιόν τι . . . ἢ τὸ ὄν: quid sit et quale sit id, de quo disputamus, distinguitur hic aeque ac 343 b *ὄντιον, τοῦ τε ὄντος καὶ τοῦ ποιοῦ τινος, οὐ τὸ ποιόν τι, τὸ δὲ τί, ζητούσης εἰδέναι τῆς ψυχῆς*; cf. 2, 313 a 3 et annot. Quae distinctio in Aristotelis philosophia maximi est momenti; tamen etiam a Platone necesse erat ut quodam modo inveniretur, quippe qui ea quae sensibus percipiuntur, ab iis quae comprehenduntur ratione discerneret: illorum unumquidque ideae est particeps, sed insuper qualitates quasdam exhibet accidentes, quarum sit idea expers. De differentia quae est inter res ipsas et res qualitatibus praeditas cf. Pol. 4, 438 a sqq. Karsten, Commentatio critica p. 197, docet ab epistulae scriptore duo distingui genera, *τὸ ὄν*, quod etiam *τὸ τί* appelletur, et *τὸ ποιόν τι*, quorum altero eum res sensibus subiectas significare, altero rerum ideas; a Platone autem hoc sensu ista vocabula non usurpari; distinguere illum quidem aliquando *ποιὰ ἅττα* et *αὐθ' ἕκαστα* sic ut genus et speciem, velut *τέχνην αὐτήν* complecti omnes artes, *τέχνην τινά* sive *ποιάν τινα* esse unam e multis, velut *οἰκονομικήν* (Pol. 4, 438 [sq.]), non vero generatim his verbis uti tamquam formulis sive categoriis, quibus *τὰ νοητὰ* et *τὰ αἰσθητὰ* designentur: id primum fecisse Aristotelem Metaph. 4, 28 [1024 b 12]; ceterum Aristotelem semper dicere *τὸ τί ἔστι* vel *τὸ τί ἦν εἶναι*, numquam simpliciter ut epistulae scriptorem *τὸ τί*. Karstenio contra dicit Andreae, Platons Philosophie in seinen Briefen, p. 35; qui commemorat dictionem *τὸ τί* etiam Parm. 164 a occurrere; ex locis quibus demonstrare studet etiam Platonem qualitates ab eo, quod est, discernere casque in rebus quae sensibus percipiuntur invenire, maximi est momenti Tim. 49 a sqq., praesertim 49 d—50 a.

343 a 1

εἰς αὐτό: sc. *εἰς τὸ τῶν λόγων αἰσθενές*. Cf. Crat. 438 d *δηλον ὅτι ἄλλ' ἅττα ζητητέα πλὴν ὀνομάτων.*

τὰ γεγραμμένα τύποις: *τύποις* additur, quo certius fiat voce *γεγραμμένα* litteras, non lineamentorum formas significari, ut est in enuntiato quod sequitur *τῶν ἐν ταῖς πράξεσι γραφομένων (κύκλων)*.

τοῦτο δὲ πάλιν αὖ τὸ νῦν λεγόμενον δεῖ μαθεῖν: adiungitur imaginis nominis definitionis explanatio. Accusativus *τοῦτο* relationem exprimit: »in hac re«.

ἐν ταῖς πράξεσι: cf. Phaedr. 271 d *θεώμενον αὐτὰ ἐν ταῖς πράξεσιν ὄντα τε καὶ πραττόμενα*, Soph. 234 e *ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς πράξεσιν ἔργων παραγενομένων*.

μεστὸς τοῦ ἐναντίου ἐστίν: Wilamowitz, Platon II p. 293, commemorat hoc iam a Protagora esse cognitum, v. Aristotelis Metaph. 2, 2, 997 b 35 (Prot. fragm. B 7 Diels, Fragmente der Vorsokratiker II 2. ed. p. 230 sq.) *οὔτε γὰρ αἱ αἰσθητὰ γραμμαὶ τοιαῦτα εἰσιν ὅσας λέγει ὁ γεωμέτρης· οὔθ' ἐν γὰρ εὐθύ τῶν αἰσθητῶν οὕτως οὐδὲ στρογγύλον· ἄπτεται γὰρ τοῦ κανόνος οὐ κατὰ στιγμήν ὁ κύκλος, ἀλλ' ὥσπερ Πρωταγόρας ἔλεγεν ἐλέγχων τοὺς γεωμέτρας*.

τοῦ γὰρ εὐθέος ἐφάπτεται πάντη: velut circulus descriptus in plus uno puncto lineam, cylindrus torno perfectus in plus una linea planitiem tangere atque cum ea in idem concidere videtur; v. annot. quae praecedit.

αὐτὸς . . . ὁ κύκλος: idea circuli.

ὄνομά τε αὐτῶν φαμεν οὐδὲν οὐδενὶ βέβαιον εἶναι: ex hoc loco facile cognoscimus, quae fuerit ipsius Platonis sententia de quaestione utrum verborum vis ac significatio in natura (*φύσει*) an in conventionem (*θέσει*) posita sit. Quae deliberatio in dialogo Cratylo eo modo exponitur, ut dubitari possit, quid vere, quid per ironiam affirmetur; contra hic Plato ipse serio dialogorum ludo omisso aperte dicit rerum nomina nulla necessitate cum rebus esse coniuncta nihilque naturam obstare ne contraria pro contrariis adhiberi possint. Quae cum ita sint, locus de quo agimus maximi videtur esse momenti non solum ad dialogum Cratylum explanandum, sed etiam ad dialogorum artem formamque iudicandam ac pernoscendam.

καὶ μὴν περὶ λόγου γε ὁ αὐτὸς λόγος . . . μηδὲν βιανῶς βεβαίως εἶναι βέβαιον: simile de definitionis vi iudicium profertur

Theaet. 206 d, ubi λόγος cum rei imagine quam in speculo vel in aquae superficie videmus comparatur: τὸ μὲν πρῶτον εἶη ἂν τὸ τὴν αὐτοῦ διάνοιαν ἐμφανῆ ποιεῖν διὰ φωνῆς μετὰ ῥημάτων τε καὶ ὀνομάτων, ὥσπερ εἰς κάτοπτρον ἢ ὕδωρ τὴν δόξαν ἐκτυπούμενον εἰς τὴν διὰ τοῦ στόματος ῥοήν. Blunk, De septimae epistulae q. f. Platonicae adnominacionibus p. 30, cum hunc locum in »paronomasiarum« exemplis ponit (λόγον — Blunk scribit λόγον — : λόγος, βεβαίως: βέβαιον), similem affert locum ex Lach. 196 b εἰ μὲν οὖν ἐν δικαστηρίῳ ἡμῖν οἱ λόγοι ἦσαν, εἶχεν ἂν τινα λόγον ταῦτα ποιεῖν; cf. etiam ep. 3, 318 e σχεδὸν δ' εἰς λόγον ὁ λόγος ἦκει μοι, Epin. 983 d πότερον ἔχει λόγον ὁ λόγος. Quod Blunk l. c. iudicat »hoc modo explicationes philosophicas, in quibus magis quam alibi perspicuitas desideretur, arte rhetorica obscurissimas et molestissimas factas esse«, minime probari potest.

- 7 ὅπερ εἵπομεν ὀλίγον ἔμπροσθεν quae sequuntur: 342 e, v. et annot.
- c 2 τὸ μὴ ζητούμενον ἕκαστον τῶν τεττάρων προτείνειν τῇ ψυχῇ: i. e. ἕκαστον τῶν τεττάρων προτείνει τῇ ψυχῇ τὸ μὴ ζητούμενον (τὸ ποιόν), παρέχεται δὲ τὸ αἰετὸν λεγόμενον καὶ δεικνύμενον ταῖς αἰσθήσεσιν εὐέλεγκτον, ὥστε πάντ' ἄνδρα ἀπορίας ἐμπιπλασθαι (Wilamowitz, Platon II p. 294). De dictione προτείνον λόγῳ τε καὶ κατ' ἔργα cf. infra c 7 τὸ προταθὲν τῶν εἰδῶλων et Pol. 2, 382 a ἢ λόγῳ ἢ ἔργῳ φάντασμα προτείνων.
- 3 αἰσθήσεσιν εὐέλεγκτον: ut est circulus de quo supra a 5 (v. et annot.) dictum est.
- 5 πάσης . . . πάντ' ἄνδρα: variae eiusdem vocabuli formae arte inter se coniunctae in epistulis saepissime occurrunt, velut 7, 334 c λόγον τὸν αὐτὸν λέγων ἤδη τρίτος τρίτοις ὑμῖν, 7, 343 c εὐπεφυκός εὐπεφυκότη, 7, 351 a τὰ μέγιστα ἐν ταῖς μεγίσταις, 8, 354 b ἑκατέρους ἑκατέραν, 2, 314 b (7, 325 e, 8, 354 e) πάντῃ πάντως, 7, 335 c πάντως πανταχῇ, 8, 356 b πάντως πάντα. Cf. Leg. 3, 677 a πᾶν παντί, 3, 686 d πάντες πάντα, 3, 696 e τὸ δευτέρον δευτέρως, 4, 709 a παντοῖαι . . . παντοίως, 1, 629 c διαφέροντας διαφερόντως, 2, 653 a τῶν παιδῶν παιδικὴν . . . αἰσθησιν, 3, 685 d ἀρχόντως ἀρχοντας, 8, 835 c μόνῳ μόνος, 10, 897 b θεὸν . . . θεοῖς, 11, 919 e ἐλευθέροι ἐλευθέρως, Tim. 36 e μέσον μέση.

τὸ ἀληθές: illud quod supra 342 e ἐπιστήμη τοῦ πέμπτου 6
appellatur.

οὐ καταγέλαστοι γιγνόμεθα: v. annot. ad 347 b 1. 7

δυναμένων δέ: opponitur participio τῶν ἐρωτῶντων: ridi- d 1
culi ostendimur ab iis qui interrogant unaque possunt illa quat-
tuor discutere.

διαρρίπτειν: discutere atque disicere quod erat arte com-
positum, cf. Leg. 9, 860 c τοῖς μὲν τοίνυν πολλοῖς οὕτω περὶ
τὰ τοιαῦτα ἀσυμφώνως τὰ καλὰ καὶ τὰ δίκαια διεροριμένα προσ-
αγορεύεται. Similis est sententia verborum quae sequuntur
ἐλέγχειν et ἀνατρέπειν (= evertere).

τῶν δυναμένων ἀνατρέπειν: quod exemplum Plato maxime 3
in Parmenide dialogo demonstravit.

κρατεῖ: »vincit«, cf. Phaedr. 272 b ὁ μὴ πειθόμενος κρατεῖ, 4
Leg. 6, 772 d τὸν κωλύοντα αἰεὶ κατὰ νόμον κρατεῖν.

ἀγνοούντων: genetivus genetivo τῶν ἀκούοντων adaequatus. 6

ἡ διὰ πάντων αὐτῶν διαγωγὴ: διαγωγὴ idem significat atque e 1
διέξοδος Parm. 136 e ἄνευ ταύτης τῆς διὰ πάντων διεξόδου τε
καὶ πλάνης ἀδύνατον ἐντυχόντα τῷ ἀληθεῖ νοῦν σχεῖν, cf. Pol.
7, 534 c διὰ πάντων ἐλέγχων διεξιῶν.

μόγισ: repetitur 344 b; significat quanti laboris sit veram re- 2
rum cognitionem assequi.

εὖ πεφυκτός inusitata τοῦ ὄντος appellatio, secundum id
quod sequitur masculinum εὖ πεφυκῶτι conformata, ita ut usita-
tissima Platoni duarum eiusdem vocabuli formarum coniunctio
exsistat, v. annot. ad 343 c 5; ceterum cf. Phil. 58 a περὶ τὸ ὄν
καὶ τὸ ὄντως καὶ τὸ κατὰ ταῦτὸν αἰεὶ πεφυκός. Homo εὖ πεφυ-
κός est talis qualem Plato Pol. 6, 490 c, 494 a, 495 b alibi verbis
ἡ φιλόσοφος φύσις, 492 a τοῦ φιλοσόφου φύσις designat; quibus
rebus vir » bona natura praeditus « inter ceteros homines emi-
neat, in iis quae sequuntur explicatur.

εἷς τε τὸ μαθεῖν εἷς τε τὰ λεγόμενα ἤδη: in haec duo genera 4
dividi possunt ea quae Pol. 6, 487 a philosopho necessaria esse
dicuntur; qui debet esse μνήμων, εὐμαθής, μεγαλοπρεπής, εὐ-
χαρις, φίλος τε καὶ συγγενής ἀληθείας, δικαιοσύνης, ἀνδρείας,
σωφροσύνης, cf. ib. 494 b ὡμολόγηται γὰρ δὴ ἡμῖν εὐμάθεια καὶ
μνήμη καὶ ἀνδρεία καὶ μεγαλοπρέπεια ταύτης εἶναι τῆς φύσεως.

τὰ δὲ διέφθαρται: et mala natura et bonae indolis corruptio obstant ne ad veram philosophiam perveniatur; *τὰ δὲ διέφθαρται* adaequatum est sententiae, non verbis, enuntiati quod praecedit; aequalis et congruens verborum conformatio esset ἢ τῶν πολλῶν ἕξις τῆς ψυχῆς τὰ μὲν κακῶς πέφυκεν, τὰ δὲ διέφθαρται. Quo modo bona indoles quae philosopha futura videatur corrumpi soleat explicatur Pol. 6, 494 b sqq.

344 a 1 *ὁ Λυγκεύς*: metaphora apud Platonem usitatissima, qua videndi vocabula ad rationis cognitionem transferuntur, adhibetur hoc loco qua significetur hominem cuius natura a philosophia abhorreat, ne a summo quidem philosopho ad philosophiam institui posse. Lyncei illius acerrima oculorum acie praediti nomen e fabulis in proverbium venit, v. Aristoph. Plut. 210 *βλέποντ' ἀποδείξω σ' ὀξύτερον τοῦ Λύγκεως*, Lucian. Tim. 25, 138 *ὅπερ οὐδ' ὁ Λυγκεύς ἂν ἐξεύροι ὀραδῶς*. S. Eitrem, De Lynceo Platónico, Philologus 81, 1926, p. 478—480, probare studet hoc loco agi non de heroe Lynceo, sed de medicamento celeberrimo, quo aegri oculi sanabantur. At explicatio, quam supra attulimus, nobis quidem videtur esse praeferenda, praesertim cum illi medicamento Lyncei nomen non prius quam apud Galenum impositum occurrat.

2 *τὸν μὴ συγγενῆ τοῦ πράγματος*: cognationem animi cum re, i. e. cum idea, necessariam esse ad vere philosophandum dicit Plato etiam Pol. 6, 486 d, 487 a, 494 d, 501 d; hic autem illa cognatio inter omnia, e quibus philosophae naturae indoles constet, primum obtinet locum. Apparet non dici cognationem omnium animi cum rerum natura quae ratione percipiatur, ut corpus est cognatum cum rebus quae comprehenduntur sensibus, de qua re v. Phaed. 79 d sq. Alia est cognatio qua philosophorum animi a ceteris distinguuntur, ea cuius originem ac vim Plato in Phaedri illo mytho de deorum animorumque caelesti circumvectione exposuit. Quomodo haec animi condicio exsistat varie a Platone in Pol. explanatur; 3, 401 c dicit eam educatione maxime musica effici, cf. ep. 2, 313 c, locis quos supra attulimus eam philosopho necessariam esse contendit aut (6, 501 d) eam ei attribuit qui philosophus sit. In annot. ad 340 c 2 ostendimus hominis cum philosophia cognationem e iure Attico translata

esse posse. Aliam huius translationis originem huic de quo agimus loco magis accommodatam puto fuisse physicorum de sensibus quomodo res percipiant doctrinam. Cuius summa in eo erat, quod cognatio quaedam intersit inter sensum et rem percipiendam ita ut visus natura sit lucida, auditus aerea, olfactus vaporalis, gustatus umida, tactus terrena. Quam rem Empedocles his expressit versibus (Diels, Poetarum philos. fragm. p. 147, Emped. frg. 109):

*γαίη μὲν γὰρ γαίαν δῶπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
αἰθέρι δ' αἰθέρα διόν, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ αἰδηλον,
στοργὴν δὲ στοργῆ, νεῖκος δέ τε νεϊκεῖ λυγρῶ.*

Quos Empedoclis versus affert Aristoteles Metaph. 2, 4, 1000 b 5, quibus *γνώσις τοῦ ὁμοίου τῶ ὁμοίῳ* illustretur, et De anima 1, 2, 404 b 8 cum exponit nonnullos plura esse animae principia putare.

Hoc modo etiam Plato Tim. 45 b sqq. visus naturam explicat: *τοῦ πυρὸς ὅσον τὸ μὲν κάειν οὐκ ἔσχε, τὸ δὲ παρέχειν φῶς ἡμερον . . . σῶμα ἐμμηχανήσαντο γίγνεσθαι. τὸ γὰρ ἐντὸς ἡμῶν ἀδελφὸν ὃν τούτου πῦρ εἰλικρινὲς ἐποίησαν διὰ τῶν ὀμμάτων ρεῖν . . . ὅταν οὖν μεθήμερινὸν ἦ φῶς περὶ τὸ τῆς ὀψεως ρεῦμα, τότε ἐκπίπτου ὁμοίου πρὸς ὁμοίον, συμπαγῆς γενόμενον, ἐν σῶμα οἰκειωθὲν συνέστη κατὰ τὴν τῶν ὀμμάτων εὐθυωρίαν, ὀπηπερ ἂν ἀντερείδῃ τὸ προσπίπτου ἐνδοθεν πρὸς ὃ τῶν ἔξω συνέπεσεν. ὁμοιοπαθεὲς δὴ δι' ὁμοιότητα πᾶν γενόμενον, ὅτου τε ἂν αὐτὸ ποτε ἐφάπτηται καὶ ὃ ἂν ἄλλο ἐκείνου, τούτων τὰς κινήσεις διαδιδὸν εἰς ἅπαν τὸ σῶμα μέχρι τῆς ψυχῆς αἰσθησὶν παρέσχετο ταύτην ἢ δὴ ὄραν φαμεν.* Similitudo ac fraternitas quaedam esse dicitur oculorum igni cum igne externo quod sit lumen. Qua notione usis nobis hoc Plato voluisse videtur significare illum non posse philosophiae summa percipere, cui interior ille ignis desit ad percipiendum ignem externum necessarius. Quam explicationem enuntiato quod praecedit οὐδ' ἂν ὁ Λυγκεὺς ἰδεῖν ποιήσειεν τοὺς τοιοῦτους puto confirmari. Etiam Pol. 7, 518d, ubi oculorum et luminis notione adhibita exponitur quid sit et quid non sit ἡ παιδεία, talis sententia occurrit: *τούτου τολύνην . . . αὐτοῦ τέχνην ἂν εἴη, τῆς πε-*

ριαγωγῆς, τίνα τρόπον ὡς ῥᾶστά τε καὶ ἀνυσιμότατα μειαστραφήσεται, οὐ τοῦ ἐμποιῆσαι αὐτῶ τὸ ὄραν, ἀλλ' ὡς ἔχοντι μὲν αὐτό, οὐκ ὀρθῶς δὲ τετραμμένῳ οὐδὲ βλέποντι οἱ ἔδει, τοῦτο διαμηχανήσασθαι. Ad totam hominis naturam epistulae loco transfertur, quod Pol. 6, 490 b de sola ratione dicitur: πρὶν αὐτοῦ δ' ἔστιν ἐκάστου τῆς φύσεως ἀψασθαι ᾧ προσήκει ψυχῆς ἐφάπτεσθαι τοῦ τοιοῦτου — προσήκει δὲ συγγενεῖ, cf. Phaedr. 247 c ἢ . . . ἀχρώματός τε καὶ ἀσχημάτιστος καὶ ἀναφῆς οὐσία ὄντως οὐσα, ψυχῆς κυβερνήτη μόνῳ θεατῆ νῶ. Aliunde transferuntur vocabula, cum eadem sententia similitudine accrescendi exprimitur, velut infra προσφνεῖς καὶ συγγενεῖς, cf. 2, 313 d νῦν σοι ταῦτά τε . . . προσφύσεται, καὶ οἰκειὸς τούτοις τε καὶ ἡμῖν ἔση, v. et annot.

οὐτ' ἂν εὐμάθεια ποιήσειέν ποτε: sc. ἰδεῖν, quod supplementum est ex enuntiato quod praecedit οὐδ' ἂν ὁ Λυγκεύς ἰδεῖν ποιήσειεν τοῦς τοιοῦτους.

3 οὐκ ἐγγίγνεται: sc. τὸ ἰδεῖν, rerum vera cognitio, non memoria, quae quidem etiam in eo qui non sit cum re cognatus esse potest, sed nihil valet, cum non sit quod ea teneatur.

4 τῶν δικαίων τε καὶ τῶν ἄλλων ὅσα καλά: genetivi forma non ad propius adiectivum προσφνεῖς sed ad συγγενεῖς pertinet quod in scribentis mente praevaluisse putandum est. Idearum exempla ut saepe apud Platonem etiam hic ex eo philosophandi genere quod est de moribus repetita inveniuntur, cf. 342 d ubi iuxta formas et colores etiam bonum pulchrum iustum commemoratur.

ὀπίσοι . . . μὴ προσφνεῖς εἰσιν καὶ συγγενεῖς: negatio οὐδέ in altero membro οὐδ' ὄσοι συγγενεῖς posita in οὐδένες τούτων repetita etiam ad hoc primum membrum pertinet. De sententia v. supra annotationem ad a 2 τὸν μὴ συγγενῆ τοῦ πράγματος.

6 δυσμαθεῖς καὶ ἀμνήμονες: Tim. 88 b haec duo una cum animi surditate quadam ad gravissimum animi morbum qui sit ἀμαθία conferre dicuntur.

b 1 ἀλήθειαν ἀρετῆς . . . οὐδὲ κακίας: quod etiam κακίας ἀλήθεια cognoscenda esse dicitur, explicatur iis quae Plato Leg. 7, 816 d sq. de contraria e contrariis discendo exponit: ἀνευ γὰρ γελοίων τὰ σπουδαῖα καὶ πάντων τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία μαθεῖν μὲν

οὐ δυνατόν, εἰ μέλλει τις φρόνιμος ἔσεσθαι, ποιεῖν δὲ οὐκ αὐτό δυνατόν ἀμφοτέρω, εἴ τις αὐτό μέλλει καὶ σμικρὸν ἀρετῆς μεθεξείν.

καὶ τὸ ψεῦδος ἅμα καὶ ἀληθὲς τῆς ὄλης οὐσίας: iuxta αὐτά, 2
quod praecedat, alterum est verbi *μανθάνειν* obiectum, ita ut illo id quod est positivum et negativum in genere ethices, hoc quod in genere logices contineatur.

μετὰ τριβῆς πάσης καὶ χρόνου πολλοῦ, ὅπερ ἐν ἀρχαῖς εἶπον: 3
ut supra 341 c dictum est ἐκ πολλῆς συνουσίας γιγνομένης περὶ τὸ πρᾶγμα αὐτὸ καὶ τοῦ συζῆν, v. et annot.

τριβόμενα . . . ἐλεγχόμενα καὶ . . . χρωμένων ἐξέλαμψε φρό- 4
νησις: post participia *τριβόμενα* et *ἐλεγχόμενα* poni debebat verbum quod aequae atque illa subiectum *ἕκαστα* haberet et obiectum *φρόνησιν* regere posset, velut *ἐγέννησε φρόνησιν*, cf. Pol. 6, 490 b *γεννήσας νοῦν καὶ ἀλήθειαν*. Cum autem tertia condicio participio *χρωμένων* expressa, cui non est proprium quidquam subiectum, genetivi absoluti formam accepisset, verborum conformatio quae incepta erat immutata est. Voces *τριβόμενα* et *ἐξέλαμψε* transferuntur de lignis quae cum inter se teruntur ignem concipiunt; cf. Pol. 4, 434 e sq. *καὶ τάχ' ἂν παρ' ἄλληλα σκοποῦντες καὶ τρίβοντες, ὥσπερ ἐκ πυρῶν ἐκλάμψαι ποιήσασιν τὴν δικαιοσύνην*. Eadem metaphora est supra 340 b *ἐξημμένως ὑπὸ φιλοσοφίας ὥσπερ πυρὸς* et 341 c *οἷον ἀπὸ πυρὸς πηδῆσαντος ἐξαφθῆν φῶς*.

ὄψεις τε καὶ αἰσθησεις: idem atque εἶδωλα 342 b. 5

ἐν εὐμένεσιν ἐλέγχους ἐλεγχόμενα καὶ ἄνευ φθόνων . . . χρω-
μένων: de verborum conformatione ἐν . . . ἐλέγχους ἐλεγχόμενα cf. *βασανίζειν χρυσὸν ἐν πυρὶ* Pol. 3, 413 e et 6, 503 a; contra Leg. 7, 805 c *εἰ μὲν ταῦτα ἦν μὴ ἰκανῶς ἔργοις ἐληλεγμένα*. Quod confutationes benevolae esse debent et interrogationes responsionesque invidia expertes, haud est neglegendum cum inquirimus qua ratione ac mente Plato dialecticas disputationes institui voluerit. Etiam legum latio sine invidia peragenda est, v. Leg. 7, 801 e *μετὰ γε μὴν ταῦτ' ἤδη νόμος ἄνευ φθόνων εὐθὺς γίγνεται ἂν ὁδε*. Loco epistulae de quo agimus explicari puto verba ἐν φιλοσοφία ἀφθόνῳ = »haud invida« Conv. 210 d, ubi de eadem re agitur, de summa cognitione consequenda.

- 7 *συντεινόντων* *δτι* *μάλιστ' εἰς δύναμιν ἀνθρωπίνην*: Burnet et alii editores legunt *συντείνων* libros manuscriptos secuti. Quae lectio quomodo sit intellegenda parum video, cum *συντείνω* nullo obiecto addito aut »peto aliquid«, »tendo ad aliquid«, »pertineo ad aliquid« significet aut »contendo«, »intendo«. Non dubito, quin hoc participio hominum, non rationis cognitionisque actio designetur. Quae cum ita sint, codicum lectionem corrigendam esse existimo, non secutus Guilelmum Andreae, qui lectione *συντείνων* servata vertit »wenn man sich aufs höchste anspannt«. Iam Wilamowitz, Platon II p. 294 annot. 3, emendationem *συντείνοντι* ab Eva Sachs propositam probavit; ego *συντεινόντων* lego eamque emendationem genetivo *χρωμένων* praecedente et arti grammaticae optime respondere et quod ad artem palaeographicam attinet facillimam esse puto; cf. 6, 322 d et annot., ubi eodem modo — *ων* pro — *οντων* traditum esse coniecimus. Eodem modo hunc locum nunc etiam ab Egermannio, Die platonischen Briefe VII et VIII, emendari video. De dictione *δτι* *μάλιστ' εἰς δύναμιν ἀνθρωπίνην* cf. Leg. 4, 716 c et 6, 777 d *εἰς δύναμιν δτι* *μάλιστα*, 11, 923 c *δτι* *μάλιστα εἰς δύναμιν*, 6, 768 b *εἷς γε ἀνθρωπίνην δύναμιν ὡς οἶόν τε ἀδιαφθορότατα*.
- c1 *διὸ δῆ*: quod supra 341 c prolatum erat nunc argumentis confirmatum videtur, non esse scribendum de rebus quae intimae sint cognitionis.
- 2 *πολλοῦ δεῖ μὴ . . . καταβαλεῖ*: indicativus futuri, quae est lectio codicum manuscriptorum, explicatur, si putamus fieri posse ut dictio *πολλοῦ δεῖ μὴ* coalescat in simplicem particulam negativam.
εἰς φθόνον καὶ ἀπορίαν καταβαλεῖ: sententia est eadem atque 344 d *εἰς ἀναρμοστίαν καὶ ἀπρέπειαν ἐκβάλλειν*.
- 4 *ἐν νόμοις νομοθέτου*: etiam Phaedr. 258 c, 277 d, 278 c et e Plato legum scriptionem exempli causa affert cum demonstrat quid ipse de scribendo iudicet.
- 5 *οὐκ ἦν τούτω ταῦτα σπουδαιότατα*: tota huius loci sententia congruit cum Phaedr. 278 d sq. *οὐκοῦν αὖ τὸν μὴ ἔχοντα τιμιώτερα ὦν συνέθηκεν ἢ ἔγραψεν ἄνω κάτω στρέφων ἐν χρόνῳ, πρὸς ἄλληλα κολλῶν τε καὶ ἀφαιρῶν, ἐν δίκη που ποιητῆν ἢ λόγων συγγραφέα ἢ νομογράφον προσερεῖς*; Illum solum

existimat Plato esse philosophum, amicum veritatis, non merum scriptorem, qui in animo maiora habeat, quam quae scripserit, veram ac firmam veri cognitionem. Habemus et explicationem et defensionem eorum quae Plato ipse scripsit, cognoscimusque cur multa eaque gravissima non scripserit. Itaque locus de quo agimus ad Platonis scripta aestimanda maximi est momenti.

κεῖται δέ που ἐν χώρᾳ τῇ καλλίστῃ τῶν τούτου: subiectum **6**
est τὰ σπουδαιότατα »ea, quae maxime seria habeat, sita esse in pulcherrimo quodam scriptoris animae loco. « Aliquam similitudinem habet comparatio Pol. 8, 553 b sq. δέλσας . . . εὐθύς ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖ ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ φιλοτιμίαν τε καὶ τὸ θυμοειδὲς ἐκεῖνο . . . ἄρ' οὐκ οἶει τὸν τοιοῦτον τότε εἰς μὲν τὸν θρόνον ἐκεῖνον τὸ ἐπιθυμητικόν τε καὶ φιλοχρήματον ἐγκαθίξιεν. Quae ab aliquo contemnuntur, ἐν οὐδεμιᾷ χώρᾳ esse dicuntur, velut Xenoph. An. 5, 7, 28 οὗς μὲν ἂν ὑμεῖς πάντες ἔλησθε ἀρχοντας, ἐν οὐδεμιᾷ χώρᾳ ἔσσονται. Karsten, Commentatio p. 188 sq., qui verbi κεῖται subiectum συγγράμματα putabat esse, correcta lectione scripsit κεῖται δ' οὐκ ἐν χώρᾳ τῇ καλλίστῃ τῶν τούτου et vertit »ea non pro seriis ipsi esse habita . . . sed infimum locum apud eum obtinere»; quam rem non commemorarem nisi vidissem etiam Richardsium Karstenio praeunte <οὐ> τῇ καλλίστῃ scribere voluisse.

ἐξ ἄρα δὴ οἱ ἔπειτα . . . φρένας ὤλεσαν αὐτοί: lectioni A O **d 1**
τοι a Burnetio et Josepho Souilhé receptae praefero Herman-
nium et Wilamowitzium secutus lectionem οἱ, quam habet V et
puncto super τ et spiritu in ι posito O; quae lectio secundum
Homerum correctae videtur esse. Versus est Hom. Il. 7, 360
(= 12, 234) ἐξ ἄρα δὴ τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί.
Homines mentem eripuisse dicuntur ei, si quis ab aliis incitatus
hominumque laudis cupidus scripserit quae scribenda non essent.

τούτω . . . τῷ μῦθῳ τε καὶ πλάνῳ: digressionem de summa **3**
cognitione consequenda absolutam, quam hic mythum appellat,
eandem supra 342 a 3 vocabulis λόγος ἀληθείης designavit. Mas-
culinum πλάνος masculino μῦθος adaequatum videtur esse, cum
de digressionem Plato alibi feminino πλάνῃ utatur, velut Parm.
135 e, 136 e, Leg. 3, 683 a; idem significatur verbo πλανᾶσθαι
Politic. 263 a μακροτέραν τοῦ δέοντος ἀπὸ τοῦ προτεθέντος

λόγου πεπλανήμεθα, σὺ δὲ ἔτι πλέον ἡμᾶς κελεύεις πλανηθῆναι.

- δ *συνεπισπόμενος*: cf. Soph. 254 c *συνεπισπόμεθα τῷ λόγῳ*.
- 5 *εἴτε τις ἐλάττων εἴτε μείζων*: v. 341 b 5 et annot.
- 6 *ὕγιες*: v. annot. ad 6, 322 d 4.
- 7 *εἰς ἀναρμοσίαν καὶ ἀπρέπειαν*: cf. c *εἰς φθόρον καὶ ἀπορίαν*. Utroque loco facti noxa non tam in scripto ipso quam in scripti editione constare existimatur.
- e 1 *ὕπομνημάτων χάριν*: ut de philosophia memoriae gratia scribatur conceditur etiam Phaedr., praesertim 276 d.
- 3 *ἐν βραχυτάτοις*: cf. Gorg. 449 d *ἀποκρίνη . . . διὰ βραχυτάτων*.
εἶπερ: sc. *ἔγραψεν*, cf. Pol. 6, 497 e *οὐ τὸ μὴ βούλεσθαι . . . ἀλλ' εἶπερ, τὸ μὴ δύνασθαι διακωλύσει*, ubi non repetitur verbum *διακωλύσει*. Dicitur *εἶπερ ἔγραψεν* de Dionysio, quem Plato, ut 341 b commemorat, aliquid tale scripsisse non comperit nisi auditu.
- 4 *ὡς αὐτοῦ τιθέμενος*: cf. 341 b *συνθέντια ὡς αὐτοῦ τέχνην*.
- 345 a 2 *ἐκ τῆς μιᾶς συνοουσίας*: cf. quae sequuntur *ἅπαξ μόνον, ὅστερον δὲ οὐ πάποτε ἔτι* et *ἀκούσας μόνον ἅπαξ*. Hoc de summa philosophia consequenda colloquium idem fuisse atque illud de quo Plato supra 340 sqq. mentionem facit existimare non dubito, quamquam ex epistula secunda colligendum est Platonem cum Dionysio iam tum cum primo apud eum Syracusis erat, *περὶ τῆς τοῦ πρώτου φύσεως* disseruisse, v. praesertim 312 d.
- 3 *ἴτω Ζεὺς*: iisdem verbis per Iovem adiurat Cebes Thebanus Phaed. 62 a »sua ipsius dialecto usus«. Cum etiam apud Aristophanem Ach. 860 Boeotus *ἴτω Ἡρακλῆς* et 910 *ἴτω Ζεὺς* dicat, videtur illa dictio Athenis satis nota fuisse neque est putandum Platonem eam ab amicis Thebanis didicisse.
ὡς εἶπόν τε ἐγὼ καὶ ἅπαξ μόνον: *τε . . . καὶ* non est neglegendum: »et eo quem dixi modo et semel«; quo modo id Plato exposuerit, narratur 340 b sq. Haud scio an non necessario Wilamowitz, Platon II p. 410, *τε* in *τότε* mutet.
- 6 *τὸ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον πλεονάκεις τε*: Burnet post *τρίτον* distinctionis notam ponit ita, ut eodem modo atque Ast hanc sententiam intellegere videatur »quam ob causam secundo et

tertio, non saepius, illa tractaverimus»; quae explicatio vix congruit cum iis quae praecedunt *ἐκ τῆς μιᾶς συνουσίας* et *ἅπαξ μόνον, ὕστερον δὲ οὐ πώποτε ἔτι*. Distinctionis nota recte ommissa recte vertit Howald »aus welchem Grunde eigentlich wir nicht ein zweites und drittes Mal und noch mehr Male untereinander sprachen»; miror quod Andreae et Souilhé cum distinctionem notaverint, tamen eodem modo quo Howald verterunt.

πότερον . . . b 4 ἐπιμελούμενος: tres afferuntur causae quibus fieri potuerit, ut Dionysius non cuperet iterum ac saepius Platonem audire: aut semel audivisse ei satis esse videbatur, aut rem nihili esse existimavit aut se ad talia parum esse idoneum putabat. Iam supra 340 d sq. prima et tertia harum causarum commemorantur, quibus explicetur cur ii, qui ad philosophiam nati non sint, in philosophiae studio non perseverent.

οἶεται . . . οἶδεν: praesenti tempore utitur Plato quasi cum Dionysio hac occasione data rationes conferre velit. **b 1**

εἶτε αὐτὸς εὐρών ἢ καὶ μαθῶν ἔμπροσθεν παρ' ἑτέρων: similiter de eadem re 341 b; *παρ' ἑτέρων* ut 341 b *ὑπὸ τῶν ἄλλων* de iis qui Platonem audiebant.

εἰ μὲν γὰρ φαῦλα: sc. εἶναι οἶεται τὰ λεχθέντα. **4**

εἰ δὲ ἠόρηκέναι ἢ μεμαθηκέναι: sc. οἶεται τὰ λεχθέντα. **6**

τὸν ἡγεμόνα τούτων καὶ κύριον: haec et a Karstenio, Commentatio p. 146, et ab aliis in eorum numero locorum ponuntur, quibus, si epistulae a Platone scriptae essent, philosophum nimium suae sapientiae et suarum laudum praeconem fuisse ostendetur, cf. 341 d, 344 d; etiam Odau, Quaestionum de septima et octava Platonis epistula capita duo p. 40, existimat luce esse clarius »quam inepte haec omnia verbis Platone indignissimis expressa sint«. Profecto nonnullis epistularum locis Plato de se ita scribit, ut eum se ac philosophiam suam haud parvi aestimavisse famaеque suae magnopere consuluisse appareat, v. etiam 2, 311 e, 310 d, 3, 317 d, 4, 320 a. At si via et ratione in iudicandis epistularum sententiis procedere volumus omnibus praeiudicatis opinionibus depositis, ea quae in epistulis legimus ad Platonem qui fuerit cognoscendum esse videntur adhibenda. Ceterum loco de quo agimus falso nimia sui aestimatio inesse putabatur. Iam quod se Plato ducem (*ἡγεμόνα*) appellat eorum quae ad animos **c 2**

philosophia instituendos pertinent, recte intellegimus, si alios locos, quibus ὁ ἡγούμενος vel ἡγεμών »magistrum« vel »praeceptorem« significat, spectamus, velut 340 c αὐτόν τε καὶ τὸν ἡγούμενον τὴν ὁδόν, Pol. 10, 595 c ἔοικε μὲν γὰρ (᾽Ομηρος) τῶν καλῶν ἀπάντων τούτων τῶν τραγικῶν πρῶτος διδάσκαλός τε καὶ ἡγεμῶν γενέσθαι, ib. 5, 467 d τοὺς ἐμπειροῖα τε καὶ ἡλικία ἱκανοὺς ἡγεμόνας τε καὶ παιδαγωγοὺς εἶναι, Menex. 240 d ἡγεμόνες καὶ διδάσκαλοι τοῖς ἄλλοις γενόμενοι. Cf. similem verborum μετιέναι, μέθοδος translationem. Ad vocem κύριος explicandam utendum videtur esse loco Pol. 6, 495 b sq., ubi Plato philosophiam fingit ad similitudinem filiae heredis parentibus orbatae, cuius matrimonium homines indigni petant, v. 340 c 2 et annot ; quoniam is, in cuius potestate iure Attico virgo erat, eius »dominus«, κύριος, appellabatur — cf. huius vocabuli usum 347 c 1 — transfertur hoc loco vox κύριος ad designandum eum, qui tamquam tutor legitimus philosophiae consulit eamque colit. Dubitationem si qua relinquitur nobis tollere videtur locus Lys. 214 a, ubi eodem modo sapientiae praeceptores (ἡγεμόνες) dicuntur, sed pro tutoribus patrum appellatio iis imponitur: οἳτοι (οἱ ποιηταί) ἡμῖν ὡσπερ πατέρες τῆς σοφίας εἰσὶν καὶ ἡγεμόνες. Ceterum etiam vocabula οἰκείος et συγγενής de eadem usurpantur re, v. annot. ad 340 c 2.

- 4 οὐ πολὺν χρόνον διαλιπὼν τὸ μετὰ τοῦτο: Plato persequitur narrationem de tertia sua peregrinatione Siciliensi intermissam 340 b digressionem, qua de Dionysii philosophiae studio deque summa veritate cognoscenda exposuit.

ἐν τῷ πρόσθεν: inde a tempore, quo Dio Syracusis relegatus erat.

Δίωνα ἐὼν τὰ ἑαυτοῦ κεκτῆσθαι καὶ καρποῦσθαι χρήματα: Dionis relegationem Dionysius non exilium, φυγήν, sed sedis mutationem, μετὰστασιν, haberi volebat, v. 338 b.

- 6 τοὺς ἐπιτρόπους: ii qui ad Dionis rem familiarem administrandam a Dione constituti erant.
- 7 τῆς ἐπιστολῆς: epistula qua Dionysius Platonem Syracusas ad se vocabat et qua ei pollicebatur se de Dione omnia facturum, quae Plato vellet, v. 339 c.

ὄντος μὲν ἀδελφίδου αὐτοῦ κατὰ νόμους ἐπιτροπεύοντος: d 1
 genetivus *ὄντος ἀδελφίδου* appositio est genetivi τοῦ ἕως, ge-
 netivus αὐτοῦ ἐπιτροπεύοντος qui possessionem designat ad
 vocem ἀδελφίδου est referendus; quod Bertheau et Richards
 post αὐτοῦ particulam δέ inserunt, quae A²O² ante ἐπιτρο-
 πεύοντος posita invenitur, inutilem esse correctionem puto.
 Particula μὲν hic ut alibi vim habet affirmativam.

τὴν ἐπιθυμίαν τῆς Διονυσίου φιλοσοφίας: Richardsii Bur- 3
 netii Raederi correctionem, τὴν Διονυσίου, etsi facilis sit verbo-
 rumque conformationem loco 328 a adaequet, tamen necessariam
 esse non puto. Sententia existit gravior, si ἡ Διονυσίου φιλο-
 σοφία subiectum est studii voce τὴν ἐπιθυμίαν significati:
 »perspexi quantum studii haberet illa Dionysii philosophia«. De
 vocis ἐπιθυμία absoluto qui dicitur usu cf. Pol. 2, 359 c θεώ-
 μενοι ποῖ ἢ ἐπιθυμία ἐκάτερον ἄξει.

εἰς τὸν πορθμὸν τὸν περὶ τὴν Σκύλλαν: fortasse spectatur 7
 nomen Σικελία.

ὄφρ' ἐτι . . . Χάρυβδιν: versus est Hom. Od. 12, 428; signi- c 1
 ficatur periculum, in quo Plato postea versabatur.

ὅτι τάχος: apud Platonem alibi non invenitur; occurrit Her. 4
 9, 7, Thuc. 7, 42.

ἐν τοῖς ἀποστόλοις πλοίοις: numero plurali navium genus 346 a 2
 significatur. Quod navigiorum genus vocabulo ἀπόστολα de-
 signetur parum et perspicuum. Stephani Thesaurus duas habet
 explicationes: 1) navigia dimissoria, i. e. quae dimitti modo huc,
 modo illuc solent a rei navalis praefectis, 2) quae iam dimit-
 tuntur et e litore solvunt. Hanc sequitur Howald, cum vertit
 »in ein ausfahrendes Schiff zu steigen« et Souilhé »monter sur
 le premier navire en partance«; alii navem onerariam dici pu-
 tant, velut Apelt »auf einem der gewöhnlichen Frachtschiffe zu
 fahren«, Andreae »eins der Frachtschiffe zu besteigen«, L. A. Post
 navem mercatoriam »to embark and sail in one of the merchant
 vessels«. Voce ἀπόστολον navem onerariam significari cum aliis
 lexicis commemoratur tum illo quod a Liddellio et Scottio hoc
 tempore editur; exempli causa affertur locus ex [Her.] Vita Ho-
 meri 19. At illo loco nihil est, quo significatio illa probetur.
 De Homero narratur Erythris Chium traiecturo navigiumque

quaerenti: *ἐκ μὲν δὴ τοῦ λιμένος οὐδὲν ἦν ἀπόστολον, ἀγχι δ' αὐτὸν* (sc. is quo adiuvante Homerus quaerebat) *ἐνθα τῶν ἀλιέων τὰ πλοῖα ὀρμίζεται*. Et re et verborum conformatione (*ἐκ . . . τοῦ λιμένος . . . ἀπόστολον*) discimus navem ad navigandum paratam et brevi e litore soluturam dici, non navem onerariam. Quod etiam verbi ἀποσιτέλλειν — »e litore solvere« significatione confirmatur, velut [Dem.] 34, 28 *καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες οἱ τὰ ἀμφοτερόπλοα δανειζόμενοι, ὅταν ἀποσιτέλλωνται ἐκ τῶν ἐμπορίων, πολλοὺς παρίστανται, ἐπιμαρτυρόμενοι ὅτι τὰ χρήματα ἤδη κινδυνεύεται τῷ δανείσαντι*.

6 *τῇ μετὰ ταῦτα . . . ἡμέρα*: postquam Plato eum certiore fecit fixum sibi atque deliberatum esse Syracusis discedere.

7 *Δίων . . . καὶ τὰ Δίωνος ἐμποδῶν ἀπαλαχθήτω τοῦ . . . διαφέρεσθαι*: cf. Apol. 39 c ἀπαλλάξεσθαι τοῦ διδόναι ἔλεγχον τοῦ βίον, Phil. 20 c ἀπήλλακται . . . ἡδονὴ τοῦ νικᾶν, Theaet. 199 c τοῦ . . . μὴ ἐπίστασθαι ἀπηλλάγμεθα.

b 5 *ἐγγνητὰς γίγνεσθαι*: infinitivus praesentis usitatus est in formulis conventorum pactorum legum, etiamsi actio quam perfectivam dicimus designetur; cf. 348 d *μηδὲν ἄλλο αὐτῷ φλαῦρον γίγνεσθαι*.

c 1 *τὸ βέβαιον . . . παρεχέτω*: adiectivum βέβαιον, verbum βεβαιοῦν, substantivum βεβαίωσις et βεβαιωτής saepe in iis quae in papyris scripta inveniuntur de pignore sive dando sive dato in usu sunt, velut etiam III. p. Chr. n. saec. Pap. Ox. 9, 1200, 29 *ἔτι τε καὶ παρέξομαι σοι βέβαια διὰ παντὸς ἀπὸ πάντων πάσῃ βεβαιώσει*.

3 *ἀνελέσθαι*: proprium de pecuniis reposcendis vocabulum, cf. Leg. 10, 913 b *ἀνελεῖν τὴν γῆν παρακαταθήκην*, ib. c (ὅς ἂν) *ἂ (μὴ) αὐτὸς κατέθετο . . . ἀνέλῃται*, IG V 2, 159 (= Ditt. Syll. III³ 1213 p. 358) *Ξουθία παρακάθεκα τῷ Φιλαχαίῳ τζετρακάτῃαι μναὶ ἀργυρίο. εἰ μὲν κα ζόε, αὐτὸς ἀνελέσθο, αἱ δέ κα μὲ ζόε, τοὶ υἱοὶ ἀνελέσθο τοὶ γνέσῃοι, ἐπεὶ κα ἐβάσαντι πέντε φέτα*.

7 *εἰς . . . ὥρας ἀπιθι*: v. 347 a *ἂν δὲ περιμείνω τὸν ἐνιαυτόν*. De dictione *εἰς ὥρας* cf. Theocr. 15, 74 *κείς ὥρας κῆπεια*. Plut. Pericl. 10, 2 *προσδοκῶντας . . . βαρὺν εἰς ἔτους ὥραν πόλεμον*. Quae dictio non significat »vere (proximo)«, ut vertunt Apelt, Howald, Andreae, sed idem quod latine dicitur »ad annum«.

κατ' ἔμμαντὸν γενόμενος: cf. Phaed. 65 c *διαν* ... *μάλιστα* d 5
αὐτὴ καθ' αὐτὴν γίννηται (ἢ *ψυχῇ*).

ἴδε λόγος: Plato saepissime deliberationem in formam orationis vel colloquii redigit, velut supra 328 d sq.; quod cogitatione animus tamquam secum disserit v. Soph. 263 e *οὐκοῦν διάνοια μὲν καὶ λόγος ταῦτόν* · *πλὴν ὁ μὲν ἐντὸς τῆς ψυχῆς πρὸς αὐτὴν διάλογος ἄνευ φωνῆς γινόμενος τοῦτ' αὐτὸ ἡμῖν ἐπωνομάσθη, διάνοια* . . . *τὸ δὲ γ' ἀπ' ἐκείνης ῥεῦμα διὰ τοῦ στόματος ἰὸν μετὰ φθόγγου κέκληται λόγος.* Deliberatione quae sequitur Plato se defendit quod diutius quam aequum videatur apud Dionysium commoratus est.

διακελεύμενος: sc. *ἐπιστέλλειν*.

e 2

ἄγειν ναύτην: Burnet dum codicum lectionem *ναύτην* restituit pro ea quam editiones exhibent *ναύτης*, comparat Soph. Phil. 901 *ὥστε μὴ μ' ἄγειν ναύτην*. Voce *ναύτης* non solum poetae eum qui nave vehitur designant, ut Aesch. Pers. 719, sed etiam prosae orationis scriptores, v. praeter hunc locum Leg. 10, 906 e *κυβερνήταις* . . . *ἀνατρέπουσι* . . . *ναῦς τε καὶ ναύτας*. De eadem re narratur supra 329 e.

347 a 1

ἔξω μὲν Δίῳινα ταῦτα ἐπιστέλλειν: alterum huius verborum ambitus membrum, quod particula *δέ* notandum erat, non sequitur, cum oppressum sit alia deliberatione quid futurum esset si Dionysius quae promitteret praestitisset (*ἐὰν μὲν* . . .), quid si non praestitisset (*ἂν δ' οὐδ'* . . .).

καταγελάστω: apud Platonem saepissime ea quae prave aguntur ridicula, quae recte non ridicula appellantur; ex epistulis cf. 343 c *οὐ καταγελάστοι γινόμεθα ὅπ' ἀλλήλων*, 347 d *πάνν μὲν ὄμην γελοῖον εἶναι ὅτι λέγειν ἔτι*, 2, 314 a *οὐκ ἔστιν τούτων* . . . *καταγελαστότερα ἀκόσματα*.

b 1

τὰ νῦν ὑποφαίνοντα: »quae nunc sublucent«, cf. Soph. 245 e *δηλοῖ σχεδὸν καὶ τὰ νῦν ὑποφαίνοντα*.

3

κύριον: »dominum« habebant ii, qui sui iuris non erant, velut mulieres, v. annot. ad 345 c 2.

c 1

καὶ ταῦτα ἐπιστέλλειν: sc. *Δίῳινα*.

3

ὅτε δὴ μοι καὶ Διονύσιος ἐμνήσθη λέγων: *ἐμνήσθη* cum dativo *μοι* ut Lach. 200 d *διαν τι αὐτῷ περὶ τούτου μνησθῶ*.

7

d 2 τὰ μὲν ἡμίσεα ἐμοὶ δώσειν ἄγειν, τὰ δ' ἡμίσεα τῷ παιδί καταλείψειν αὐτοῦ: de eadem re scribitur 3, 318a τὰ μὲν ἡμίσεα ἀποπέμψειν εἰς Κόρινθον, τὰ δ' ἄλλα τῷ παιδί καταλείψειν αὐτοῦ, v. et annot.

4 ὧμην γελοῖον εἶναι ὅτι λέγειν ἔτι: haec est lectio codicum manuscriptorum qui summae sint auctoritatis; Bekker eumque secutus Bertheau scribunt *τι λέγειν*, quam lectionem in cod. U 132 inventam etiam Souilhé accepit, cum Burnet emendationem Hermanni *ἀντιλέγειν* (pro *ὅτι λέγειν*) praetulerit, Howald lacuna quam putabat expleta *ὅτι δέοι λέγειν ἔτι* scripserit. Equidem existimo lectionem *ὅτι* esse retinendam, cum pronomen *ὅτι* aequae ac (*καὶ*) *ὅτιοῦν* »quidcumque« vel »quidquam« significare possit.

e 5 ταύτη μοι βεβοηθημένον ἐγεγόνει φιλοσοφία καὶ φίλοις: de periphrastica quae vocatur dictione *βεβοηθημένον ἐγεγόνει* cf. Leg. 9, 857 c τὰ περὶ τὴν τῶν νόμων θέσιν οὐδενὶ τρόπῳ πώποτε γέγονεν ὀρθῶς διαπεπονημένα et ib. 2, 660 d. Plato cum ad id tempus philosophiae et amicis consuluerit, post suum Dionysiiique discidium factum suas rationes sibi curae habendas vidit.

348 a 1 καθάπερ ὄρνις ποδῶν ποθεν ἀναπέσθαι: similis est comparatio Phaedr. 249 d *προθυμούμενος ἀναπέσθαι, ἀδυνατῶν δέ, ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω*. Epistulae locum fortasse spectat Cicero cum Ad Att. 9, 10, 2 scribit »ita dies et noctes tamquam avis illa mare prospecto, evolare cupio«.

2 διαμηχανώμενος τίνα τρόπον ἀνασοβῆσοι με μηδὲν ἀποδοῦς τῶν Δίωνος: de eadem re propriis verbis dicitur 3, 318 b *μηχανὴν . . . ἠύρες, ἐμὲ ἐκφοβεῖν . . . ἵνα μηδὲ ἐγὼ ζητοῖην τὰ χρήματα ἀποπέμπεσθαι*. Vocabulo *ἀνασοβῆσοι* usus Plato avis imaginem retinet, etsi summa sententia in participio *μηδὲν ἀποδοῦς* posita est. Verbum *ἀνασοβεῖν* ut alibi ita etiam hic »(terrendo) suscitare« significat, cf. Lys. 206 a *εἰ ἀνασοβοῖ θηρέων καὶ δυσσαλωτοτέραν τὴν ἄγραν ποιοῖ (θηρευτῆς)*, non »comprimere« ut existimabat Ast, Lex., neque »retinere«, quam sententiam locus postulare videbatur Karstenio, Commentatio p. 77; Astii interpretationem sequuntur Apelt (»kirre machen«), Howald (»zum Schweigen bringen«), Souilhé (»m'apaiser«); recte vertit I. A. Post »of frightening me off«. Significationem

quam rectam esse putamus similem esse apparet sententiae verbi *ἐκφοβεῖν* 3, 318 b, loco quem supra attulimus.

τῶν δὲ μισθοφόρων . . . παρὰ τὰ τοῦ πατρὸς ἔδη: Dionysius 3
 Maior iam ab initio dominationem suam militibus praetorianis
 atque mercennariis sustinebat, v. Diod. 13, 96, neque dubitabat
 in eam rem magnam impensam facere. Cum Gelam auxilio vo-
 catus esset, Dexippi mercennariis debita stipendia e publicatis
 fortunis divitum mortis damnatorum solvit suisque militibus
 duplicem mercedem sese daturum est pollicitus, Diod. 13, 93;
 collegas imperii accusabat praeter alia etiam quod militibus sti-
 pendia deberent, ib. 94; cum ad eum solum summa imperii
 delata esset, legem tulit ut stipendia duplicarentur, ib. 95.

παιῶνά τινα ἀναβοήσαντες βάρβαρον καὶ πολεμικόν: mer- b 2
 cennarios barbaros, de quibus hic agitur, Oscos fuisse verisimile
 est; v. annot. ad 8, 353 e 3.

συνεχώρησεν: alium fuisse eventum mercennariorum motus 3
 narrat Polyaeus 5, 2, 11, cuius narrationem ad Dionysium Mi-
 norem esse referendam existimo: *Διονύσιος τοὺς πρεσβυτέρους*
τῶν στρατιωτῶν ἀπομίσθους ἐβούλετο ποιῆσαι· οἱ δὲ ἡγανά-
κτουν πρὸς αὐτὸν καὶ οἱ νέοι ὡς ἄδικον, εἰ γηρῶντες ἐκβάλ-
λοιντο. ὁ δὲ τὸν θόρυβον μαθὼν συναγαγὼν ἐκκλησίαν ἀνα-
γορεύει τάδε· 'τοὺς μὲν νεωτέρους ἐς τὸν κίνδυνον τῆς μάχης
τάττω, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους ἐς τὰς φυλακὰς τῶν χωρίων Ἰσην
σύνταξιν λαμβάνοντας· πείραν γὰρ πίστεως δεδωκότες ἐπιμελῶς
τὰ χωρία φυλάξουσιν καὶ πονήσουσιν ἔλαττον.' ἤσθησαν οἱ στρα-
τιῶται πάντες καὶ διηρέθησαν ἀπ' ἀλλήλων ἄσμενοι. ἐπειδὴ δὲ
διελύθη τὸ πλῆθος καὶ κατ' ὀλίγους εἰς πολλὰς φυλακὰς ἐμε-
ρίσθη, καὶ δὴ τότε ἐκάστους τῶν πρεσβυτέρων ἀπομίσθους
ἐπόλησεν οὐκέτι τὴν παρὰ τοῦ πλῆθους ἐπικουρίαν ἔχοντας.

Ἡρακλείδης: v. annot. ad 3, 318 c 1. Quod Plato sic multis 5
 verbis exponit quantopere ipse tum studuerit rebus Heraclidae,
 quem Dio postea interfici iussit, iudicari potest Heraclidae nomen
 apud eos qui Dionis partes sequebantur haud fuisse invisum.

ἐκποδὼν αὐτὸν ἔσχεν ἀφανῆ cf. Aesch. Prom. 346 *ἀλλ' ἡσύ-* 6
χαζε σαυτὸν ἐκποδὼν ἔχων, Xen. Cyri inst. 6, 1, 37 *οἱ . . . φίλοι . . .*
συμβουλευούσιν ἐκποδὼν ἔχειν ἐμαντόν. In his verborum con-
 formationibus verbum *ἔχειν* aequè ac latinum «tenere» signi-

ficat »dirigere«, cf. dictiones (ναῦς, ἵππους) ἔχειν πρὸς τι, εἰς τι alia.

- 7 **Θεοδότην**: unus ex iis qui cum Dione stabant; commemoratur etiam 3, 318 c et 4, 321 b.

μεταπεμψάμενος . . . οὐτ' οἶδα οὐτ' ἤκουον: enuntiatum a participio inceptum inconcinne ad finem perducitur, cum interceptum sit Platonis recordatione quomodo ipse rerum quae tum agebantur particeps fuerit.

- c 4 **»Πλάτων« γὰρ ἔφη**: sic distinguendum esse puto, non ut Burnet **»Πλάτων γάρ«**, ἔφη, ut appareat particulam γάρ non pertinere ad orationem, quae dicitur recta, etsi ad primum accentu grave verbum, non ad ἔφη, inclinata sit; cf. Leg. 4, 715 c **»ἄνδρες«** τοίνυν φῶμεν πρὸς αὐτούς, 6, 772 e ὦ παῖ, τοίνυν φῶμεν ἀγαθῶν πατέρων φύντι, 10, 899 d ὦ ἀριστε δὴ φῶμεν. Hoc loco verbis ἔφη γάρ explicatur quo factum sit ut Theodotes et Dionysius coram Platone colloquerentur: Platonem a Theodote esse appellatum qui testis esset colloquii.

πεῖθω: post duo enuntiata condicionalia interposita (ἐὰν ἐγὼ . . . ἂν ἄρα . . .) huius verbi sententia alio verbo, quod est ἀξιῶ, excipitur.

- d 7 **γίγνεσθαι**: v. annot. ad 346 b 5.

μεταστήναι: v. 338 b 1 et annot.

- e 4 **Ἐδρύβιος**: iuxta Theodotem nominatur etiam 3, 318 c.

- 349 a 2 **εἰσῆλθομεν παρ' αὐτόν**: aliud fuit colloquium Platonis cum Dionysio praesentibus Archedemo et Aristocrito habitum, de quo v. 3, 319 a sqq.

- 5 **ἀποτετραμμένος**: »reversus« (sc. Syracusas); de hac verbi ἀποτερέπεσθαι significatione cf. Thuc. 5, 13 οἱ περὶ τὸν Ῥαμφίαν . . . ἀπειράποντο ἐπ' οἴκου, ib. 3, 24 εἰσὶ γάρ τινες αὐτῶν οἱ ἀπειράποντι ἐς τὴν πόλιν.

- 6 **παντοδαπὰ χρώματα ἤκεν**: cf. Lys. 222 b ὁ δὲ Ἴπποδάμης ὑπὸ τῆς ἡδονῆς παντοδαπὰ ἤφιει χρώματα.

- b 6 **σύ γε**: subiectum graviter pronuntiatum sententiam enuntiatam exprimit, cf. ἔγωγε, quod pronomen vice enuntiatam affirmativam fungi solet. Commemorare placet parum esse intellectum hunc locum ab eo, qui librum De elocutione scripsit; qui dum de oratione figurata (περὶ ἐσχηματισμένων) agit, in numero exemp-

lorum hoc quoque affert (l. c. 290): τοῦ αὐτοῦ εἶδους ἐστὶ καὶ τὸ Πλάτωνος πρὸς Διονύσιον ψευσάμενον καὶ ἀρνησάμενον, ὅτι »ἐγὼ σοὶ Πλάτων οὐδὲν ὠμολόγησα, σὺ μέντοι, νῆ τοὺς Θεούς«. καὶ γὰρ ἐλλήλεγκται ἐψευσμένος, καὶ ἔχει τι ὁ λόγος σχῆμα μεγαλεῖον ἅμα καὶ ἀσφαλές.

Τεισίαν: de hoc viro alibi nulla mentio fieri videtur. c 2

εἰς τὴν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν: et ex hoc loco et e Diodori locis 13, 109, 3; 14, 41, 1; 47, 5 iudicari posse censeo voce *ἐπικράτεια* proprie designari esse solitam Carthaginiensium in Sicilia dominationem et regionem. Post pugnam apud Cronium a. 383 commissam Carthaginienses Siciliam occidentalem usque ad Heracleam Minoam et Halycum flumen tenebant. 3

ἐχθρας λόγον: causam in inimicitiiis positam. In uno enuntiato duae sententiae coniunctae sunt: 1) quod Plato Heraclidae rerum particeps fuit, causam habuit Dionysius sui et Platonis discidii (cf. infra d sq. *πρόφασιν* . . . *ἄλλην τῆς πρὸς ἐμὲ διαφορᾶς*); 2) suum et Platonis discidium causa fuit Dionysio perficiendi quod diu cupiebat, Dionis rei familiaris Dioni non reddendae. 5

Θυσίαν τινὰ δεχήμερον: Diodorus 5, 4, 5 sqq. narrat in Sicilia festos Cereris Proserpinaeque dies esse constitutos, cum Siculi se primos Cereris dona accepisse profiterentur; Proserpinae reditum per sacrificium festumque coetum agitari tempore quo fruges maturescant, Cereris sollemnia per decem dies celebrari cum sementis tempus incipiat. Haec Cereris sacra illa *Θεσμοφόρια* Syracusana fuisse, de quibus Athenaeus 14, 647 a mentionem facit, veri est simillimum neque est dubitandum, quin ut Athenis ita etiam Syracusis a mulieribus agitata sint. In promptu erat existimare illa *Θεσμοφόρια* dici loco epistolae de quo agimus; re vera L. R. Farnell, *The Cults of the Greek States* 3, p. 331 annot. 103 et Athenaei et Platonis et Diodori locos quos diximus affert, quibus demonstretur *Θεσμοφόρια* Syracusis esse agitata. Tamen temporum ratio obstare mihi videtur ne huic opinioni acquiescamus. Spectantibus nobis locum epistolae 350 b apparet Platonem ante Olympiorum tempus, i. e. ante mensem Augustum Syracusis esse profectum, cum ab amicis Tarentinis auxilium expetivisset; cum *Θεσμοφόρια* sementis initio agitata esse sciamus, quod in Sicilia non prius mense Octobri et fuisse et d 2

esse constet, atque epistulae locum deliberantes putare non possumus inter illorum a mulieribus agitatorum sollemnium tempus et Platonis e Sicilia discessum Olympiacamque ludorum spectationem multorum mensium spatium interfuisse, necesse videtur concludere alia fuisse illa sollemnia, haud ita multo ante Olympiorum tempus a mulieribus agitata. Equidem puto illud sacrificium de quo mentionem facit Plato idem esse atque Proserpinae sacrificium, quod commemoratur apud Diodorum loco quem supra attulimus, tempore frugum maturescentium mense fortasse Aprili celebratum. Haec fuerunt sine dubio illa *Κόρεια*, quibus occisum esse Dionem narrat Plutarchus, Dio, 56, cf. Corn. Nep., Dio, 8; nescio an eadem fuerint *ἀνθεσφόρια* quae commemorat Pollux 1, 37: *έορταί έντιμοι . . . Κόρης παρά Σικελιώταις Θεογάμια και άνθεσφόρια*.

- 3 *παρ' Αρχεδήμω*: de quo iam 339 a mentio facta est; v. annot. ad 2, 310 b 4.
- 6 *πρόφασιν . . . αδελφήν τής πρόσθεν*: vox *αδελφός* apud Platonem saepissime transfertur ad rem quae alteri simillima sit significandam, velut Pol. 7, 530 d (*κινδυνεύουσιν*) *αδται άλλήλων αδελφαί τινες αί έπιστημαι είναι*, Leg. 7, 811 e (*τά λεγόμενα*) *αδελφαί που τούτων των λόγων*.
- e 2 *συγγιγνοίμην*: haec codicum A O lectio maiore vi sententiam exprimit quam *συγγενοίμην*, lectio codicum recentiorum, ab Hermannio recepta, nam actionis iteratione significata hyperbole quae dicitur existit ad interrogationem qua continetur aptissima.
- 3 *έκέλευε . . . σοι φράζειν*: omissum est pronomen *με*, v. annot. ad 3, 317 e 2.
- 4 *Δίωνα και τους Δίωνος φίλους αί περι πλειονος αυτού ποιούμενος*: de eadem re cf. 3, 318 c *έλεπες ότι και πάλαι σοι δήλος είναι σου μέν ούδέν φροντίζων, Δίωνος δέ και των Δίωνος φίλων και οικείων*.
- 5 *οἰκέτι μετεπέμψατό με . . . ώς . . . έντος*: genetivus absolutus pro participio coniuncto positus maius addit pondus ad sententiam exprimendam; cf. annot. ad 6, 322 d p. 132.
- 7 *οἰκ εννοεῖν*: cf. absolutum adiectivi *έννοος* usum Pol. 8, 549 e *οί δοκοῦντες έννοι είναι*, Phaedr. 239 e *των φιλιότων τε και έννοουσιότων και θειοτάτων κτημάτων*.

οἱ τῶν ὑπηρεσιῶν ὄντες Ἀθηναῖοι: remiges qui Syracusis sibi victum quaerebant. 350 a 2

παρ' Ἀρχύτην: v. annot. ad 338 c 6. 5

καὶ Λαμίσκον: viri nomen in Platonis codicibus parum certum est, cum *A καὶ *** λαμίσκον, O καὶ σαλαμίσκον* puncto supra *σα* posito exhibeat. In Archytæ quæ fertur epistula apud Diogenem Laert. 3, 22 allata, qua Archytas Dionysium admonens fingitur ut Platonem libere abire permittat, præter Lamiscum etiam Photidas nominatur. Secundum aliam Archytæ quæ fertur epistulam, quam apud Diogenem Laert. 8, 80 legimus, per Lamiscum Archytas de Platonis valetudine fit certior. b 1

ἐδεῖτο περὶ ἐμοῦ: cf. Hipp. Min. 373 a *δέου ὑπὲρ ἐμοῦ.* 2

καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποιεῖν: subiectum est »Dionysium.«

ἀπέπεμψεν ἐφόδια δούς: de viatico cf. 1, 309 c 1 et annot. 4
Mirum videtur quod Plutarchus, cum in Dionis vita 20 de hoc Platonis discessu eadem fere quæ Plato narret, Platonis ipsius verba cum sua narratione parum concinere dicit: *τοιαύτην μὲν τὴν ἀποστολὴν τοῦ Πλάτωνος γενέσθαι λέγουσιν οὐ μέντοι τὰ Πλάτωνος αὐτοῦ πάνν τούτοις συνρίζει.* Rectius dicendum erat *οὐ μέντοι τὰ Πλάτωνος αὐτοῦ πάνν ἀπὸ τούτων ἀπάδει.*

οὔτε τις ἀπέδωκεν: additur fortasse ne quis dicere possit Platonem de Dionis pecunia aliquid sibi retinuisse. 5

Ἄλινα καταλαβὼν θεωροῦντα: Olympia dicuntur anno 360, 6 initio olympiadis 105, celebrata. Hic locus maximi est momenti ad rationem ineundam, quo tempore Plato in Graeciam reverterit. Alia erant Olympia quorum 2, 310 d mentio fit.

ἐκβολῆς ἀδίκου καὶ φυγῆς: Dio propriis vocabulis appellat suæ sortis condicionem, quam Dionysium *μετάστασιν* putari voluisse supra 338 b dictum est. c 3

βία τινὰ τρόπον: mensae foci sacrorum societate, quamquam Plato eam se tamquam vi coactum cum Dionysio iniisse declarat, tamen fidem suam obligari profitetur. 5

οὐσσιον καὶ συνέσιον: de hac obligatione cf. Euthyphronis opinionem Euthyphr. 4 b sq. *ἐπεξιέναι, ἐάνπερ ὁ κτείνας συνέσιός σοι καὶ ὁμοτράπεζος ἦ.* 6

ὄμως οὐκ ἀπέκτεινεν, ἠδέσθη δέ: pro ea re se gratiam habere Dionysio scribit Plato supra 340 a *ἐσώθην γάρ τοι πάλιν ἐόντῳ* d 1

χῶς, καὶ τούτων γε μετὰ θεὸν Διονυσίῳ χάριν εἶδέναι χρεῶν, δι . . . ἔδωκέν τι μέρος αἰδοῖ τῶν περὶ ἐμὲ πραγμάτων.

οὐτ' οὖν ἡλικίαν ἔχω συμπολεμεῖν: Plato eo tempore sexagesimum septimum aetatis annum agebat.

2 *σχεδὸν οὐδενί:* v. annot. ad 324 a 4.

3 *ἀγαθόν . . . κακά:* Plato magis omnem vim omnemque armorum usum quam bellum Dionysio inferendum videtur improbare. Quae illo tempore de vi adhibenda sensit atque Dionī exposuit, etiam hoc tempore, cum a Dionis amicis ad res Syracusanas opera adiuvandae vocetur, repetenda esse existimat, quamquam iam supra dum consilium datur dicta sunt, v. praecipue 336 e sq.; eadem sententia repetitur epistula exeunte 351 c, cf. etiam 8, 352 d. In epistula quarta, quae brevi post res a Dione prospere gestas scripta est, maiorem earum rerum partem se habuisse affirmat, v. annot. ad 4, 320 a 2.

5 *πλάνην καὶ ἀτυχίαν:* » duobus his verbis optime de rebus in Sicilia gestis iudicat. Omnes spes et Dionysii philosophiae conciliandi et rei publicae legibus constituendae eum fefellerant, omnes conatus repressi erant. Identidem frustra in Siciliam profectus semper infecta re domum reverterat. Tum pertaesum est vagae illius atque infelicis vitae; id quod praecisis verbis hic dicitur: *μεμνηκῶς τὴν περὶ Σικελίαν πλάνην καὶ ἀτυχίαν* (Bertheau).

ἀπειθοῦντες δὲ καὶ οὐ πειθόμενοι: de omnibus quasi secum ipse loquitur, de Dione eiusque amicis et de Dionysio, aequae ac infra e 3 *νῦν δὲ ὀρμήσαντες ἐπ' ἀλλήλους κακῶν πάντα ἐμπειπλήκασιν.* De pleonasmō v. annot. ad 3, 318 a 3.

c 2 *ὅσα γε δὴ τάνθρωπινα:* cf. Crit. 46 e *ὅσα γε τάνθρωπεια.*

καὶ τῷ βούλεσθαι καὶ τῷ δύνασθαι: Hipp. Mai. 301 c legimus horum verborum inter se oppositionem in proverbio esse: *οὐχ οἷα βούλεται τις, φασὶν ἄνθρωποι ἐκάστοτε παροϊμιαζόμενοι, ἀλλ' οἷα δύναται;* cf. Gorg. 509 d *πότερα δύναμιν ἢ βούλησιν;*

351 a 2 *καὶ ἄλλον, ὅστις μέτριος:* dicit et Dionis amicos ad quos scribit; ita revertitur ad initium epistolae pluribusque verbis eam sententiam explicat.

4 *διανοοῖτ' ἄν:* verborum comprehensione incepta a verbis *ἦνπερ ἄν ἐγὼ φαίην δεῖν ἐμὲ καὶ ἄλλον* ad finem non deducta

verbum ἔχειν deest; longioris obiecti *περὶ τε τῆς αὐτοῦ δυνάμεως καὶ φιλῶν καὶ περὶ πόλεως τῆς αὐτοῦ* additione factum est, ut scribentis animus ab illo initio abductus huic obiecto aliud verbum *διανοοῖτ' ἂν* adderet.

τὰ μέγιστα: referendum est ad *εὐεργετῶν*, v. annot. ad 343 c 5.

ἔστιν δὲ οὐκ: » nec vero hoc fit «; particula *οὐκ* cum vi quadam post verbum ponitur, cf. Apol. 21 c *δοκεῖν μὲν εἶναι σοφός . . . εἶναι δ' οὐ*. Orationis ambitu qui sequitur explicatur quomodo illud *εὐεργετεῖν* intellegendum sit.

ἐπιβουλεύσας: absolute dicitur de insidiis rei publicae parandis, cf. Leg. 9, 856 c *ἐνδεικνύτω ταῖς ἀρχαῖς εἰς κολοῖν ἄγων τὸν ἐπιβουλεύοντα βιαίου πολιτείας μεταστάσεως ἅμα καὶ παρανόμου*.

συνωμότας συναγαγών: de coniurationum sodalitatumque ad evertendam rem publicam usu v. annot. ad 325 d 1.

διαφορῇ τὰ τούτων χρήματα: *διαφορεῖν* proprie dicitur de fortunis dissipandis, cf. Isaeum 6, 39 et 11, 31.

καὶ τοῖς συνεργοῖς τε καὶ ἐταίροις παρακελεύηται: verbi *παρακελεύηται* obiectum *διαφορεῖν τὰ τούτων χρήματα* non repetitur, cf. Conv. 212 b *καὶ αὐτὸς τιμῶ τὰ ἐρωτικά καὶ διαφερόντως ἀσκῶ, καὶ τοῖς ἄλλοις παρακελύομαι*.

ἐγκαλῆ: Burnet secundum A O *ἐγκαλεῖ; ἐγκαλῆ V, ἐγκαλῆ A², ἐγκαλῆ O²*.

ταῦτὸν δέ: sc. *ἔστιν οὐκ*. Affertur alterum exemplum pravi beneficii.

μεγάλῃς προεστῶς πόλεως . . . μὴ κατὰ δίκην: fortasse res publica Atheniensis Platonis animo obversatur eiusque inter socias civitates principatus bellis Persicis paratus, de quo supra 332 b sq. mentionem facit.

ἐπὶ δύναμιν . . . ἐπὶ πολιτείαν δὲ καὶ νόμων κατασκευήν: res publica legitime constituta tyrannidi opponitur atque praefertur.

οὐ τι δι' ὀλιγίστων θανάτων καὶ φόνων γιγνομένην: iterantur momentis verba, ne qua vis adhibeatur in consiliis persequendis; v. annot. ad 350 d 3.

προτιμήσας τὸ πάσχειν . . . τοῦ δρᾶσαι πρότερον: de voce *πρότερον* per pleonasmum addita cf. Leg. 10, 913 b *δίκην ἐν τῇ*

ψυχῆ πλοῦτου προτιμήσας ἐν οὐσίᾳ κεκτῆσθαι πρότερον, ib. 887 b οὐδὲν ἐν τῷ παρόντι δεῖ προτιμᾶν βραχυλογίαν μᾶλλον ἢ μήκος.

6 **δμως:** Dio quamquam cavet ne impia — quae pati quam facere maluit — pateretur, tamen ab adversariis labefactatus est.

d 2 **τὸ μὲν ὄλον οὐκ ἂν ποτε διαψευσθῆι:** etiamsi quis de re in universum non fallatur neque ignoret eam esse, decipi potest, dum nescit quam sit magna.

5 **βία:** haec vox magnum habet pondus in fine enuntiati posita: etiam Dio quamvis fuerit prudens, vi est circumventus.

6 **κακοὶ μὲν γὰρ ὄντες . . . λαιμαργίας ἔλαθον:** non iisdem verbis hunc locum commemorat Iulianus ep. 58, 7 Herch. *ἐξηπάτησε καὶ Πλάτωνα τὸν μέγαν ὁ σὸς δμῶννυμος* (sc. Dionysius), *ἀλλὰ καὶ ὁ Ἀθηναῖος Κάλλιππος· εἰδέναι μὲν γὰρ αὐτὸν φησι πονηρόν, τηλικαύτην δὲ ἐν αὐτῷ τὸ μέγεθος κακίαν οὐδὲ ἐλπῖσαι πώποτε.*

352 a 1 **μετὰ τὰ νῦν ῥηθέντα:** i. e. eorum quae dicta sunt ratione habita; de hoc praepositionis *μετά* usu cf. Leg. 5, 746 d *νῦν δὲ τοῦτ' αὐτὸ προθυμητέον ἰδεῖν μετὰ τὴν δόξαν τῆς τῶν δώδεκα μερῶν διανομῆς, τὸ τίνα τρόπον* quae sequuntur.

2 **τὴν εἰς Σικελίαν ἀφιξὲν τὴν δευτέραν:** spectat duo itinera ad Dionysium Minorem suscepta. Epistulam sui defendendi causa a Platone esse scriptam hac conclusione aperte ostenditur.

3 **τὴν ἀτοπίαν καὶ ἀλογίαν τῶν γενομένων:** inutilis est Karstenii coniectura *λεγομένων* pro *γενομένων*, recepta ab Hackforthio: cf. Theaet. 201 b *διδάξαι ἱκανῶς τῶν γενομένων τὴν ἀλήθειαν*. Quae τὰ *γενόμενα* dicuntur, est praecipue tertium Platonis iter Siciliense et res quibus ad id suscipiendum commotus sit.

5 **ἔδοξαμεν:** sic lego Wilamowitzium, Plato II p. 410, secutus; Burnet alii *ἔδοξέν τω*.

EPISTULA OCTAVA.

Epistula quae praecedit Dionis amicis legentibus sine dubio multa quidem ad Platonem ipsum pertinentia continere videbatur, pauca eaque parum certa ac definita quibus de re publica constituenda consilia darentur. Quam ob rem Plato, cum aut ipse id animadvertisset aut ab iis, ad quos scripserat, esset admonitus, alteram epistulam ad eos misit, in qua re vera evitavit ne secundarium pro eo quod caput esset sibi dicere contingeret (v. 7, 330 c).

Etiam in hac epistula Plato tamquam arbiter quidam studiis odiisque carens ad litigantes partes accedit et suadet, quibus rebus turbulentae civitati aequa pax parari posse videatur. Notabili diligentia curat, ut Dionysium cum Dionis parte reconciliet, scilicet veritus ne Dionysio ab imperio prorsus remoto res publica intemperata libertate pereat. Gravissima est admonitio ostendentis rerum statum esse periculosum neutramque partem satis superiorem (*ἐπειδὴ κατέχει κίνδυνος Σικελίαν, καὶ οὐτε κρατεῖτε ἰκανῶς οὐτ' αὐ διαφερόντως κρατεῖσθε* 355 d).

Epistulam octavam haud ita multo post septimam fortasse a. 352 esse scriptam apparet, praesertim cum Hipparini quo Dionis amicos adiuvit auxilium 356 a recens appelletur.

ἂ δ' ἂν διανοηθέντες . . . εἶ πράττειτε ὄντως: initium epistulae cum praescripti formula coniunctum est, cf. initium ep. 3, 315 a; quam ob rem particulam *δέ* habet. Adverbio *ὄντως* res vera a cotidiana illa atque vulgari epistularum locutione discernitur. De Platónico praescripto quod est *εἶ πράττειν* v. annot. ad 3, 315 b1 et 13, 360 a.

μάλιστα: ad *διανοηθέντες* referendum est, cf. Euthyd. 283 c *ταῦτα οὖν διανοηθεὶς ἔτι μᾶλλον εἶπον*, Alcib. I. 106 a *εἰ δὲ δὴ ὅτι μάλιστα ταῦτα διανενόημαι*.

πλήν εἴ τις αὐτῶν ἀνοσιουργὸς γέγονεν: dici videtur factio **c 2** Callippi, de quo v. annot. ad 7, 333 e1; etiam 7, 336 c sq. Plato dum suadet de iis, qui ad Siciliam condendam vocandi sint, excipit

illos, qui Dionis interfectorum et Siculam vitam sequantur; 7, 334 a impium (*ἀνόσιον*) appellatur facinus fratrum Atheniensium a quibus Dio per fidem interemptus est.

ἀνίατα: quod Plato quae insanabilia sint curare non vult v. annot. ad 5, 322 b 6.

- 3 *οὐκ ἂν ποτέ τις αὐτὰ ἐκνήψαιεν*: de elutionibus quae a medicis exercentur cf. Crat. 405 a sq., ubi Apollinis nomen explicatur, praecipue b *κατὰ μὲν τοίνυν τὰς ἀπολύσεις τε καὶ ἀπολύσεις, ὡς ἱατρὸς ὢν τῶν τοιούτων, Ἀπολύων ἂν ὀρθῶς καλοῖτο*.

ἃ λέγω νῦν: voce *νῦν* in fine enuntiati posita significatur ea, quae Plato in hac epistula dicturus sit, ponenda esse iuxta illa, quae epistula septima continentur.

- 5 *τῶν μὲν . . . τῶν δέ*: dissensio erat inter eos, qui post Dionem interfectum rem publicam populari ratione constituere studebant, et eos, qui tyrannidem instaurare cupiebant; de eadem re cf. 353 c *εἰ μὲν ῥαδίως ὑμεῖς ἀποφυγεῖν οἴοι τ' ἦτε αὐτοὺς . . . , ἢ κείνοι ἐλεῖν εὐπειτῶς πάλιν τὴν ἀρχήν*, 353 e *καὶ τὸ τυραννικὸν ἄπαν καὶ τὸ δημοικὸν γένος*, 354 a *τυραννεύσαντι τε καὶ τυραννεύοντι*, 354 c sq. *τοῖς μὲν τυραννίδος ἐφιεμένοις . . . τοῖς δέ . . . ἐλεύθερα διώκουσιν ἡθῆ*, 355 d *τοῖς τε φεύγουσιν τῆς ἀρχῆς τὴν χαλεπότητα ὑμῖν καὶ τοῖς τῆς ἀρχῆς πάλιν ἐρῶσιν τυχεῖν*.

- 6 *τῆς τυραννίδος*: genetivus obiectivus, cf. Phaed. 107 c *οὐδεμία ἂν εἴη . . . ἄλλη ἀποφυγὴ κακῶν οὐδὲ σωτηρία*.

τέλος ἐπιθεῖναι: » cumulum adicere«, cf. 7, 340 c *πρὶν ἂν . . . τέλος ἐπιθεῖν πᾶσιν*, Leg. 5, 735 e *θάνατον ἢ φυγὴν τῆ τιμωρίας τὸ τέλος ἐπιτιθεῖς*. Cf. *κολοφῶνα ἐπιθεῖναι* 3, 318 b, Euthyd. 301 e, Leg. 2, 673 d.

- d2 *δεῖν*: iuxta *ὀρθῆ* per pleonasmum ponitur; cf. Leg. 5, 731 e *ὀρθῶς ἔχει τὸ δεῖν εἶναι τοιοῦτον*, ib. 7, 814 c *τὸν νόμον τοῦτον, μέχρι γε τοσούτου μὴ ἀμελεῖσθαι τὰ περὶ τὸν πόλεμον γυναιξὶν δεῖν*, ib. 11, 933 b *δεῖσθαι καὶ παραινεῖν καὶ συμβουλεύειν μὴ δεῖν ἐπιχειρεῖν τοιοῦτο ὄραν*.

- 3 *κακὰ . . . ἀγαθὰ*: v. annot. ad 7, 350 d 3.

- 5 *δεῖ . . . τὰ τοιαῦτα ἐναργῶς ἰδεῖν*: *δεῖ* non tam ad *ἰδεῖν* pertinet quam ad participium *μακρὰν ἐλθόντας ποι*, quippe quo summa sententiae contineatur; cf. Gorg. 484 d *ἄπειροι γίγνον-*

ται . . . τῶν λόγων οἷς δεῖ χρώμενον ὀμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις, Phil. 23 c τὴν δέ γε ἀρχὴν αὐτοῦ διευλαβεῖσθαι πειρώμεθα τιθέμενοι.

τῆδε, αὐτοῦ περὶ Σικελίαν: adverbio τῆδε Plato locum designat, qui suo animo obversetur sibi que tamquam proximus sit, cf. 4, 321 b 4 et annot. et ταύτη 7, 326 b. 6

δρᾶν: sc. eadem quae in enuntiato quod praecedit verbis **πολλὰ κακὰ** (δρῶντα) expressa sunt. 7

τούτων μὲν: de exemplis quibus ostenditur ex malis mala gigni; quae supra pronomine τὰ τοιαῦτα significantur. e 1

τῶν δέ: apta esset verborum conformatio si ἀπορία ἐστίν **2** structuram regeret; qua enuntiato relativo ὅσα . . . ἀμφοῖν interrupta pronomen ταῦτα, quo τῶν δέ excipitur, obiectum fit in enuntiato aliter composito.

εὐχῆ . . . προσέοικεν: v. annot. ad 7, 331 d 4. 4

ἐπιχειρήσεις τοῦ λόγου: v. annot. ad 7, 341 e 1. 5

ἐπιτελής: cf. Leg. 11, 931 e εὐχάς . . . ἐπιτελεῖς γενομένης. **353 a 2**
Sententia huius loci est haec: suadere quae in rem sint difficillimum est piisque simillimum votis; tamen quae votis optantur interdum nobis contingunt; utinam et haec suadendi voluntas tamquam optatum quiddam eventum habeat; quod si ita erit, quaesitum consilium patefiet.

νῦν ὑμῖν καὶ τοῖς πολεμίοις σχεδόν, ἐξ οὗπερ γέγονεν ὁ πόλεμος, συγγένεια ἄρχει μία διὰ τέλους: huius loci variae sunt explicationes, quae et vocis τοῖς πολεμίοις et vocis σχεδόν sententia inter se videntur differre. H. Müller vertit »Jetzt herrscht über Euch und zumeist auch die Euch, seit der Krieg ausbrach, Verfeindeten fortwährend eine Sippschaft«; simili modo O. Apelt »Jetzt herrscht seit Ausbruch des Krieges über euch und man darf sagen auch über euere Feinde ununterbrochen eine einzige Familie« et G. Andreae »Jetzt herrscht über Euch und auch fast die Feinde, seitdem es zum Kriege gekommen ist, bis zuletzt ein einziges Geschlecht«; qui adverbio σχεδόν sententiam τοῖς πολεμίοις ἄρχει quodam modo deminui existimant. Contra alii σχεδόν ad enuntiatum temporale pertinere putant, velut E. Howald dum vertit »In letzter Zeit herrscht über euch und cure Feinde, so ziemlich seitdem der Krieg [mit Karthago] entbrannt 3

ist, ununterbrochen eine bestimmte Familie «, J. Souilhé » Actuellement vous et vos ennemis, à peu près depuis le temps où la guerre sévit, vous n'avez cessé d'obéir à une famille «, L. A. Post »There is one family that has for the most part ever since the war began supplied commanders to you and to your enemies «. *Bellum cum Carthaginensibus gestum dici aperte significat et Howald et in annotatione Souilhé, cum ceteri quinam sint illi hostes explicare praetermittant.*

Commemoranda videtur etiam vetus interpretatio Ficini, quem prorsus alio modo hunc locum in libro Graeco legisse apparet. Ficinus verbis *ὑμῖν καὶ τοῖς πολεμίοις* cum verbo *σημαίνουσα* coniunctis ita vertit: »Votum utique eius modi absolutum talem nobis significabit rationem, quae vobis simul inimicisque conducatur. Principio ex quo tempore bellum in Sicilia gestum est, familia una continue dominata est«. In codicibus manuscriptis quantum scio nulla invenitur lectio cui illa interpretatio respondeat; quam ob rem Ficinum ipsum lectionem corrigere temptavisse veri simile duco. Cuius interpretationis prius enuntiatum sententiae optime satis facit, alterum non ita. Quae cum ita sint, ipsa codicum manuscriptorum lectio retinenda atque explicanda videtur esse.

Ad hunc locum explanandum maximi esse momenti puto quae 356 a legimus; ubi Dio in sua quae fingitur adhortatione Dionysium »ducem exercitus hostium« (*τὸν νῦν τοῦ τῶν πολεμίων ἄρχοντα στρατοπέδου*) appellat. Dionysius Syracusis pulsus Locros Epizephyrios confugit ibique Pharae Lacedaemonio mercennariorum duce usus odiosum exercebat imperium. Tempore quo Dio Syracusanis invisus Leontinis morabatur, Dionysius filio Apollocrati Syracusarum arcem tenenti Nypsium Neapolitanum auxilio misit, cui contigit ut obsessis quae ad victum necessaria erant supportaret urbemque per mercennarios barbaros devastaret, v. Plut. Dio 41, Diod. 16, 18 sq. Postea Pharae a Dionysio adversus Dionem cum exercitu missus est, qui Dionem ad Agrigentum vicit, v. Plut. Dio 49. Dionysium Locris se tenentem atque comparatis copiis cum Dione, Dione interempto cum illius parte belligerantem haud sine causa »ducem exercitus hostium« appellari apparet. Videmus hostes

esse non Carthaginienses, sed eos duces exercitusque, quorum ope usus Dionysius Syracusarum dominationem recuperare studebat.

Hoc modo planum fieri existimo quod loco de quo agi coeptum est legitur, unam familiam ab ipso fere (*σχεδόν*) belli initio praeesse et apud eos, ad quos Plato scribit, et apud hostes: his praeerat Dionysius, illis Dio, post Dionis mortem Hipparinus, Dionysii Maioris filius; bellum dicitur id quod inter Dionem et Dionysium exortum etiam Dione mortuo usque ad Timoleontis illam victoriam in Sicilia gerebatur. Quae hic *συγγένεια μία* dicitur, 356 c appellatur *τὸ γένος τὸ Διονυσίου τε καὶ Ἰππαρίνου*; quae duo genera in unam coaluerunt affinitatem, cum Dionysius Maior uxorem duxit Aristomachen, Hipparini filiam, sororem Dionis, v. Plut. Dio 3. De affinitatibus in vita publica versantibus cf. Gorg. 472 b *ἡ Περικλέους ὀλη οἰκία ἢ ἄλλη συγγένεια*, Charm. 155 a *ἀπὸ τῆς Σόλωνος συγγενείας*, Pol. 6,491 c *συγγένεια ἐρρωμένη ἐν πόλει*.

κίνδυνος . . . ἔσχατος: praecipue cum Carthaginienses a. 405 5 Agrigentum cepissent.

ἀνάστατον . . . γενέσθαι: ἀναστήσαι proprie dicitur de eo, qui 6 aliquem sede movet et educit vel pellit, velut Her. 5, 71 *τούτους* (sc. supplices ad Minervae signum sedentes) *ἀμιστᾶσι . . . οἱ προτιάνεις τῶν ναυκράρων*; adiectivo ἀνάστατος ea designatur urbs, cuius incolae sedibus pulsi sunt; cf. Leg. 3, 682 d *Ἰχαιοὶ τὴν Τροίαν ἀνάστατον ἐποίησαν*.

ἐμβαρβαρωθεῖσαν: eodem vocabulo utitur Strabo 5, 1, 2 cum 7 scribit sua aetate Magnam illam Graeciam a barbaris Italicis incolis: *νοῦν δὲ πλὴν Τάραντος καὶ Ῥηγίου καὶ Νεαπόλεως ἐκβεβαρβαρωῦσθαι συμβέβηκεν ἅπαντα καὶ τὰ μὲν Λευκανοὺς καὶ Βρεττίλους κατέχειν τὰ δὲ Καμπανοὺς, καὶ τούτους λόγῳ, τὸ δ' ἄλληθὲς Ῥωμαίους · καὶ γὰρ αὐτοὶ Ῥωμαῖοι γεγόνασιν*.

ὡς νέον: Dionysius cum Syracusis a. 405/4 rerum potitus 8 1 est vicesimum quintum aetatis agebat annum, v. Cic. Tusc. 5, 57 »duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius, cum quinque et viginti natus annos dominatum occupavisset«.

σύμβουλον δὲ καὶ πρεσβύτερον Ἰππαρίνον: de Hipparino »viro 2 Syracusanorum nobilissimo« (*εὐδοκιμωτάτου Συρακοσίων*) men-

tionem facit Diodorus 16, 6, cum de affinitate, quae inter Dionysium Maiorem et Dionem erat, exponit; idem autem Hipparinum non commemorat, cum 13, 94 narrat Dionysium exercitus imperatorem esse electum. Contra Aristoteles Pol. 5, 6, 1305 b 39 Hipparinum exempli causa nominat, cum exponit qua ratione oligarchiae evertantur: *γίνονται δὲ μεταβολαὶ τῆς ὀλιγαρχίας καὶ διὰ ἀναλώσει τὰ ἴδια ζῶντες ἀσελγῶς · καὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι καινοτομεῖν ζητοῦσι, καὶ ἢ τυραννίδι ἐπιτίθενται αὐτοὶ ἢ καιασκευάζουσιν ἕτερον, ὥσπερ Ἴππαρίνος Διονύσιον ἐν Συρακούσαις.* Hipparinum socium fuisse imperii Dionysii, cui filiam Aristomachen in matrimonium dederit, memoriae prodit Plut. Dio 3 *Διονύσιος . . . ἄγεται δύο γυναῖκας ἅμα . . . τὴν δὲ ἐπιχώριον Ἀριστομάχην, θυγατέρα Ἴππαρίνου, πρωτεύσαντος ἀνδρὸς Συρακουσίων καὶ Διονυσίῳ συνάρξαντος ὅτε πρῶτον αὐτοκράτωρ ἐπὶ τὸν πόλεμον ἤρθε διὰ στρατηγός.* De ea re v. etiam annotationem quae sequitur. Quod Syracusani Hipparinum consiliarium et seniore Dionysio iuveni addiderunt, comparari potest cum Lacedaemoniorum more, apud quos consiliiarii (*σύμβουλοι*) nauarchorum commemorantur, v. Thuc. 2, 85, 1; 3, 69, 1; 3, 76; 8, 39, 2. Decem consiliarios regi Agidi, quod male res gessisset, lege decretos esse narrat Thuc. 5, 63, 4. Qui consiliiarii (*σύμβουλοι*) iidem seniores (*πρεσβύτεροι*) appellabantur, velut tempore pugnae apud Mantineam commissae apud Thuc. 5, 65, 2 regi »seniorum quidam« (*πρεσβυτέρων τις*) consilia dedisse dicitur, apud Diod. 12, 79, 6 Pharam, »unus ex consiliariis« (*εἷς τῶν συμβούλων*). Qua re illustrari puto et rem de qua hoc epistulae loco agitur et vocabula *σύμβουλον καὶ πρεσβύτερον*. Quod Wilamowitz, Platon, II 301 annot. 1, ὡς πρεσβύτερον pro καὶ πρεσβύτερον scribi vult, re explanata inutile esse existimo.

ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς Σικελίας αὐτοκράτορας, ὡς φασιν, τυράννους ἐπονομάζοντες: dictione ὡς φασιν significatur Platonem appellationem *αὐτοκράτορας τυράννους* Syracusanorum propriam fuisse putare. In Atheniensium decretis Dionysius Maior non *τύραννος*, sed *Διονύσιος ὁ Σικελίας ἄρχων* appellatur, v. Dittenb. Syll.³ 128 (a. 394/3) et 159 (a. 369/8). Ne Diodorus quidem tyranni appellatione utitur et Dionysium strategum esse creatum cum summo imperio scribit 13, 95 ὁ Διονύσιος ἀπεδείχθη στρατηγός αὐτο-

κράτωρ, ib. 94 τῶν καθημένων τινὲς ἀνεβόησαν στρατηγὸν αὐτὸν αὐτοκράτορα καθιστάναι. Eodem vocabulo (αὐτοκράτωρ στρατηγός) Dionysii imperium designatur apud Plutarchum, Dio 3. Tyranni nomen Dionysio addit Xenophon Hell. 2, 3, 5 Διονύσιος ὁ Συρακούσιος τύραννος, ib. 2, 2, 24 (ἐνιαυτός) ἐν ᾧ μεσοῦντι Διονύσιος ὁ Ἐρμοκράτους Συρακούσιος ἐτυράννησε. Recte mihi quidem videtur iudicare Reinhold, De Platonis epistulis p. 38, cum dicit probabile esse Diodorum veriora tradere neque statim publice tyrannos appellatos esse Dionysium et Hipparinum; fieri potuisse ut duo illi cum collegis praetores publice nominarentur, vulgus tamen tyrannorum uteretur appellatione. Nimia mihi videtur esse diligentia Josephi Souilhé, qui Plutarchum et Diodorum secutus hoc epistulae loco στρατηγούς pro τυράννους scripserit. At non est neglegendum quod Diodorus locis quos attulimus solum Dionysium nominat; re vera vix est credendum etiam Hipparinum sive τύραννον αὐτοκράτορα sive στρατηγὸν αὐτοκράτορα esse creatum atque appellatum. Sine dubio iudicandum est Platonem a Dione eiusque amicis de rebus in Sicilia gestis edoctum Hipparini, Dionis patris, auctoritatem maiorem quam re vera fuit fuisse credere; cf. 354 d πρὸ Διονυσίου καὶ Ἱππαρίνου ἀρξάντων, 355 e ubi Dio dum patris bene merita enumerat nulla Dionysii Maioris ratione habita dicit ὁ μὲν (i. e. Hipparinus) γὰρ ἀπὸ βαρβάρων ἤλευθέρωσεν ἐν τῷ τότε χρόνῳ τὴν πόλιν.

Verba ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς Σικελίας ad vocabulum αὐτοκράτορας pertinent; simili modo etiam aliis locis designatur cuius quis rei plenam liberamque potestatem habeat, velut Xenoph. Hell. 2, 2, 19 (οἱ ἤκουσιν) αὐτοκράτορες περὶ εἰρήνης, Arist. Ath. pol. 38 αἰροῦνται δὲ δέκα τῶν πολιτῶν αὐτοκράτορας ἐπὶ τὴν τοῦ πολέμου κατάλλωσιν; de triginta Atheniensium tyrannis dicit Plato 7, 324 c τριάκοντα . . . πάντων ἄρχοντες κατέστησαν αὐτοκράτορες.

θεῖαν . . . τύχην καὶ θεόν: v. annot. ad 7, 326 b 2. Fortuna 4 non temere dicitur, cum re vera Himilco qui tum Carthaginensibus praeerat rebus prospere gestis iamque prope Syracusas castris positus pestilentia, quae exercitum eius invasit, ab urbe oppugnanda prohibitus pacem ultro obtulisse videatur; qui fuit

a. 405 exitus prioris belli a Dionysio cum Carthaginensibus gesti; v. Diod. 13, 114 *διόπερ ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἀναγκαζόμενος Ἰμίλλκας ἐπεμφεν εἰς Συρακούσας κήρυκα, παρακαλῶν τοὺς ἠτιημένους διαλύσασθαι. ἀσμένως δ' ὑπακούσαντος τοῦ Διονυσίου τὴν εἰρήνην ἐπὶ τοῖσδε ἔθεντο . . . τῶν συνθηκῶν δὲ γενομένων Καρχηδόνιοι μὲν εἰς Λιβύην ἐξέπλευσαν, πλείον ἢ τὸ ἡμῖσιν μέρος τῶν στρατιωτῶν ἀποβαλόντες ὑπὸ τῆς νόσου οὐδὲν δ' ἦττον καὶ κατὰ Λιβύην διαμείναντος τοῦ λοιμοῦ, παμπληθεῖς αὐτῶν τε τῶν Καρχηδονίων, ἔτι δὲ τῶν συμμάχων διεφθάρησαν.*

6 *αἰτίαν συμβῆναι γενομένην:* v. annot. ad 7, 327 c 5.

7 *τοιούτων οὖν αὐτῶν γενομένων:* αὐτῶν i. e. Διονυσίου καὶ Ἰππαρίνου.

c1 *δίκαιόν που τοῖς σώσασιν πάντας χάριν ἔχειν:* quod Plato et hic et 355 d et 356 d tanto studio probat etiam Dionysium vel potius Dionysios debitas a Syracusanis gratias repetere posse, cum epistula septima nullam eius rei faciat mentionem, iudicare possumus eum Dionis amicos dehortari ne Dionysium Minorem Dionysiique Maioris filium Hipparinum a re publica administranda excludant, quod eos facere velle interea sive comperit sive suspicabatur.

4 *ἀναγκαίως:* cum γίγνουντ' ἄν coniungendum est.

d1 *ἐννοεῖν . . . χρεῶν:* de vocabuli χρεῶν usu Platonico v. annot. ad 7, 340 a 6.

2 *ἐν ἐλπίδι . . . γεγονάτε τοῦ νῦν οἰεσθαι σχεδὸν αἰετινος . . . ἐπιδεεῖς εἶναι:* de verborum structura cf. Pol. 1, 330 d *ἐπειδὴν υἱς ἐγγὺς ἢ τοῦ οἰεσθαι τελεutῆσειν.* Adverbium νῦν, quod ad infinitivum ἐπιδεεῖς εἶναι pertinet, propter significationis suae pondus (« hoc ipso tempore ») anteceptum, infinitivo τοῦ οἰεσθαι adiunctum est; 356 d adverbis νῦν αἰετ coniunctis significatur ea quae de praesenti dicuntur tempore ad omnia pertinere tempora.

3 *τὸ μὴ πάντα κατὰ νοῦν πράττειν:* de infinitivo cum accusativo articuli τὸ dictioni σμικροῦ ἐπιδεεῖς εἶναι addito cf. Pol. 1, 354 b *οὐκ ἀπεσχόμεν τὸ μὴ οὐκ ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν*, Lach. 190 e *ἀλλ' ἴσως ἐγὼ αἴτιος . . . τὸ σὲ ἀποκρίνασθαι μὴ τοῦτο . . . ἀλλ' ἕτερον.* Schneider Pol. I. c. recte explicat: « τὸ μὴ οὐκ ἐλθεῖν significat effectum eius quod verbis οὐκ ἀπεσχόμεν inest ».

συμβαίνει γιγνόμενον: v. annot. ad 7, 327 c 5.

συνάπτει . . . τελευτή . . . ἀρχῇ: verbi *συνάπτειν* usus intransitivus apud Platonem alibi non invenitur; cf. autem Her. 2, 75 τὸ δὲ πεδίον τοῦτο συνάπτει τῷ Αἰγυπτίῳ πεδίῳ, 4, 80 μελλόντων δὲ αὐτῶν συνάπτειν («manus conserere»), Aesch. Pers. 885 (Sidgwick) Τήνῳ συνάπτουσ' Ἄνδρος ἀρχιγείτων, Eur. Hipp. 187 sq. τὸ μὲν ἐστὶν ἀπλοῦν, τῷ δὲ συνάπτει λύπη τε φρενῶν χερσὶν τε πόνοσ. De fine principio annectendo cf. Leg. 6, 768 e τὴν ἀρχὴν νῦν τελευτῇ προσάψας περὶ τῶν τε εἰρημένων καὶ τῶν μελλόντων ῥηθῆσθεσθαι. In numero rerum gestarum, quibus quasi cyclum quendam Plato in enuntiato quod sequitur existere dicit, quo et tyrannidis et democratiae factio peritura videatur, haec poni possunt: democratia post Athenienses devictos aucta, cuius documentum fuit rei publicae forma a Diocle a. 412/1 constituta; Hermocratis conatus omnium rerum potestatis occupandae; democratia a Dionysio Maiore destructa; post Dionysii Maioris mortem factionis cui Dio praeerat studium tyrannidis in iustum regnum mutandae; Dio a Dionysio Minore in exilium missus; Dionysius a Dione Syracusis expulsus; Dio a Callippo, vindice qui videbatur libertatis, interfectus; discidium inter eos factum, qui post Dionem interfectum democratiam restituere cupiebant, et eos, qui tyrannidi studebant; Hipparinus Syracusis potitus, Callippus interemptus.

ἤξει . . . εἰς ἐρημίαν τῆς Ἑλληνικῆς φωνῆς Σικελία: et de periphrastica quae dicitur dictione *ἤξει εἰς ἐρημίαν* et de substantivo *ἐρημία* cum genetivo coniuncto cf. Phaedr. 232 d *πείσαντες μὲν οὖν ἀπεχθέσθαι σε τούτοις εἰς ἐρημίαν φίλων καθιστάσιν, ἐὰν δὲ τὸ σεαυτοῦ σκοπῶν ἀμεινον ἐκέλνων φρονῆς, ἤξει αὐτοῖς εἰς διαφοράν.*

Ὀπικῶν: fuerunt qui hoc nomine Romanos dici existimarent et hoc loco tamquam »vaticinio ex eventu« quod putabant usi octavam epistulam eo tempore scriptam esse affirmarent, quo Romani re vera Siciliam invasuri esse viderentur; velut R. Adam, Über die Echtheit der platonischen Briefe p. 25, conicit scriptam esse inter annos 272 et 241, i. e. inter bellum cum Pyrrho gestum, quo illud periculum Siciliae imminere inceperit, et primum bellum Punicum, quo illud vaticinium eventum habuerit. Etiam

alii, qui hanc epistolam interpretati sunt — excepto L. A. Postio, cuius sententiam nobis probatam argumentis confirmare studemus — etsi aliam quae sequitur explicationem praetulerint, ut H. Müller Howald Souilhé, tamen Romanos hoc loco dici non prorsus refellerunt.

Contra iam Niebuhr, Röm. Geschichte I p. 55 annot. 6 (ed. M. Isleri a. 1873) — quam annotationem neglexisse videntur et Apelt et Souilhé, cum H. Müllerum auctorem habentes scribunt Niebuhrum putavisse hoc loco Romanos dici — vidit Opicos dici illos mercennarios Sabellos, qui postea Mamertini et Campani appellarentur; in iis maxime constitisse Graecarum civitatum Siciliensium belli copias. Eandem sententiam profert E. Meyer, Gesch. des Altertums (ed. 3) III p. 527. Opicos vel ut Latini dicunt Oscos eosdem Ausones appellari scripsit Antiochus Syracusanus, v. Strab. 5, 242 c, et fortasse eum secutus Aristoteles, Pol. 7, 10, 1329 b 19. Contra Strabo Polybium secutus Ausones in Campania ante Oscos fuisse memoriae prodidit, v. 5, 232 d. Thucydides 6, 4, 5 Cumas Chalcidensium coloniam in Opicia esse sitam dicit; quod Aristoteles etiam Latium Opiciae esse dixit apparet ex Dion. Hal. Ant. Rom. 1, 72. Ad epistolae locum de quo agimus explanandum alicuius est momenti, quod Antiochus Syracusanus memoriae prodidit Siculos ab Oenotris et Opicis Italia pulsos Siciliam incoluisse, v. Dion. Hal. Ant. Rom. 1, 22; idem scribit Thuc. 6, 2, 4 *Σικελοὶ δ' ἐξ Ἰταλίας (ἐνταῦθα γὰρ ᾤκουν) διέβησαν ἐς Σικελίαν, φεύγοντες Ὀπικας, ὡς μὲν εἰκὸς καὶ λέγεται, ἐπὶ σχεδιῶν.* Apparet antiquitus acceptam fuisse in Sicilia opinionem de vetere hostili vi Siculis illata, quam et Platonem cognovisse non negaverim. At gravius est quod Sicilienses etiam Platonis aetate praesentem »Opicorum« vim sentiebant, cum verisimile sit, quod Niebuhr l. c. dicit, hoc nomine designari solitos esse barbaros mercennarios, quibus Graecae civitates utebantur. Barbari fuerunt illi mercennarii, de quibus Plato 7, 348 b scribit; barbari fuerunt milites Nypsi Neapolitani, a quibus Syracusas esse devastatas narrat Plut. Dio 41, v. annot. ad 353 a 3. Cum Timoleon a. 345 in Siciliam venit, Campani iam nonnulla Siciliae oppida tenebant, v. Diod. 16, 67; Campanos autem eosdem esse atque Oscos vix potest negari.

τέμνειν φάρμακον: proprie de radicibus medicis secundis, 4
unde dicitur *ῥιζοτόμος* et *ῥιζοτομέω*; transfertur ad qualemcun-
que medicinam parandam. Occurrit etiam Leg. 8, 836 b *τί τεμῶν*
φάρμακον τούτοις ἐκάστοις τοῦ τοιούτου κινδύνου διαφυγῆν
εὐρήσει; 11, 919 b *τούτων οὖν χρῆ φάρμακον αἰετέμνειν τὸν*
νομοθέτην.

κοινῶ τινι δικαίῳ λόγῳ χρώμενος: de adiectivi *κοινός* signi- 354 a 3
ficatione v. annot. ad 7, 337 a 1.

διαιτητοῦ τινα τρόπον: simili modo arbitrorum usus trans-
fertur Prot. 337 e *ἐγὼ μὲν οὖν καὶ δέομαι καὶ συμβουλευώ, ὡ*
Προταγόρα τε καὶ Σώκρατες, συμβῆναι ὑμᾶς ὥσπερ ὑπὸ διαι-
τητῶν ἡμῶν συμβιβαζόντων εἰς τὸ μέσον.

ὡς δυοῖν: altera parte τὸ τυραννικὸν γένος stat, altera τὸ 4
δημοτικόν (353 e).

παλαιὰν ἐμὴν συμβουλήν: non solum ad consilia per epistu- 5
lam — v. 7, 334 c — 337 e — Dionis amicis data refertur, sed etiam
ad ea, quae Plato iam pridem Dioni et una cum Dione Dionysio
suaserat, v. 7, 334 d *ταῦτα πρῶτον μὲν Δίωνα ἐπεχειρήσα ἐγὼ*
πέψθειν, δεύτερον δὲ *Διονύσιον*, τρίτους δὲ *ὑμᾶς νῦν*.

τὸ τῶν οἰκείων γένος ἐν Ἄργει καὶ Μεσσήνῃ . . . ἐκατέραν: b 2
eodem exemplo utitur Plato Leg. 3, 690 d *πρῶτον δὲ μεθ' ἡμῶν*
ἀνάσκεψαι πῶς τε καὶ τί παρὰ ταῦτα ἀμαρτόντες οἱ περὶ τε
Ἄργος καὶ Μεσσήνην βασιλῆς αὐτοῦς ἅμα καὶ τὴν τῶν Ἑλλή-
νων δύναμιν . . . διέψθειραν; ib. 619 a illorum regum culpa in
ea re constituisse dicitur quod suam auctoritatem legibus maiorem
esse (*πλεονεκτεῖν τῶν τεθέντων νόμον*) voluissent.

ἐκατέρους ἐκατέραν: v. annot. ad 7, 343 c 5. 4

τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν καὶ τὸν τῶν ἐφόρων δεσμόν: 5
etiam Leg. 3, 691 e sq. in remediis ponitur quae saluti fuerint
Spartae; Lycurgi auctoris nomine ibi non allato » natura quae-
dam humana divina quadam vi mixta « (*φύσις τις ἀνθρωπίνῃ*
μεμειγμένη θεῖα τινὶ δυνάμει) senatum instituisse dicitur.
Eodem loco 692 a tertium remedium saluti inventum ephoro-
rum potestas numeratur: *ὁ δὲ τρίτος σωτὴρ ὑμῖν ἔτι σπαργῶ-*
σαν καὶ θυμουμένην τὴν ἀρχὴν ὄρων, οἷον ψάλιον ἐνέβαλεν
αὐτῇ τὴν τῶν ἐφόρων δύναμιν. Quo enuntiato simili modo
atque in epistula ephorum potestas appellatur (*ψάλιον*: δεσ-

μόν); contra gravior videtur existere dissensio — notata iam a Karstenio, Commentatio critica p. 160 sq. — quod in Legibus senatus a secundo salvatore, ephori a tertio instituti esse dicuntur, cum in epistolae loco utrumque ad Lycurgum auctorem referatur. Plutarchus Lyc. 7 et post eum nonnulli huius aetatis viri docti iudicabant Platonem in Legibus ephorum institutorum auctorem significasse eundem quem Aristoteles Pol. 5, 11, 1313 a 26, regem Theopompum. Scribit enim Plutarchus: *οἶτιν τὸ πολίτευμα τοῦ Λυκούργου μίξαντος ὁμῶς ἀκρατον εἶναι τὴν ὀλιγαρχίαν καὶ ἰσχυρὰν οἱ μετ' αὐτὸν ὀρῶντες σπαργῶσαν καὶ θυμουμένην, ὡς φησὶν ὁ Πλάτων, οἷον ψάλιον ἐμβάλλουσιν αὐτῇ τὴν τῶν ἐφόρων δύναμιν, ἔτεσί που μάλιστα τριάκοντα καὶ ἑκατὸν μετὰ Λυκούργου πρώτων τῶν περὶ Ἐλατον ἐφόρων κατασιαθέντων ἐπὶ Θεοπόμπου βασιλεύοντος.*

H. Reinholdio, De Platonis epistulis p. 36, utrumque locum consideranti nihil aliud effici videtur nisi Platonem epistolam octavam ante tertium Legum librum composuisse; in epistula eum vetustiore sequi traditionem, in Legibus recentiore; Legum locum esse multo accuratorem et eo tempore scriptum, quo philosophus rei publicae Lacedaemoniorum historiae multum operae navaret. Alio modo rem explicat M. Odau, Quaestionum de septima et octava Platonis epistola capita duo p. 79—81: posteriore Platonis aetate duas de ephorum institutione opiniones notas fuisse, quarum alteram ad Lycurgum auctorem ephoros revocantem vulgarem, alteram de Theopompo novam et doctorum virorum scriptis pervulgatam appellare nobis liceat; verisimile sibi videri scriptorem in epistula ad externos homines data potius vulgarem opinionem secutum esse. Eodem modo difficultatem de qua agimus explicare studet F. Juroszek, Commentatio critica p. 125. At mea quidem sententia minime pro certo haberi potest Legum loco Theopompum significari; quae Atheniensis ibi hospes de Lacedaemoniorum re publica exponit, ad mythum quendam conformata sunt ita ut tertius ille salvator (*ὁ τρίτος σωτήρ*) non de homine quodam sed de tertio deorum numine atque auxilio dici videantur; profecto 692 b omnia illa, quae ad salvandam rem publicam valuerunt, hoc comprehenduntur enuntiatio: *νῦν δ' ὁ θεὸς ἔδειξεν οἷαν ἔδει καὶ δεῖ δὴ τὴν μενοῦσαν*

μάλιστα ἀρχὴν γίνεσθαι. Equidem puto tertii illam salvatoris appellationem quodam modo pertinere ad usitatum illud proverbium τὸ τρίτον τῷ σωτήρι, de quo v. annot. ad 7, 334 d 6.

νόμος . . . βασιλεὺς τῶν ἀνθρώπων: v. annot. ad 7, 334 c 4. c 1

φεύγειν φυγῆ: cf. Convn. 195 b *φεύγων φυγῆ τὸ γῆρας*, Epin. 4 974 b ἢ δὲ (δύναμις) φυγῆ φεύγει τότε.

εὐδαιμόνισμα: de beata quae videtur tyrannorum vita cf. 5 Pol. 9, 576 d sqq.

τὸν δούλειον ζυγόν: masculinum genus ut Tim. 63 b. d 1

ἀπληστία ἐλευθερίας ἀκαίρου τινός: cf. Pol. 8, 562 c ἢ τοῦ 2 τοιούτου (sc. τῆς ἐλευθερίας) ἀπληστία, ib. eodem modo transfertur dictio πόλις ἐλευθερίας διψήσασα.

τῶν προγόνων: Plato revertitur ad tempora de quibus supra 3 353 a narrare incepit.

πρὸ Διονυσίου καὶ Ἰππαρίνου ἀρχάντων: similis participii 5 constructio invenitur Pol. 5, 451 c *μετὰ ἀνδρείον δράμα παντελῶς διαπερανθέν*, Leg. 6, 781 a *διὰ . . . τούτου μεθειμένου πολλὰ ὑμῖν παρέρρει*. De Hipparino cum Dionysio adaequato v. annot. ad 353 b 2.

ἀρχόντων ἄρχοντες: imperantibus imperare in democratiae 7 malis numeratur etiam Pol. 8, 562 d *τοὺς ἄρχοντας μὲν ἀρχομένοις, ἀρχομένους δὲ ἀρχουσιν ὁμοίους*.

τοὺς δέκα στρατηγούς κατέλευσαν βάλλοντες: hic de lapidatis ducibus locus omnibus qui de eo scripserunt discrepare visus est, si eum cum Diod. 13, 91 sq. comparaveris. Diodorus memoriae prodidit Agrigento a Carthaginiensibus expugnato ducibus Syracusanis et ab Agrigentinis et ab aliis Siciliensibus incusatis auctore Dionysio munus esse abrogatum aliosque duces, in quorum numero et Dionysium, esse electos: (ὁ δῆμος) *παρὰντίκα τοὺς μὲν ἔλυσε τῆς ἀρχῆς, ἐτέρους δ' εἶλατο στρατηγούς, ἐν οἷς καὶ τὸν Διονύσιον* (13, 92). De lapidatione apud Diodorum nulla fit mentio. Quam discrepantiam conatus est tollere Hackforth, The authorship of the Platonic epistles p. 140, cum ostendit verbum *κατέλευσαν* quod hoc loco in epistula legitur non esse certum, cum cod. O variam exhiberet lectionem *κατέλυσαν*, quam fortasse hic et Diodorus invenisset; quae si recta esset, participium *βάλλοντες* explicationem esse putandam fal-

sae lectionis *κατέλευσαν* in margine adscriptam. At lectio *τοὺς δέκα στρατηγούς κατέλυσαν* et si codices manuscriptos et si artem grammaticam spectamus minime videtur probanda, cum verborum constructio *καταλύειν* (*λύειν*) *τινά* sine genetivo velut *τῆς ἀρχῆς* vix de imperio alicui abrogando in usu sit.

Si non dubitamus quin Plato *κατέλευσαν βάλλοντες* scripserit, alia est quaerenda difficultatis solutio. Omnes fere qui hunc locum tractaverunt Grotio, *History of Greece* 10, 602 sq., praeunte iudicant Platonem erravisse, cum Syracusis factum esse scripserit quod paulo ante accidisset Agrigenti. Qua in urbe a Cathaginiensibus obsessa duces propter consilii inopiam atque cunctationem lapidibus coniectis esse interfectos narrat Diodorus 13, 87. E. Meyer et ea re Platonis locum refellit quod Daphnaeus, vir insignis inter eos qui ante Dionysium Syracusanorum duces fuerunt, non prius tyrannide constituta a Dionysio interemptus sit, v. Diod. 13, 96. Commemoranda tantum, non argumentis refellenda mihi videtur opinio, quam protulit Aemilius Voelkerling, *De rebus Siculis ab Atheniensium expeditione usque ad prioris belli Punici finem gestis* p. 82 annot. 3; qui ostendit apud Diod. 13, 91 legi populum a Dionysio in contione esse concitatum ut extemplo poena repeteretur a proditoribus: cum ipso facinore Platonem confudisse irrationes quibus Dionysius illud efficere voluerit nec tamen effecerit.

Mea quidem sententia illa quae putatur Agrigenti et Syracusarum commutatio parum est veri similis. Neglegendum non est quod Plato decem dicit Syracusanorum duces, cum Agrigentini, quod narrat Diod. 13, 87, quattuor e quinque suis ducibus illa poena affecerint. Si non habemus cur hunc a Diodoro traditum ducum numerum falsum esse existimemus, vix est credendum rem, de qua narrat Plato, ad Agrigentum, non ad Syracusas pertinere. Decem fuisse Syracusanorum ante Dionysium duces solus quantum scio commemorat Plato. Ceterum etiam Polyaeus 5, 2, 2 tradit ducum quos Dionysius proditionis incusaverit alios morte alios exilio esse damnatos; quem locum, qui a Platonis loco et exilii mentione addita et supplicii genere omisso differat, a Platone esse petatum negaverim. Tamen etsi

concedatur duces quosdam a Syracusanis capitis supplicio esse affectos, et Diodori locus 13, 92 et illa de Daphnaeo mentio 13, 96 quam animadvertit E. Meyer, videntur obstare ne illos duces quos dicit Plato et Polyaeus eosdem fuisse iudicemus quibus ante Dionysium imperio functis postea imperium esse ademptum scribit Diodorus.

Quaestio de qua agitur ad exitum adduci posse mihi quidem videtur, si spectamus quid de illis ducibus factum sit qui prioribus imperio demotis una cum Dionysio electi sunt. Apud Diodorum 13, 92 legimus Dionysium collegarum consuetudine abstinuisse eosque de perduellione suspectos habuisse; ib. 94 narratur illos a Dionysio in contione in theatro habita palam hostes esse pronuntiatos, qua re factum esse ut Dionysius summus imperator sine collegis crearetur. Quo modo Syracusani in illos consuluerint a Diodoro non commemoratur; tamen si spectamus quod 13, 96 narrat Dionysium summa rerum potitum eos interemisse, qui suorum adversariorum essent principes, iudicare possumus ne ab illis quidem populi vim abstinuisse, quos sibi proximos videret obstare. Quae cum ita sint, existimo verum esse, quod Plato de lapidatis ducibus commemorat; tamen non eos duces dici, qui ante Dionysium imperium tenebant, sed Dionysii collegas, neque libertatis cupiditate ductum populum eos illo supplicio affecisse, sed a Dionysio dominationem affectante concitatum.

ἵνα δὴ δουλεύουεν μηδενὶ μήτε σὺν δίκῃ μήτε νόμῳ δεσπότῃ: e 1 coniungendum est *μηδενὶ δεσπότῃ*. Dominatio cum lege tum iure ipso nititur, dum homines et scriptis et non scriptis rationibus reguntur; cf. quae de nimia democratiae libertate leguntur Pol. 8, 563 d *τελευτῶντες γὰρ πού οἶσθ' ὅτι οὐδὲ τῶν νόμων φροντίζουσιν γεγραμμένων ἢ ἀγράφων, ἵνα δὴ μηδαμῆ μηδεὶς αὐτοῖς ἢ δεσπότῃς*. Apparet duo illa quae a sophistis diversa habebantur, naturam et legem, v. Prot. 337 d, Gorg. 482 c, quodam modo etiam a Platone discerni.

πάντῃ πάντως: v. annot. ad 7, 343 c 5.

3

ὄθεν αἱ τυραννίδες ἐγένοντο αὐτοῖς: cf. Pol. 8, 564 a *ἴ γὰρ ἄγαν ἐλευθερία ἔοικεν οὐκ εἰς ἄλλο τι ἢ εἰς ἄγαν δουλείαν μεταβάλλειν καὶ ἰδιώτῃ καὶ πόλει*. Plato quae in libris de re

publica exposuit, hic rebus in Sicilia gestis confirmata invenire sibi quidem videtur.

- 5 *μετρία δὲ ἢ θεῶ δουλεία . . . θεὸς δὲ ἀνθρώποις σώφροσιν νόμος*: quod is qui legibus servit deo servit affirmatur etiam Leg. 6, 762 e *τῷ καλῶς δουλεύσαι . . . πρῶτον μὲν τοῖς νόμοις, ὡς ταύτην τοῖς θεοῖς οὔσαν δουλείαν*. Quantum Plato in epistulis legibus tribuat v. annot. ad 7, 334 c 4.

355 a 2 *τούτων δὴ ταύτη πεφυκότων*: cf. Leg. 7, 807 d *οὕτω δὴ τούτων πεφυκότων*.

- b 1 *πρὸς χρηματισμὸν καὶ πλοῦτον*: quae Leg. de re publica constituenda proponuntur, id spectant, ut quaestus (*χρηματισμός*) ab ea arceatur, v. 5, 741 e et 743 d *λέγομεν δὴ μῖτε χρυσὸν δεῖν μῖτε ἄργυρον ἐν τῇ πόλει, μῖτε αὖ χρηματισμὸν πολὺν διὰ βαναυσίας καὶ τόκων μηδὲ βοσκομημάτων αἰσχυρῶν*.

- 2 *μετ' ἐπιθυμίας*: Platonis proprium videtur esse enuntiatum concludere dictione ex praepositione *μετά* et substantivo abstracto composita, cf. Phaedr. 249 a *μετὰ φιλοσοφίας*, Gorg. 526 c *μετ' ἀληθείας*, Leg. 4, 716 a *μεθ' ὕβρεως*, 5, 732 d *μετ' ἀγαθῆς τύχης*, 9, 869 a *μετὰ δίκης*, 10, 906 a *μετὰ ἀφροσύνης* — *μετὰ φρονήσεως*.

ὄντων τριῶν, ψυχῆς καὶ σώματος ἔτι δὲ χρημάτων: haec eadem tria enumerantur eodemque modo ordinantur Leg. 3, 697 b *ἔστιν δὲ ὀρθῶς ἄρα τιμιώτατα μὲν καὶ πρῶτα τὰ περὶ τὴν ψυχὴν ἀγαθὰ κείσθαι, σωφροσύνης ὑπαρχούσης αὐτῇ, δευτέρα δὲ τὰ περὶ τὸ σῶμα καλὰ καὶ ἀγαθὰ, καὶ τρίτα τὰ περὶ τὴν οὐσίαν καὶ χρήματα λεγόμενα* et Leg. 5, 743 e *διὸ δὴ χρημάτων ἐπιμέλειαν οὐχ ἅπαξ εἰρήκαμεν ὡς χρῆ τελευταῖον τιμῶν ὄντων γὰρ τριῶν τῶν ἀπάντων περὶ ἃ πᾶς ἄνθρωπος σπουδάζει, τελευταῖον καὶ τρίτον ἔστιν ἡ τῶν χρημάτων ὀρθῶς σπουδαζομένη σπουδή, σώματος δὲ πέρι μέση, πρώτη δὲ ἡ τῆς ψυχῆς*. Cf. Leg. 5, 726 a et Gorg. 477 c.

- 5 *δουλεύουσαν τῷ σώματι τε καὶ ψυχῇ*: animi et corporis causa opes natura sua esse dicit Plato etiam Leg. 5, 743 d *ἀμελεῖν ὧν ἔνεκα πέφυκε τὰ χρήματα ταῦτα δ' ἔστι ψυχὴ καὶ σῶμα*.

- c 1 *ὄντως εὐδαίμονας ἀποτελῶν τοὺς χρωμένους*: recte se habere leges, quae cives beatos reddant, dicitur etiam Leg. 1, 631 b

(οἱ Κρητῶν νόμοι) ἔχουσιν . . . ὀρθῶς, τοὺς αὐτοῖς χρωμένους εὐδαίμονας ἀποτελοῦντες.

γυναικῶν καὶ παιδῶν ὄν λόγος ἄνους: v. annot. ad 4, 320 c 4. 3

τοιούτους: sc. ἄλλλους. 4

ἐὰν γεύσῃσθε: cf. Leg. 6, 752 c οἱ γευσάμενοι παῖδες τῶν νόμων.

δεξάμενοι . . . δίκαιον ἂν . . . γίγνοιτο ὑμῖν: enuntiatis interpositis ἐπειδὴ . . . κρατεῖσθε verborum constructio incepta omittitur. 6

μέσον τεμεῖν: proprie dicitur de media via, velut Prot. 338 a μέσον τι ἀμφοτέρους τεμεῖν (i. e. neque litus radere neque terram e conspectu amittere); cf. Leg. 7, 793 a μέσον . . . τινα (βίον) τέμνειν ἀεὶ (i. e. medium tenere inter meram voluptatem et meram aegritudinem). d 3

τὸ μέγιστον: cf. 7, 336 b ἀνομία καὶ ἀθεότητι καὶ τὸ μέγιστον τόλμαις ἀμαθίας. 5

ἔρρουσι: scil. τοῖς Ἑλλησιν. 7

τοῖς μὲν . . . τοῖς δέ: popularibus — tyrannorum domui; cf. annot. ad 352 c 5. 8

ἀδόλω γνώμη καὶ ὑγιεῖ: de vocis ὑγιῆς usu v. annot. ad 6, 322 d 4. e 3

μετὰ θεῶν: v. annot. ad 7, 326 b 2.

στήσασθε: omitto distinctionem post hoc verbum ab editoribus notatam. 4

τὸν ἐμὸν ὄν: in hoc loco explicando maxima existit difficultas, cum et Nepos, Dio 4, et Plutarchus, Dio 55 (cf. Cons. ad Apoll. 33 = Mor. 119 b) et Aelianus Var. hist. 3, 4 memoriae prodiderint Dionis filium Dione vivo ipsum sibi mortem consciuisse. Quem fuisse Dionis vivi filium unicum apparet cum ex eo quod Plutarchus ib. 56 narrat, tum maxime e Platonis locis qui ad Dionis bona attinent, 7, 345 c εἶναι γὰρ αὐτὰ (sc. τὰ Δίωνος χρήματα) οὐ Δίωνος ἀλλὰ τοῦ ἕως, ὄντος μὲν ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ κατὰ νόμους ἐπιτροπεύοντος et 347 c sq. ὅτε δὴ μοι καὶ Διονύσιος ἐμνήσθη λέγων ὅτι τὴν ἡμίσειαν τῆς οὐσίας εἶναι δέοι Δίωνος, τὴν δ' ἡμίσειαν τοῦ ἕως. Alter Dionis filius fuit, quem Dione mortuo postumum Dionis uxor in carcere peperit, v. Plut. ib. 57. Si quae rerum scriptores narrant vera sunt — quod a non-

nullis qui de hoc loco agebant, velut a Rohrero Reinholdio Egermannio, negatur — iudicandum est Platonem aut hunc filium postumum dicere aut de prioris filii morte non cognovisse. Illa est opinio L. A. Postii, Am. Journ. of Philol. 45, 1924, 371—376, cf. eius annotationem ad locum de quo agimus in epistularum interpretatione p. 156 sq.; quem sequitur etiam Souilhé. Contra H. Raeder, Rhein. Mus. 61, 1906, 524, C. Ritter, Neue Untersuchungen über Platon 406, F. Juroszek, Commentatio critica p. 127 aliis praecedentibus veri simile putant Platonem cum epistulam scribebat nesciisse Dionis filium esse mortuum. Haec opinio illi praeferenda esse mihi videtur praesertim cum spectem locum 357 c sq., ubi Hipparini et Dionis filii consensus maximi momenti esse dicatur. Si Plato de Dionis filii morte praematura certior factus esset, puto eum eius rei mentionem fuisse futurum, cum in epistula septima 345 c et 347 c Dionis filium commemoraret. Quod Dionis filius propter patris et avi, non propter sua merita Syracusanis commendatur, facile explanatur, si spectamus id quod Plutarchus, Dio 55, commemorat eum vix aetatem puerilem egressum (*σχεδὸν ἀντίπαις ὄν*) mortem obiisse. Etiam ea res notanda videtur esse, quod illius nomen nusquam apud Platonem refertur; v. annot. ad 7, 324 a 6.

5 *τοῦ ἐμοῦ πατρός*: de Hipparino Dionis patre v. annot. ad 353 b 2.

6 *ἐγὼ δὲ ἀπὸ τυράννων νῦν δις*: cf. 7, 333 b *ἐπειδὴ δ' οὖν (Δίων) ἤλευθέρωσέν τε καὶ ἀπέδωκεν αὐτοῖς δις τὴν πόλιν* et v. annot. ad illum locum.

356 a 3 *ὄν δὲ Διονυσίου*: de Hipparino Dionysii Maioris filio v. annot. ad 7, 324 a 6.

χάριν τῆς . . . νῦν βοηθείας: cum Dio a. 357 Syracusas occupavisset, Hipparinus et Nysaeus, Dionysii Maioris et Dionis sororis filii, ad eius causam se adiunxerunt; Dione interfecto Hipparinus copiis adversus Callippum paratis, dum Callippus apud Catinam rem gerit, Syracusis a. 353 potitus est, v. Diod. 16, 31, 7 et 36, 5, Plut. Dio 58, Polyaen. 5, 4. Referenda videtur narratio Polyaeni: *Ἰππαρίνος ἐν Λεοντίνοις ὄν αἰσθόμενος τὴν Συρακουσίων πόλιν ἔρημον γενομένην διὰ τὸ μετὰ Καλλίππου τοὺς πολτίας εἶς τινα τόπον ἐξωρημέναι, ὁρμή-*

σας ἐκ Λεοντίων, ἐλθὼν ἐπὶ τὰς Συρακούσας νυκτός, πέμψας
 ἰνὰς ἐπὶ τὴν πόλιν ἐκέλευσε τοὺς παραφυλάττοντας τὴν ἐφο-
 δεῖαν ἀποκτεῖναι. οἱ μὲν ἔκτειναν τοὺς παραφυλάττοντας καὶ
 πυλίδας τινὰς τοῦ τεύχους διεῖλον· Ἴππαρίνος δὲ διὰ τούτων
 τοὺς ξένους εἰσαγαγὼν κατέσχε τὴν Συρακουσίων πόλιν. —
 Adverbio νῦν in epistulae loco adhibito (τῆς νῦν βοηθείας) et
 praesenti tempore ἐλευθεροῖ in enuntiato quod sequitur indicari
 videtur epistolam octavam non longo temporis spatio a Syracu-
 sis liberatis abesse.

τιμὴν αὐτῷ καὶ γένει ἀεζῶων . . . κτώμενος: Athenaeus 10, 4
 436 a refert Theopompum scripsisse Hipparinum, Dionysii filium,
 quod ebriosus et tyrannicus fuisset interfectum esse; Hippari-
 num inter potores numerat etiam Aelian. V. h. 2, 41. Spectan-
 tibus nobis haec recte iudicasse videtur Hackforth p. 135, cum
 dixerit Hipparini laudem vix potuisse scribi, postquam Hippari-
 ninus propter morum indignitatem male audiisset.

τὸν νῦν τοῦ τῶν πολεμίων ἄρχοντα στρατοπέδου: v. annot. b 1
 ad 353 a 3.

εἰς βασιλέως σχῆμα ἀπαλλάττεσθαι: cf. Leg. 11, 938 a πρὸς 2
 ἄλλην ἀπαλλάττεσθαι χώραν.

πάντως πάντα: v. annot. ad 7, 343 c 5. 4

εἴτ' οὖν τὴν Λακωνικὴν δύναμιν αὐτοῖς δόντες εἴτε ἀφελόντες: 6
 obiectum verbi ἀφελόντες non est accusativus τὴν Λακωνικὴν
 δύναμιν, sed genetivus partitivus (τι) τῆς . . . δυνάμεως, ita ut
 ζεύγμα quod dicitur existat; cf. Phaedr. 278 d sq. πρὸς ἄλληλα
 κολλῶν τε καὶ ἀφαιρῶν. Laconica dicitur ea potestas regia, quae
 et regum numero et senatu et magistratibus instar ephorum
 constitutis circumscribatur, cf. 354 b sq., Leg. 3, 691 d sqq.

ὃς εἴρηται μὲν καὶ πρότερον ὑμῖν: v. annotationem quae 7
 sequitur.

ὥσπερ καὶ πρότερον ἐρρήθη: aequae atque id quod supra c 5
 dictum est (τρόπω) ὃς εἴρηται μὲν καὶ πρότερον ὑμῖν solum ad
 legatos rei publicae constituendae vocandos referendum videtur,
 de qua re Plato 7, 337 b sq. exposuerat; cum illic accuratius
 statuatur, quales viri vocandi sint, hoc loco ea electio maximam
 partem regibus ipsis mandatur. Quae explicatio non impedit
 quin putemus Dionem ipsum, cuius oratio hic fingitur, re vera

talia consilia in animo habuisse; eius modi legatos a Dione Corintho vocatos esse narrat Plutarchus, Dio 53.

6 **ἔξωθεν:** ex 7, 336 d apparet verbo »foris« Platonem dicere praesertim Peloponnesum et Athenas et quod ad viros eligendos attineat ne se ipsum quidem excipere.

d 1 **ἐν ἧ βασιλέας ἀρμόττει γίγνεσθαι:** ἐν ἧ ad verbum γίγνεσθαι refertur, non ad ἀρμόττει.

2 **τοῖς γενομένοις ποτὲ εὐεργέταις:** ex iis quibus regnum deferendum est solus Hipparinus ipse de re publica Syracusanorum bene est meritus, v. 355 e sqq.

3 **νομοφύλακας:** legum custodibus etiam in ea politia cuius imago in Legibus depingitur ea observanda mandantur, quae a legum latoribus (νομοθέται) sunt constituta.

6 **ἐκλεκτοὺς γίγνεσθαι δικαστάς:** quod rerum capitalium iudicia et penes 35 legum custodes et penes electos viros magistratibus functos esse debent, valde congruit cum iis quae Leg. 9, 855 c de iudiciis capitalibus praecipuntur: *δικασταὶ δὲ ἔστωσαν θανάτου περὶ νομοφύλακῆς τε καὶ τῶν περυσινῶν ἀρχόντων ἀριστίνδην ἀπομερισθὲν δικαστήριον.*

e 1 **ἐκ τῶν νῦν αἰεὶ περυσινῶν ἀρχόντων:** de dictione νῦν αἰεὶ cf. annot. ad 353 d 2.

4 **μεταστάσεως:** hoc verbum hic latius patet quam *φυγῆς*, cf. 7, 338 b 1 et annot.

357 a 3 **ξενικαὶ ἐρινύες:** »hospitum furiae«, de duobus illis fratribus Atheniensibus qui Dionem cum quo hospitio amicitiaque coniuncti erant (7, 334 a *τὸν ἐταῖρον καὶ ξένον*) per fidem interemerunt, v. 7, 333 d sqq. Dictio tragica videtur esse, cf. Soph. Ant. 603 *φρενῶν ἐρινύς*.

4 **κατέστησα ἂν... καὶ... ἂν... κατῴμισα:** haec in animo habuisse Dionem dicitur etiam 7, 335 e sq.; eadem etiam Dionysium hortatos esse Dionem et Platonem commemoratur 7, 332 e sq. De »mixta« politia a Dione proposita v. Plut. Dio 53: *ἐπενόει δὲ τὴν μὲν ἄκρατον δημοκρατίαν, ὡς οὐ πολιτείαν, ἀλλὰ παντοπώλιον οὖσαν πολιτειῶν, κατὰ τὸν Πλάτωνα, κωλύειν, Λακωνικὸν δὲ τι καὶ Κρητικὸν σχῆμα μιξάμενος ἐκ δήμου καὶ βασιλείας ἀριστοκρατίαν ἔχον τὴν ἐπιστατοῦσαν καὶ βραβεύουσαν τὰ μέγιστα καθιστάναι καὶ κοσμεῖν, ὁρῶν καὶ τοὺς Κοριν-*

Θίους ὀλιγαρχικώτερόν τε πολιτευομένους καὶ μὴ πολλὰ τῶν κοινῶν ἐν τῷ δήμῳ πράττοντας.

εἴτερ ἔργα ἐπὶ νῶ ἐγίνετο: ἐπὶ νῶ non idem significat quod 5
κατὰ νοῦν, sed fortasse »rationis auctoritate«.

παρακαλεῖν ἐπὶ ταύτας τὰς πράξεις πάντας: 7, 336 c sq. ubi 6 3
de eadem re agitur, Plato excipiendo esse existimat, si qui doricè secundum patrios mores vivere nequeant.

τὸν μὴ 'θέλοντα δὲ πολέμιον ἠγεῖσθαι κοινῆ: significatur 4
maxime Dionysius.

ἀ... λογισαμένοις εὐρεῖν βέλτιστα ἐτοιμῶς ἔχει: ἐτοιμῶς 5
ἔχει idem est quod *ἔτοιμά ἐστιν*; *εὐρεῖν* ad *βέλτιστα* refertur.

ταῦτα † δὲ σχεδόν: enuntiato relativo praecedente particula 6
δέ quam Burnet codices *A O* secutus scribit vix explicari potest. Richards *δή* scribere maluit, Souilhé secundum *V* et Florentinum plut. 85, 9, ubi *ταῦτα σχεδόν* legitur, particulam *δέ* uncis inclusam scribit. Haud scio an legendum sit *ταῦτά γε σχεδόν*.

θεοῖς... πᾶσιν τιμὰς μετ' εὐχῶν δόντες: etiam Leg. 4, 712 b 6 c 4
priusquam de legibus agitur deus invocatur: *θεὸν δὴ πρὸς τὴν τῆς πόλεως κατασκευὴν ἐπικαλώμεθα· ὁ δὲ ἀκούσειέν τε, καὶ ἀκούσας ἴλεως εὐμενῆς τε ἡμῖν ἔλθοι συνδιακοσμήσων τὴν τε πόλιν καὶ τοὺς νόμους*.

μαλακῶς τε καὶ πάντως: in numero earum dictionum ponendum 6
est, in quibus adiectivo *πᾶς* addito dictionem ad omnia valere significatur, cf. Conv. 195 e καὶ ποσὶ καὶ πάντῃ, Leg. 6, 777 e ἐπὶ τε δεσπότῃ καὶ τυράννῳ καὶ πᾶσαν δυναστείαν δυναστεύοντι. Quod Wilamowitz, Platon II p. 410, πάντως in πρῶως mutat, cf. Tim. 74 c μαλακῶς καὶ πρῶως, non necessarium esse existimo.

ὄνειρατα θεῖα ἐπιστάντα ἐρηγοροῦσιν: etiam Soph. 266 c 7
quae proposita neque dum perfecta sunt cum vigilantium somniis comparantur: *ἄρ' οὐκ αὐτὴν μὲν οἰκίαν οἰκοδομικῆ φήσομεν ποιεῖν, γραφικῆ δὲ τιν' ἑτέραν, οἶον ὄναρ ἀνθρώπινον ἐρηγοροῦσιν ἀπειραγασμένην*;

εὐτυχῆ: verbo faustum omen habenti et Dionis oratio et 1
epistula apte concluditur; cf. *εὖ πράττωμεν* in calce Platonis Politiae.

EPISTULA NONA.

Archytas Tarentinus, clarissimus ille mathematicus philosophus vir administrandae rei publicae peritissimus, duos e suis, Archippum et Philonidem, Athenas legationis cuiusdam publicae causa misit epistulamque iis dedit Platoni tradendam. Legati narraverunt Platoni Archytam aegre ferre, quod publicis se occupationibus exsolvere non posset; de qua re Archytam consolandum admonendumque esse Plato ratus hanc epistulam ad Archytam mittit.

Quo tempore scripta sit haec epistula, nullo modo definiri potest; quoniam fieri potuit, ut Plato Archytam iam tum cognosceret, cum primum iter Siciliense faciebat, hoc tantum dicere audemus scriptam esse post a. 387.

357 d 2 *Ἀρχύτα*: de viro v. annot. ad 7, 338 c 6. Cum in epistulis 7. et 13. Plato ionicis quae vocantur formis *Ἀρχύτης* *Ἰρχύτη* *Ἀρχύτην* utatur, in praescripto huius epistulae et epistulae 12., quas ad Archytam ipsum scribit, doricam formam *Ἀρχύτα* adhibet, sine dubio ut amicum eodem modo nominet quo a Tarentinis et Syracusanis appellabatur. Non est singularis quidam dorismus, nam formae nominum in — *τας* et — *δας* exeuntes ab Attica dialecto minime abhorrebant, cf. *Ἀμύντας*, *Ἐυρώτας*, *Λεωνίδας*, *Μίδα*. Quod Plato eiusdem nominis varias formas adhibet cf. Pol. 3, 408 b οὐδ' εἰ Μίδου πλουσιώτεροι εἶεν cum Leg. 2, 660 e εἰάν δὲ ἄρα πλουτιῆ μὲν Κινύρα τε καὶ Μίδα μᾶλλον.

3 οἱ περὶ *Ἀρχιππον* καὶ *Φιλωνίδην*: Archippum quendam Samium inter Pythagoreos nominat Iamblichus, Vita Pyth. 267 (Diels, Vorsokr. 1, 3. ed. p. 344); alius fuit Archippus Tarentinus quem una cum Lyside c caede illa Crotoniensi evasisse narrat Diog. L. 8, 39, Iambl. ib. 250. Philonidem Tarentinum in numero Pythagoreorum commemorat Iamblichus ib. 267.

e 3 τὰ δὲ παρὰ σοῦ διηλλθον ἡμῖν λέγοντες: mira apparet inconcinnitas, si huius enuntiati structuram cum eo quod praecedat

comparamus: τὰ μὲν οὖν πρὸς τὴν πόλιν οὐ χαλεπῶς διεπράξαντο. Fortasse διήλθον λέγοντες pro διερχόμενοι ἔλεγον positum est, cf. Phil. 23 c τὴν δέ γε ἀρχὴν αὐτοῦ διευλαβεῖσθαι πειρώμεθα τιθέμενοι, Gorg. 484 d τῶν λόγων οἷς δεῖ χρώμενον δμιλεῖν . . . τοῖς ἀνθρώποις.

οὐ δύνασαι τῆς περὶ τὰ κοινὰ ἀσχολίας ἀπολυθῆναι: Diog. 4 Laert. 8, 79 memoriae prodidit Archytam septies fuisse strategum; etiam ex iis quae 7, 338 c et 350 a leguntur discimus Archytam rem publicam Tarenti gessisse.

τὸ τὰ αὐτοῦ πράττειν: res suas, non publicas agere; contra 5 Pol. 4, 434 c dictio τὸ αὐτοῦ πράττειν ei quod » multarum rerum curatio« (πολυπραγμοσύνη) ib. b vocatur opposita rei publicae administrationem non excludit.

τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μὲν τι ἢ πατρὶς μερίζεται: medium μερίζεται si Platonis usum spectamus solum hoc loco »partem capere« vel »partem vindicare« significat; at cf. Isocr. 9, 24 μερίσαιτο τῶν τοῦ ἀδελφοῦ, Demosth. 34, 35 ἐπειδὴ δὲ τοῦ μὲν χρυσίου ἐμερίσαιτο. Hunc Platonis locum bis affert Cicero, De fin. 2, 45 » eademque ratio fecit hominem hominum appetentem . . . ut profectus a caritate domesticorum ac suorum serpat longius . . . atque, ut ad Archytam scripsit Plato, non sibi se soli natum meminerit, sed patriae, sed suis, ut perexigua pars ipsi relinquatur«; De off. 1, 22 »ut praeclare scriptum est a Platone, non nobis solum nati sumus ortusque nostri partem patria vindicat, partem amici.« 358 a 3

τοῖς καιροῖς . . . τοῖς τὸν βίον ἡμῶν καταλαμβάνουσι: vox καιρός hic fere idem significat quod τύχη, cf. Leg. 4, 709 b ὡς θεὸς μὲν πάντα, καὶ μετὰ θεοῦ τύχη καὶ καιρός, τὰνθρώπινα διακυβερνῶσι σύμπαντα, cum supra dictum sit ib. 709 a οὐδεὶς ποτε ἀνθρώπων οὐδὲν νομοθετεῖ, τύχαι δὲ καὶ συμφοραὶ παντοῖαι πίπτουσιν παντοίως νομοθετοῦσι τὰ πάντα ἡμῖν. Se ipsum significare videtur Plato quippe qui temporibus ductus aliquam vitae suae partem rebus Syracusanis tribuerit. 5

καλοῦσης δὲ τῆς πατρίδος αὐτῆς πρὸς τὰ κοινὰ, ἄτοπον ἴσως τὸ μὴ ὑπακούειν: pronomine αὐτῆς presso eadem existit sententia quae 7, 330 c—331 d, ubi de consilio dando agitur, exposita est; cf. etiam 5, 322 b. Pol. 1, 347 b suadet etiam vi bonos cogere, ut rem publicam administrent; cf. ib. 7, 519 c sqq. 6

7 ἄμα γὰρ συμβαίνει καὶ χώραν καταλιμπάνειν φαίλοισ ἀνθρώποις: verbum καταλιμπάνειν hellenisticae quae dicitur Graecitatis esse atque a Platonis usu abhorrere putat Wilamowitz, Platon II 406; re vera nullo alio loco apud Platonem occurrit. Sententia congruit cum Pol. 1, 347 c sq., ubi philosophi ad rem publicam gerendam metu commoveri dicuntur ne a deterioribus regantur: τῆς δὲ ζῆμίας μεγίστη τὸ ὑπὸ πονηροτέρου ἄρχεσθαι. Epistulae locum laudat Boethius, Cons. 1, 4, 4 cum Philosophiam his verbis appellat: »Tu eiusdem viri ore (sc. Platonis) hanc sapientibus capessendae rei publicae necessariam causam esse monuisti, ne improbis flagitiosisque civibus urbium relicta gubernacula pestem bonis ac perniciem ferrent«.

b 1 ἀπὸ τοῦ βελτίστου: i. e. a philosophia; in simili rerum contextu βίος ἀμείνων attingitur etiam Pol. 7, 520 e et 521 b.

2 Ἐχεκράτους: Iamblichus, Vita Pyth. 267 in numero Pythagoreorum duos nominat Echebrates, Tarentinum et Phliasium; cum ille alibi non commemoretur, hic Platonis dialogo Phaedone notissimus est, quippe cui Phaedo ibi narrans fingitur quae Socrates ante mortem cum amicis disseruit et quomodo sit mortuus. Cicero De fin. 5, 87 dum Platonis itinera enumerat, eum etiam ad Pythagoreos Echebratem Timaeum Arionem Locros venisse scribit; cf. Val. Max. 8, 7, 3. Echebratem Phliasium inter postremos Pythagoreos, quos et Aristoxenus viderit, nominat Diog. Laert. 8, 46; quos Philolaum et Eurytum Tarentinos audivisse. Si quid veri habent quae de eo Cicero et Diogenes memoriae tradiderunt, aequalis fere videtur fuisse Platonis. Quae cum ita sint, adulescens, de quo in epistula fit mentio, alter fuisse videtur Echebrates, ille qui apud Iamblichum inter Tarentinos numeratur.

4 Φρυνίωνα: hoc solo loco nominatur.

EPISTULA DECIMA.

Plato cum Dionem narrantem audivisset de Aristodori cuiusdam fide et moribus ad philosophiam idoneis, opportunum esse ratus virum collaudare atque cohortari hanc epistulam ad eum mittit.

De tempore, quo epistula scripta sit, nihil certi dicere possumus.

Ἀριστοδώρω: quis fuerit vir ad quem haec epistula scripta est, nescimus. Diog. Laert. 3, 6 falso pro Aristodori nomine πρὸς Ἀριστοδόημον missam esse epistulam scribit. **358 b 6**

τὸ σοφώτατον ἦθος τῶν εἰς φιλοσοφίαν: quale sit hoc ἦθος, dicitur in enuntiato quod sequitur: τὸ βέβαιον καὶ πιστὸν καὶ ὑγιές. Etiam Pol. 6, 503 c firmitas, βεβαιότης, in qua et fides et fortitudo constet, philosophi naturae necessaria esse dicitur; cf. 13, 360 d. **c 2**

τὸ γὰρ βέβαιον καὶ πιστὸν καὶ ὑγιές, τοῦτο ἐγὼ φημι εἶναι τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν: de voce ὑγιές v. annot. ad 6, 322 d 4. Sententiam imitatur auctor Socr. epist. 30 (Köhler; Orelli 32), 3 σοφία γὰρ ἀληθῆς λέγουι' ἂν ἐνδίκως βεβαιότης καὶ πίσυς. **3**

τὰς δὲ ἄλλας... σοφίας τε καὶ δεινότητας: cf. Theaet. 176 c 4 ubi ei quod ἢ ὡς ἀληθῶς δεινότης et σοφία καὶ ἀρετὴ ἀληθινὴ appellatur opponuntur αἱ ἄλλαι δεινότητές τε δοκοῦσαι καὶ σοφαί. **4**

κομψότητας: Plato plerumque vocem κομψός per ironiam adhibet, velut Pol. 6., 495 d οἱ ἂν κομψότατοι ὄντες τυγχάνωσι περὶ τὸ αὐτῶν τεχνίον, Phaedr. 266 d ταῦτα λέγεις... τὰ κομψὰ τῆς τέχνης; Gorg. 521 e Socrates Calliclis (486 c) verba τὰ κομψὰ ταῦτα repelit et significat talia potius rhetoricae esse quam philosophiae. **5**

ἐν τοῖς ἦθεσιν οἷσπερ καὶ νῦν μένεις: si et nomen et pronomen ab eadem praepositione pendeant, saepe omitti solere **6**

apud Platonem alteram praepositionem exemplis allatis demonstrat Franciscus L. van Cleef, *De attractionis in enuntiationibus relativis usu Platónico* (1890) p. 44, cf. Leg. 7, 790 c *κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὄνπερ ἤργμεθα*, 12, 943 d *λιποταξίου τούτων εἶναι γραφὰς ἐν τοῖς αὐτοῖς οἷς περὶ τῆς ἀστραιείας*, ib. 12, 955 b *νικήσαντα γράφειν ἐν ἱεροῖς οἷς ἂν ἐθέλη*. Attractio ut saepius apud Platonem negligitur ep. 7, 349 c *ἐν τῷ κῆπῳ, ἐν ᾧ κατώκουν ἐγώ*, ubi enuntiatum relativum adiungitur, non coniungitur.

EPISTULA UNDECIMA.

Laodamanti Platonem vocanti ut cuiusdam rei agendae — sine dubio coloniae constituendae — particeps fiat, Plato hac epistula exponit, quibus de causis ei satisfacere non possit.

Si Laodamas, ad quem haec epistula mittitur, Thasius fuit, iudicare possumus de quadam Thasiarum colonia agi; cum memoriae proditum sit a Thasiis a. 360/59 coloniam Crenides, a. 360 coloniam Datum esse deductam, ipsa ea re tempus epistulae definitur.

Epistula est documentum Platonis curae in rebus publicis administrandis positae, de qua in prooemio epistulae quintae diximus.

Λαοδάμαντι: pro certo dicere non possumus idemne fuerit **358 d 1**
Leodamas Thasius, quem a Platone analysim quae dicitur accepisse scribit Diog. Laert. 3, 24 et Proclus, in Eucl. 1, 211.

διαφέρει . . . ἀφικέσθαι: διαφέρει cum inf. c. acc. ut Leg. 10, **2**
887 b διαφέρει . . . πιθανότητά τινα τοῦς λόγους ἡμῶν ἔχειν.

μετὰ τοῦτο ἦν δεύτερον: cf. Leg. 10, 894 e τὸ δὲ μετὰ τοῦτο **4**
ἔχομεν τοῦτου δεύτερον.

Σωκράτη: non dicit Socratem illum magistrum suum sed sine dubio Socratem Minorem qui in dialogis Theaeteto et Sophista aliquas agit partes. Theaet. 147 c sq. Theaetetus Socrati Maiori ἀτὰρ inquit κινδυνεύεις ἐρωτῶν ὅλον καὶ αὐτοῖς ἡμῖν ἔναγχος εἰσήλθε διαλεγόμενοις, ἐμοί τε καὶ τῷ σὺ ὁμωνύμῳ τούτῳ Σωκράτει. Apparet Socratem Minorem praesentem adesse colloquio quod Theaetetus et Theodorus cum Socrate Maiore habent. Ib. 148 b una cum Theaeteto a Socrate laudatur ob solutam quaestionem quandam mathematicam. Etiam in dialogo Sophista Socrates Minor Theaetetum amicum comitatur; ne hic quidem ipse fit colloquii particeps, Theaetetus autem 218 b profitetur se eius auxilio in colloquio esse usurum si ipse defecerit: ἀλλ' οἶμαι μὲν δὴ νῦν οὕτως οὐκ ἀπερεῖν· ἂν δ' ἄρα τι τοιοῦτον γίγνηται, καὶ τότε παραληψόμεθα Σωκράτη, τὸν Σω-

κράτους μὲν ὁμώνυμον, ἐμὸν δὲ ἡλικιώτην καὶ συγγυμναστήν, ᾧ συνδιαπονεῖν μετ' ἐμοῦ τὰ πολλὰ οὐκ ἄηδες. Et ex his et ex Eleatae responso εὖ λέγεις, καὶ ταῦτα μὲν ἰδίᾳ βουλευσῆ προιόντος τοῦ λόγου apparet Platonem iam tum in animo habuisse Socratem Minorem participem facere colloquii in trilogia quam parabat de sophista, de politico, de philosopho; quod re vera fecit in Politico. Quin Socrates ille Minor vixerit, Aristotelis testimonio adhibito non potest dubitari; qui de eo mentionem facit Metaph. 6, 1036 b 24 καὶ ἡ παραβολὴ ἢ ἐπὶ τοῦ ζῴου, ἣν εἰώθει λέγειν Σωκράτης ὁ νεώτερος, οὐ καλῶς ἔχει. Fortasse cum apud Aristotelem nonnullis locis Socrates »senex« commemoratur, velut Eth. Eud. 1, 1216 b 2, cf. Eth. M. 2, 1200 b 25 (Σωκράτης ὁ πρεσβύτης), Eth. Eud. 7, 1235 a 37 (Σωκράτης ὁ γέρον), cognomine illo a Socrate Minore distinguitur. E. Kapp, Philol. 79, 1923, 225 — 233, existimat ad Socratem Minorem pertinere quod traditum est Aristotelem audivisse Socratem. In Aristotelis vita quae codice Marciano continetur leguntur haec (Aristot. fragm. ed. Rose p. 427, 14 sqq.): ἐτῶν δὲ γενόμενος ἑπτακαίδεκα τοῦ Πυθδοῦ Θεοῦ χρήσαντος αὐτῷ φιλοσοφεῖν, Ἀθήνησι φοιτᾷ Σωκράτει καὶ συνῆν αὐτῷ τὸν μέχρι τελευτῆς αὐτοῦ χρόνον πλὴν ὀλίγον ὄντα. μετὰ δὲ τοῦτον φοιτᾷ Πλάτωνι καὶ συνῆν τούτῳ τὸν μέχρι τελευτῆς αὐτοῦ χρόνον εἰκοσαετῆ τυγχάνοντα, ὡς αὐτὸς ἐπισιτέλλων Φιλίππῳ λέγει. Anorum ratione computata iudicat Kapp Aristotelem adulescentem septendecim annorum a. 367 Athenas venisse, eo ipso tempore cum Plato Syracusis commorabatur; quo factum esse ut primum ei cum Socrate illo Minore, postea cum Platone consuetudo esset. At quae illius vitae auctor tradit, sine dubio aetatum errore commisso de Socrate Maiore dicuntur. Spectantibus nobis et epistulae locum et dialogos Theaetetus Sophistam Politicum pro certo habendum est Socratem Minorem et Platoni ipsi et iuxta Platonem alicuius momenti fuisse virum.

- e 1 ἐστιν περὶ ἀσθένειαν: de morbo longinquo, cum περὶ cum accusativo de occupatione adhibeatur, cf. Phaed. 69 c οἱ περὶ τὰς τελετίας, Soph. 220 d ὅπ' αὐτῶν τῶν περὶ τὴν θήραν.
- 2 ἐνταῦθα ... ἐφ' ἅπερ σὺ παρακαλεῖς: quo et ad quid Plato a Laodamante vocetur nescimus. Spectantibus nobis 359 a σοί

τε καὶ τοῖς οἰκισταῖς veri simillimum videtur de colonia quadam constituenda agi eaque Thasiorum, siquidem Laodamas ad quem haec epistula mittitur Thasius fuerit. H. Raeder, Rhein. Mus. 61, 1906, 440, Crenides dici existimat, quam coloniam a. 360/59 deductam esse tradit Diodorus 16, 3, 7, Ed. Meyer, Gesch. des Alt. 5, 3. ed. 503, cf. ib. 481 et 483, Datum coloniam a. 360 constitutam, v. quae commemorat Scylax 67 (Geogr. Gr. Min. I 54) et Isocr. 8, 64. Eiusmodi munus profecto neque a Platone ipso neque ab eius discipulis abhorrebat; de qua re memoriae prodit Plut. Adversus Coloten 32 (1126 c) *Πλάτων δὲ τῶν ἐταίρων ἐξαπέστειλεν Ἀρκάσι μὲν Ἀριστώνυμον διακοσμήσοντα τὴν πολιτείαν, Ἕλεοῖς δὲ Φορμίωνα, Μενέδημον δὲ Πυρραίοις*. Diog. Laert. 3, 23 secundum Pamphilam tradit: *Ἀρκάδες καὶ Θεβαῖοι Μεγάλην πόλιν οἰκίζοντες παρεκάλουν αὐτὸν (sc. Πλάτωνα) νομοθέτην ὃ δὲ μαθὼν ἴσον ἔχειν οὐ θέλοντας οὐκ ἐπορεύθη*. Acciderintne omnia quae hic narrantur fortasse dubitari potest; quin fieri potuerit, ut Plato ad res publicas constituendas vocaretur, non est cur dubitemus.

μακρᾶς ἐτέρας δέοι' ἂν ἐπιστολῆς: v. annot. ad 7, 327 e 3. 4

διὰ τὴν ἡλικίαν: senectutem excusavit Plato etiam cum 5
a Dionysio Syracusas vocabatur, v. 7, 338 c. Si Laodamantis epistula re vera ad coloniam a. 360 deductam pertinet, putandum est Platonem eam post tertium iter Siciliense accepisse, senem prope septuaginta annorum, rebus Syracusanis desperantem. Qua re explanari potest eius publicorum munerum diffidentia.

ικανῶς ἔχω: cum inf. ut *ικανός εἰμι*, cf. Pol. 6, 496 d *οὔτε 6
ικανὸς ὢν εἰς πᾶσιν ἀγροῖς ἀντέχειν*.

καὶ νῦν πάντα κινδύνων ἐν ταῖς πορείαις ἐστὶ μεστά: si haec 7
epistula a. 360 scripta est, pertinere videtur haec sententia ad bellum vel potius latrocinium maritimum quo Alexander Pheracus eo tempore Athenienses vexavit; v. Xenoph. Hell. 6, 4, 35 *ἐπεὶ δ' αὐτὸς (sc. Alexander) παρέλαβε τὴν ἀρχήν, χαλεπὸς μὲν Θετταλοῖς ταγὸς ἐγένετο, χαλεπὸς δὲ Θεβαλοῖς καὶ Ἀθηναίοις πολέμιος, ἄδικος δὲ ληστής καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν*.

φησὶν Ἡσίοδος: H. Müller et Apelt putant spectari Hesiodi 359 a 2
Op. v. 483 sq. *ἄλλοτε δ' ἄλλοιὸς Ζηνὸς νόος αἰγιόχοιο, ἀργα-*

λέος δ' ἄνδρεςσι καταθνητοῖσι νοῆσαι. At sine dubio etiam verba εἰπόντος μὲν ἐμοῦ pars sunt illius versus hanc sententiam continentis: »quod a me dictum vile videri possit, difficile autem est inventu«. Quod verbum νοῆσαι idem quod »cogitatione invenire« significare potest cf. Gorg. 491 b ἱκανοὶ ὄντες ἂν ἄν νοήσωσιν ἐπιτελεῖν. Similis est contrapositio Pol. 7, 527 d τὸ δ' ἔστιν οὐ πάνν φαῦλον ἀλλὰ χαλεπὸν πιστεῦσαι. In Rzachii editione carminum Hesiodi (1902) scribuntur versus (fragm. 223) e Platonis verbis a Goettlingio hoc modo restituti:

"Ο εἰπόντος μὲν ἐμεῖο
φαῦλόν κεν δόξειεν ἔμεν, χαλεπὸν δὲ νοῆσαι.

Wilamowitz, Platon II 406, hunc versum componit: εἰπόντος μὲν ἐμοῦ φαῦλον, χαλεπὸν δὲ νοῆσαι.

- 3 εἰ γὰρ οἶονδ' . . . πόλιν ἂν κατασκευασθῆναι: Burnet scribit οἶόν τε nulla de codicum lectionibus annotatione apposita, Bekker οἶονδ' annotans »οἶονδ' η« (= cod. Vaticanus 1353); lectionem Bekkerianam recepit Hermann, ab Hermannio Howald et Andreae; Souilhé scribit οἶονται lectionem in codice V duobusque codicibus recentioribus *L Z* inventam et annotat οἶόν τε esse lectionem codicum *A O*; eandem esse in Plut. 85, 9 (= cod. Florentino plutei 85, 9, saec. XII), tamen litteris *αι* supra *τε* positis. Pro πόλιν ἂν (*A O V*), quod scribunt Bekker Hermann Howald Andreae, Burnet et Souilhé habent πολιτεῖαν (*A³ O²*). Si et formam et rem enuntiati posterioris quod apodosis appellari solet spectamus, iudicandum est in enuntiatio quod praecedit (protasi) aliorum sententiam a scriptore afferri, non suam, eamque improbari; cui sententiae satisfacit lectio Bekkeriana quam in lemmate posuimus.

καὶ ὄντινων: v. annot. ad 7, 341 b 6.

ἄνευ τοῦ εἶναι τι κύριον: v. annot. ad 7, 334 c 4.

- 5 τῆς καθ' ἡμέραν διαίτης: victum cotidianum recte ordinatum maximum valere putavit Plato et ad philosophiam colendam, v. annot. ad 7, 340 d 3, et ad rem publicam bene constituendam atque conservandam, v. 7, 326 c.

b 2 τοῖς θεοῖς εὐχέσθε: v. annot. ad 7, 331 d 4.

- 4 συμβάσεων: haec vox alibi apud Platonem non occurrit.

άνηρ καλός τε και αγαθός . . . μεγάλην δύναμιν έχων: talis 6
 viri exemplum ostendit Plato Lycurgum 8, 354 b. Unius viri exi-
 mii auctoritate rem publicam esse constituendam proponitur
 Leg. 4, 709 e *τυραννουμένην μοι δότε τήν πόλιν . . . τύραννος*
δ' ἔστω νέος και μνήμων και εύμαδής και άνδρειός και μεγα-
λοπρεπής φύσει.

άνοηταίνειν: cf. Phil. 12 d *άνοηταίνοντα.*

c 1

οιομένους τι έτοιμώς διαπράξασθαι: *οιομένους* = in animo
 habentes, v. annot. ad 7, 324 b 7. Infinitivum *διαπράξασθαι*
 nonnulli, velut Richards, Wilamowitz (Platon II 406), Andreae
 nulla probabili causa in *διαπράξεσθαι* mutant, v. annot. ad
 3, 317 a 7.

EPISTULA DUODECIMA.

Archytae Tarentino Plato hac epistula gratias agit, quod sibi commentarios a quodam, qui non nominatur, scriptos miserit; ipse quaedam a se scripta eaque non satis perfecta ad Archytam mittit et custodiae cuiusdam mentionem facit.

Brevis ac simplex epistula nullam haberet difficultatem, nisi apud Diogenem Laert. 8, 79 sqq. Archytae epistula tradita esset, cui haec epistula respondere perhibeatur; accedit quod in codicibus manuscriptis ad hanc epistulam annotatur *ἀντιλέγεται ὡς οὐ Πλάτωνος*. Archytae epistula haec est:

» Ἀρχύτας Πλάτωνι ὑγιαίνειν. Καλῶς ποιεῖς δι' ἀποπέφυγας ἐκ τῆς ἀρρωστίας· ταῦτα γὰρ αὐτός τε ἐπέσταλκας καὶ τοὶ περὶ Λαμίσκον ἀπάγγελον. περὶ δὲ τῶν ὑπομνημάτων ἐπεμελήθημεν καὶ ἀνήλθομεν ὡς Λευκανῶς καὶ ἐνετύχομεν τοῖς Ὀκκῆλω ἐγκόνους. τὰ μὲν ὦν περὶ νόμου καὶ Βασιλείας καὶ Ὀσιότατος καὶ τῆς πάντος γενέσιος αὐτοὶ τ' ἔχομεν καὶ τιν' ἀπεστάλκαμες· τὰ δὲ λοιπὰ οὐτοὶ νῦν γὰρ δύναται εὑρεθῆμεν, αἱ δὲ κα' εὑρεθῆ, ἤξει τοι.»

Quae epistula si vera esset, iudicandum esset commentarios illos de quibus Plato mentionem facit fuisse scripta Ocelli Lucani quae feruntur De lege De regno De pietate De universi generatione. Cum non dubitaretur quin Diogenes Platonis epistulam cum Archytae epistula recte coniungeret, epistula Platonis de qua agimus in maximam adducebatur suspicionem, dum inter omnes constat scripta quae Ocello auctori attribuantur subdicia esse ac posteriore quam Platonis aetate confecta. Zeller, Phil. der Griech. 3, 2, 5. ed, p. 111 annot. 3, iudicat ea paulo ante medium primum a. Chr. n. saeculum esse orta et veri simile habet ab eodem qui ea confecisset compositam esse utramque et Archytae et Platonis quae fertur epistulam, quibus falsi Ocelli fides consignaretur. Similis est opinio H. Dielsii, Doxogr. 187, Vors. 1, 3. ed. 339, 9 annot. Etiam R. Harder qui Ocelli Lucani scriptum quod fertur De universi natura edidit („Ocellus Lucanus“, Neue philol. Untersuchungen herausgegeben v. Werner Jaeger, 1. Heft, 1926), putat has epistulas ab ipso litterarum Ocellianarum auctore esse confictas iisque prooemii loco aditas. Cuius iudicii solum aliqua pars mihi recta videtur esse. Equidem existimo Archytae epistulam esse scriptam non ab Archyta, sed a quodam cui et epistula Platonis et opuscula illa Ocelliana nota erant. Nam

comparanti mihi has epistulas pro certo videtur haberi posse Platonis epistulam non esse responsum quo ad epistulam Archytae quae est apud Diogenem rescribatur. Etenim apud Platonem 359d legimus *τὰ δὲ παρ' ἐμοὶ ὑπομνήματα, περὶ ὧν ἐπέστειλας, ἰκανῶς μὲν οὐπω ἔχει, ὡς δὲ ποτε τυγχάνει ἔχοντα ἀπέσταλλά σοι*: quae non possunt referri ad illam Archytae epistulam, in qua de Platonis scriptis nulla fiat mentio. Itaque puto Archytae epistulam esse compositam cum iam Platonis epistula exstaret atque esse ponendam in numero plurimarum epistularum quae hellenistica quae dicitur aetate tamquam novum litterarum genus conficiebantur. Scribenti satis argumenti praebebat initium epistulae Platonis gratias agentis Archytae pro commentationibus acceptis. Simili modo orta est altera Archytae epistula apud Diogenem Laert. 3, 22 allata, quam Archytas ad Dionysium scripsisse fingitur ut sibi Plato ab illo incolumis restitueretur: quae epistula sine dubio e Platonis epistulae septimae loco 350a sq. originem accepit. Cur auctor epistulae, quae Archytae esse fertur, Ocelli Lucani scripta ab Archyta esse comparata atque ad Platonem missa scripserit, nescimus; haec epistula sola est in qua ea res commemoretur neque quidquam aliud de Platonis scriptorum Ocellianorum notione memoriae est proditum. Cum autem inter Platonem et Ocelli qui fertur De universi natura libellum nulla intersit similitudo, qua quis commotus Platonem Ocelli scripta cognovisse finxerit, iudicandum est eum a quo Archytae epistula scripta est, aut temere Ocelli nomen apposuisse scriptis de quibus inter Archytam et Platonem actum esse in Platonis epistula legerit, aut quadam memoria esse usum quae ad nos non pervenerit.

Quoniam neque Ocelli scripta neque Archytae epistula ipsa satis fidei habebant, factum est ut etiam de Platonis epistula, postquam cum illa coniuncta est, dubitaretur; unde orta est — ut recte explicat Howald p. 7 sq. — ea quam supra commemoravimus codicum manuscriptorum nota *ἀντιλέγεται ὡς οὐ Πλάτωνος*.

Ἀρχύτα: de viro v. annot. ad 7, 338 c 6; de forma dorica 359 c 3 v. annot. ad 9, 357 d 2.

τὰ . . . παρὰ σοῦ ἐλθόνθ' ὑπομνήματα: qui fuerint commentarii quos ab Archyta missos se magna cum voluptate accepisse scribit Plato, satis videbatur esse explanatum iis quae apud Diog. Laert. 8, 79 sqq. legimus. Cum Platonis epistula, ut in proemio ostendimus, ab epistula quam Diogenes affert Archytae disiungenda videatur, irrita fit opinio qua putabatur esse soluta quaestio de auctore commentariorum qui a Platone hoc loco commemo-

rantur. Quatenus ea res ex epistula ipsa explanari possit v. annot. ad 359 d 2.

d 1 ὡς ἐνι μάλιστα: ἔνι ut Leg. 1, 646 d εἶπερ ἐνι τοῦτο ἐν τούτοις ὀρθῶς διανοηθῆναι.

2 λέγονται γὰρ δὴ οἱ ἄνδρες οὗτοι Μύριοι εἶναι — οὗτοι δ' ἦσαν τῶν ἐπὶ Λαομέδοντος ἑξαναστάντων Τρώων: locus difficillimus, cum neque lectio neque res ipsa satis certa sit. Pro Μύριοι Diogenis Laert. codices (8, 81) alii Μυραῖοι alii Μοιραῖοι scriptum habent; οὗτοι δ' ἦσαν τῶν ἐπὶ Λαομέδοντος lectio est Diogenis, cum in Platonis codicibus A O Z V prima manu sit scriptum οὗτοι δ' ἀπάντων ἐπὶ λαομέδοντος. Hanc lectionem omnes quantum scio editores secundum Diogenem fortasse recte correxerunt, de illa dissentiunt.

1. Nonnulli non nomen proprium Μύριοι sed numerale μύριοι aut μυρῖοι legendum esse putant. Ficinus vertit »ferunt viro- rum decem milia fuisse«, Ast »dicuntur enim viri hi innume- rables fuisse«, Wiegand vocis μυρῖοι sententia temere immutata »denn, wie bekanntlich berichtet wird, waren diese seine Vor- fahren ausserordentliche Männer«, H. Müller »denn man erzählt von diesen als sehr zahlreichen Auswanderern aus Troern be- stehend«.

2. Wiegand in annotatione quam ad hunc locum scripsit etiam de illa Diogenis lectione Μυραῖοι exponit: quod gentis nomen ab huius lectionis auctore non recte esse ductum a no- mine Μύρα quod sit Lyciae oppidum; Lucanorum cum Lycia coniunctionem ab eodem auctore ob nominis quandam similitu- dinem esse confictam. Ipse lectionem μυρῖοι recepit receptam- que vertit »ausserordentliche Männer«; quam interpretationem sine dubio falsam explicat cum dicit μυρῖοι idem significare quod »sehr gross, unzählig, ausserordentlich u. dergl.«.

3. Nomen proprium esse illud Μύριοι putat Apelt et vertit »denn, wie es heisst, waren diese Altvordern Myrier und gehörten zu jenen Troern, die unter Laomedon auswanderten«; similis est interpretatio Guilelmi Andreae, Josephi Souilhé, L. A. Postii, qui locum de quo agitur nullo modo explanare conantur. Contra Apelt in annotatione profert opinionem hunc locum propter no- minum similitudinem referri posse non ad Troes et Laomedontem,

sed ad Thebanos qui rege Laodamante mortuo in Illyriam demi-graverint, v. Her. 5, 61, Paus. 9, 5, 7, Apollod. 3, 7, 3; itaque pro *Μύριοι* legendum esse *Ἰλλύριοι*, *Λαοδάμαντος* pro *Λαομέδοντος*, pro *Τρώων* fortasse *ἠρώων*. Illyriam non longe distare a Magna Graecia, cuius pars sit Lucania, Ocelli patria. Wilamowitz, Platon II 406, existimat hoc loco Lucanorum originem a Troianis duci simili modo ac Troiani maiores perhibeantur et Elymaeorum et Romanorum; solum nomen *Μύριοι* esse corruptum; coniecturam *Ἰλλύριοι* quamquam in proximo iaceat tamen ipsam per se nihil prodesse, quamvis multum delectationis haberet videre Messapiorum aliorumque qui ab eadem stirpe oriundi erant cum Illyriis affinitatem esse cognitam; quod eorum etiam Lucanos fuisse putari potuerit non videri mirum.

4. Howald nomen *Μύριοι* in *Ἐλυμαῖοι* mutat dum id spectat quod Elymaei Laomedonte regnante Troia venisse tradantur; quamquam ipse confitetur non satis perspici qua ratione Ocellus Lucanus cum Elymaeis coniunctus sit. Addendum est quod et apud Thucydidem (6, 2) et apud Strabonem (13, 608) Elymaeorum origo ad eos Troianos refertur qui post Troiam captam, non Laomedonte regnante, in Siciliam venerint.

Quaerentibus nobis nominis *Μύριοι* vim et sententiam omnium primum liberis esse necesse est a communi opinione eorum, qui putant hoc nomine quodam modo Lucanos, quorum fuerit Ocellus, significari; re vera neque viri, de quo hic agitur, neque patriae eius nomen novimus. Si Platonis verba ipsa spectamus, hoc tantum apparet gentem illius viri vetustissimam fuisse, quippe cuius origo a Troianis duceretur; vetustiozem fuisse ipsis Romanis, cum hi a Troianis post Troiae excidium patria profugis orti esse perhiberentur, illi a Troianis qui Laomedonte regnante emigravissent. Etiam id animadvertendum est, quod Plato viri originem tamquam aliquid Archytæ ignotum commemorat; unde iudicari potest non fuisse in usu nomen *Μύριοι* Troianorumque memoriam cum viri nomine coniungere. Facilior esset huius rei investigatio, si ulla de Troianis, qui Laomedontis tempore patriam reliquisset dicantur, memoria traderetur. Cum hoc unum satis constaret Herculem a Laomedonte mercede pacta fraudatum Troiam diruisse (v. Hom. II. 5, 640 sqq., 648 sqq.).

fortasse quadam singulari fama — cuius ne Diodorus quidem 4, 32 mentionem facit — de Troianis ex illo priore urbis discidio profugis narrabatur, et cuiusdam urbis ut videtur Italicae origo ad eos auctores referebatur. Cum vana captaturi non simus, ultra progredi non est nobis in animo.

- 5 *τὰ δὲ παρ' ἐμοὶ ὑπομνήματα: τὰ παρ' ἐμοί* idem fere quod *τὰ ἐμά*, cf. 2, 312 b 5 et annot. Quae Platonis scripta dicantur nescimus; tamen hic locus aliquid afferre mihi quidem videtur ad cognoscendam Platonis scribendi rationem.
- 6 *περὶ δὲ τῆς φυλακῆς ἀμφοτέροισι συμφωνοῦμεν*: haec custodia pertinere videtur ad id, quod inter Archytam et Platonem de ipsorum sententiis et scriptis non divulgandis convenisset, cf. 2, 314 b *μεγίστη δὲ φυλακὴ τὸ μὴ γράφειν ἀλλ' ἐκμανθάνειν*. Non consentio cum Hardero, Ocellus Lucanus p. 41, existimante significari id, quod Plato Ocelli, ut putat Harder, scripta clam possideat.

EPISTULA TERTIA DECIMA.

Hac epistula Plato Dionysio Heliconem commendat, de suis scriptis aliisque rebus, quas ad eum mittit, mentionem facit, pecuniae acceptae expensae expendendaeque rationem ad eum refert, nonnulla addit, quae ad Dionem et alios attinent.

Epistula sine dubio scripta est postquam Plato ex secundo itinere Syracusano rebus quidem infectis tamen nullo discidio inter ipsum et Dionysium exorto Athenas revertit, *ισχάδων υστερον τῆς ἀποθέσεως* (361 b), i. e. autumno a. 366. Primam puto fuisse eam epistularum quae a Platone ad Dionysium Minorem inter secundum et tertium iter Siciliense missae sint.

Legentis hanc epistulam non est spectare utrum quae ea continentur cum ea Platonis imagine congruant quam sibi quisque animo effinxerit, sed utendum est epistula ad Platonem, qui cum philosophus tum homo fuerit, quoad fieri potest, cognoscendum. Quod ni fit, Marsilii Ficini repetitur error verentis ne hac epistula inter alias in Latinum sermonem conversa divi philosophi memoria laederetur.

ἀρχή σοι τῆς ἐπιστολῆς ἔστω καὶ ἅμα σύμβολον ὅτι παρ' ἐμοῦ ἔστιν. Τοὺς Λοκρούς . . .: subiectum praedicati *ἀρχή . . . ἔστω* est illud quod praecedit praescriptum *Πλάτων . . . εἰδὲ πράττειν*, non narratio quae sequitur. Quam ob rem Richardsium secutus post *πράττειν* non distinguo et verbo *ἔστιν* totum enuntiatum concludi existimo, cum Burnet scribat *Πλάτων . . . εἰδὲ πράττειν. Ἀρχή σοι . . . ἔστιν· τοὺς Λοκρούς* quae sequuntur. Praescripti *εἰδὲ πράττειν* significatio exponitur etiam 3, 315 b (v. et annot.) primisque epistulae verbis attingitur 8, 352 b.

σύμβολον: v. annot. ad 363 b 4.

3

τοὺς Λοκρούς ποθ' ἔσιτων νεανίσκους: Locri Epizephyrii et bello Atheniensi et Dionysiis imperium tenentibus Syracusanorum socii erant; quod Dionysius Minor Syracusis pulsus Locros confugit, commemoravimus in annot. ad 8, 353 a 3. Convivium de quo agitur festis quibusdam diebus habitum videtur esse

adulescentesque Locrenses tum ludorum vel spectatores vel participes Syracusas venisse. Mentione de Locrensibus adulescentibus facta usus est auctor Socraticorum epistulae 10. et 11.; in illa Aeschines Aristippum, ut antea Platonem, rogat ut Locrenses adulescentes servet, in hac Aristippus ei nuntiat illos e vinculis dimissum iri. Quod scriptoris commentum ad Platonis locum explicandum nullius est momenti.

- b 1** ἦν δ' οὗτος τῶν καλῶν τις: voce οἱ καλοὶ quasi ordo quidam adulescentum designatur, cf. Phaedr. 227 c γέγραφε γὰρ δὴ ὁ Λυσίας πειρώμενόν τινα τῶν καλῶν.
- 4** ὅτι μετεπεμψάμην αὐτόν: non inutiliter additur, cum substantivo τῆς μεταπέμψεως neque subiectum neque obiectum actionis designetur; v. annot. ad 3, 318 e 2.
- 5** τοῦτ' οὖν διασωστέον: τοῦτο: opinionem quanti sit momenti nostra consuetudo eiusque servandae studium.
- 6** ἡμῶν ἢ ἀπ' ἀλλήλων ὠφελία: significatur non solum Dionysii sed etiam Platonis utilitati esse consulendum.
- 7** τῶν τε Πυθαγορείων πέμπω σοι καὶ τῶν διαιρέσεων: de gen. part. v. annot. ad 7, 338 d 4. Quaeritur quaenam fuerint scripta quae Plato Πυθαγόρεια et διαιρέσεις nominat atque ad Dionysium mittit. Platonem ipsum divisiones quasdam scripsisse commemorare videtur Aristoteles De gener. et corr. 2, 3, 330 b 15: ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ τρία λέγοντες, καθάπερ Πλάτων ἐν ταῖς διαιρέσεσιν τὸ γὰρ μέσον μῖγμα ποιεῖ καὶ σχεδὸν ταῦτὰ λέγουσιν οἱ τε δύο καὶ οἱ τρία ποιοῦντες, πλὴν οἱ μὲν τέμνουσιν εἰς δύο τὸ μέσον, οἱ δὲ ἐν μόνον ποιοῦσιν. Tamen incertum est, utrum proprium quiddam Platonis de divisionibus scriptum dicatur, an referendus sit locus ad aliquem dialogorum quos novimus. Christ, Plat. Studien 487, putat Sophistae dialogi locum 242 c significari; quod Aristoteles De part. an. 1, 2, 642 b 10 scriptas quasdam divisiones (αἱ γεγραμμένα διαιρέσεις) auctoris nomine non allato commemorat, referri videtur Christio ib. 485 sq. ad Platonis dialogos Soph. 220 a sq. et Politicum 264 d sq. Quae cum ita sint, etiam divisiones in epistula commemoratas existimat Christ ib. 484 sq. fuisse partes e dialogis Sophista et Politico excerptas. Quos dialogos hic dici putat etiam E. Meyer, Gesch. des Alt. 5, 3. ed. 507, Apelt, L. A. Post, G. Andreae.

De ratione quae intersit inter Aristotelis locos et Platonis dialogos Sophistam Politicumque cum Christio consentit H. Raeder, Platons philos. Entwicklung 351; tamen quod ad epistulae locum attinet, genetivo *διαίρέσεων* iudicat significari. dialogos eo tempore nondum esse absolutos aut commentationes quasdam dici ad eiusmodi divisiones spectantes, quales in illis dialogis exponantur; hoc confirmari putat Rhein. Mus. 61, 1906, 514 sq. et dialogorum et epistulae dicendi genere excusso, unde iudicari posse epistolam 13. prius esse scriptam quam illos dialogos.

Parum ad hanc quaestionem solvendam affert alius Aristotelis locus Met. 4, 11, 1019 a 4, ubi Aristoteles divisionis cuiusdam a Platone adhibitae mentionem facit, cum dubitare possumus, utrum hic aliquid Platonis scriptum spectaverit an dictum. Accedit quod Diogenes Laert. 3, 80 tradit quae de bonorum divisione Platonica scripserit Aristoteles. Fuissetne de divisionibus proprium Platonis scriptum, iam ab antiquis varie dissebatur; velut Alexander Aphrodisius, ut auctor est Ioannes Philoponus ad Arist. De gener. et corr. locum quem attulimus, censebat *τὰς φερομένας Πλάτωνος διαίρέσεις νοθεύεσθαι* Aristotelisque verba ad ea, quae in Sophista leguntur, spectare. Ioannes Philoponus ipse negat ad Sophistae locum quae Aristoteles scribit pertinere probabiliusque sibi videri dicit Platonis dogmata scriptis non mandata (*ἄγραφα δόγματα*) ab Aristotele significari et divisiones (*διαίρέσεις*) appellari.

Karsten, Commentatio critica p. 218—225, illa Aristotelis dictione *καθ' ἅπερ Πλάτων ἐν ταῖς διαίρέσεσιν* designari existimat librum vel commentarium Platonis nomine editum, sive ab ipso profectum sive ab aliquo auditorum e magistri scholis conflatum, non commentarium aliquem, »quem Aristoteles e magistri ore exceptum suos in usus scripsisset« (p. 220); fuisse libellum quasi technologiam quandam philosophicam, qua continerentur definitiones vocabulorum ad dialectica ethica physica pertinentium. Cum hac Karstenii opinione consentit C. Ritter, Neue Unters. p. 366 annot. 49, et putat ex libello illo esse excerptam bonorum divisionem apud Diogenem Laert. 3, 80 commemoratam. Eadem fere est opinio Howaldii; qui addit fortasse plura fuisse eiusmodi scripta.

Similis est in vocabulo *Πυθαγορείων* explicando opinionum dissensio. Fuerunt qui a Platone dialogum Timaeum hoc modo designari putarent, ubi Pythagoreus ille primas ageret partes. Karsten, Commentatio critica p. 222 sqq., reiecta hac opinione veri simile esse arbitratur etiam hoc titulo potius commentarium aliquem Platonis nomine editum significari, qualis fuerit Aristotelis ille *περὶ τὰ γαθοῦ*, de quo Simplicius et Philoponus mentionem faciant locis, quos supra in annot. ad 7, 341 b 5 attulimus. Si Platonis epistula, quod credimus, vera est, Karstenii opinio ad locum explicandum vix potest adhiberi. Christ, Plat. Studien 482 sqq., ad explicationem a Karstenio improbatam rediens dialogi Timaei quem tum Plato pararet partes electas ad Dionysium mitti iudicabat; cum eo consentiunt Apelt, L. A. Post, G. Andreae. H. Raeder, Rhein. Mus. 61, 1906, 514 sq., qui ut Sophistam et Politicum ita etiam Timaeum posteriorem esse epistula tertia decima censet, vocabulo *Πυθαγόρεια* designari opinatur commentationes quasdam de Pythagoreorum doctrinis ante Timaeum compositum enotatas.

Considerantibus nobis et locum ipsum de quo agimus et quae ad eum explicandum prolata sunt, primum commemorandum videtur esse hoc loco non indicari *Πυθαγόρεια* et *διαίρεσεις* esse ipsius Platonis scripta; solum id est certum, quod Plato scriptis quae nominat missis ad Dionysii philosophiae studia afferre vult. E genetivo partitivo profecto iudicandum est non designari dialogos perfectos et absolutos, quales sunt Timaeus Sophista Politicus, sed electa quaedam e » Pythagorearum litterarum « genere et ex dialecticis exercitationibus ad divisiones pertinentibus. Quod Plato eiusmodi exercitationes utilissimas ducebat, non solum dialogis Sophista et Politico ostenditur, sed etiam Phaedr. 265 d sq. ubi et *τὸ πάλιν κατ' εἶδη δύνασθαι διατέμνειν κατ' ἄρθρα ἢ πέφυκεν* et *εἰς μίαν ἰδέαν συνορῶντα ἄγειν τὰ πολλαχῆ διεσπαρμένα* haud illepidum (οὐκ ἄχαρι) esse dicitur.

c1 *Ἀρχύτης*: v. annot. ad 7, 338 c 6.

2 *Ἑλλίκων* . . . *Εὐδόξου*: Helico Cyzicenus eo tempore Eudoxum Cnidium mathematicum illum et astronomum videtur cognovisse, cum Eudoxus Cnidi scholas habuit. Veri simile est

Heliconem fuisse in numero eorum discipulorum cum quibus Eudoxum Athenas demigravisse tradit Diog. Laert. 8, 86; quod si ita est, ex hac epistula apparet migrationem illam quam Tan-nery circa a. 368, Boeckh aliquot annis post factam esse putabat, v. Hultsch, Real-Enz. 6, col. 932, priorem esse anno 366, quo haec epistula scripta est. Ipsum Eudoxum Syracusis fuisse apud Dionysium commemorat Aelianus V. h. 7, 13; Plutarchus, Dio 19, narrat ab Helicone Syracusis commorante solis defectionem esse praedictam; quae cum re vera accidisset, Heliconem a Dionysio argenti talento esse donatum. Apud Philostratum, Vita Apoll. 1, 35, Helico in numero eorum philosophorum nominatur qui lucri causa Syracusas venerint, cf. annot ad 7, 326 b 4.

Πολυξένω: v. annot. ad 2, 310 c 7.

5

Βρύσωνος: Bryso sophista, Herodori Heracleotae rerum scriptoris filius, commemoratur apud Aristotelem Hist. an. 6, 5, 563 a 7 et ib. 9, 11, 615 a 10. Rhet. 3, 2, 1405 b 9 Aristoteles, Brysonis de eo quod *αἰσχρολογεῖν* dicitur opinionem redarguit. Anal. Post. 1, 9, 75 b 40 et Soph. el. 11, 171 b 16 ostenditur Brysonem circuli tetragonismum quendam captiosum invenisse. Ex Aristotelis locis iudicandum videtur Brysonem fuisse virum omnibus notum, praesertim cum Aristoteles Brysonis nomen ipsum per se proferat, ad Herodori nomen »Brysonis sophistae pater« addendum esse censeat. Brysonem una cum Thrasymacho perstringit Ehippus poeta comicus apud Athen. 11, 509 c

*ἔπειτ' ἀναστὰς εὖστοχος νεανίας
τῶν ἐξ Ἀκαδημίας τις ὑπὸ Πλάτωνα καὶ
Βρυσωνοθρασυμαχειοληψικερμάτων
πληγείς ἀνάγκη* quae sequuntur.

E Brysonis disputationibus in multis Platonis dialogis quaedam esse recepta scripsit Theopompus, v. Athen. 11, 508 d. Suidas s. v. *Σωκράτης* Brysonem nominat inter discipulos Socratis et commemorat ab aliis eum non Socratis sed Euclidis discipulum haberi. Brysonem audisse perhibetur Pyrrho Eleus, ut auctor est Diog. Laert. 9, 61 et Suidas loco quem attulimus. Quae res, cum Brysonem aequalem fere fuisse Platonis etiam ex hoc epistulae loco appareat, parum est veri similis.

- 6 *ἐπὶ τούτοις*: non neutrum sed masculinum esse puto hoc pronomen, ad Isocratis et Brysonis discipulos referendum. Quae si ita sunt, profecto locus aliquid habet momenti quo cognoscatur Platonem eo tempore neque de Isocrate neque de Brysone bene existimavisse. Hoc modo solvitur difficultas quam C. Ritter, Neue Unters. 331, in hoc loco inesse putat: quod hic Helico Isocratis Brysonisque nomine commendetur, prorsus abhorrere a Platonis de Isocrate aliisque adversariis iudicio. Re vera id solum pro commendatione habendum est, quod Helico Eudoxum audivisse atque in eius doctrina versatus esse dicitur.

ἔοικεν: et hoc verbo et iis quae sequuntur *δόξειεν ἂν εἶναι* et *δεδιῶς λέγω ταῦτα* significatur Platonem suum de Helicone iudicium caute proferre; praeterea commemorat quomodo sibi hoc iudicium parare studuerit Dionysiumque ipsum iubet spectare atque cautionem adhibere.

- 7 *ἐλαφρός*: de moribus idem quod Latinum »facilis«, cf. Isocr. 12, 31 *τὰς μὲν τῶν ἄλλων ἀηδίας καὶ βαρῦτητας εὐκόλως καὶ ῥαδίως φέροντας, σφᾶς δ' αὐτοὺς ὡς δυνατὸν ἐλαφροτάτους καὶ μετριωτάτους τοῖς συνοῦσι παρέχοντας*. Vox opposita est *βαρῦς*, cf. Theaet. 210 c. *ἦτιον ἔση βαρῦς τοῖς συνοῦσι καὶ ἡμερώτερος*.

- d1 *οὐ φαῦλον ζῶον ἀλλ' εὐμεταβόλον*: haec adiectiva sine dubio inter se opponuntur ita, ut *φαῦλος* non idem quod »vilis«, »mediocris«, »malus« significet, sed »simplex« »stabilis«, »immutabilis«, quo modo apud Arist. Eth. Nic. 1, 11, 1100 b 2 *εὐμετάβολον* opponitur adiectivo *μόνιμον*. Profecto Diog. Laert. 3, 63, dum de Platonis dictionibus exponit, etiam illud affert, quod *φαῦλος* apud eum etiam idem quod *ἀπλοῦς* significat, ut etiam in Euripidis Lycymnio (in versu, qui saepe laudabatur, v. Nauck, Trag. Graec. Fragm. Euripidis frg. 476), ubi de Hercule dicitur

*φαῦλον, ἀκοψον, τὰ μέγιστ' ἀγαθόν,
πᾶσαν ἐν ἔργῳ περιταμνόμενον
σοφίαν, λέσχης ἀτρίβωνα.*

Haec est adiectivi *φαῦλος* sententia Theaet. 147 c *ἐξὸν φαῦλως καὶ βραχέως ἀποκρίνασθαι περιέρχεται ἀπέραντον ὁδόν . . . φαῦλόν που καὶ ἀπλοῦν εἰπεῖν*, Pol. 7, 527 d *τὸ δ' ἔστιν οὐ πᾶν φαῦλον ἀλλὰ χαλεπὸν πιστεῦσαι*. Loci de quo agimus sen-

tentia eadem est quae 6, 323 b τὸ γὰρ ἀνθρώπινον οὐ παντίπα-
σιν βέβαιον. Similem adhibet Plato exceptionem in iudicio de
homine proferendo 7, 335 e ὡς οἶόν τε περὶ ἀνθρώπων ἄν-
θρωπον δυσχυρῶζεσθαι. De iuvenum inconstantia v. annot.
ad 7, 328 b 3.

ἐν καὶ ὀπωσιουῶν σχολάζης: fortasse spectat bellum quo
Dionysius occupabatur cum Plato ab eo Athenas redibat, v. 7,
338 a.

ἵνα . . . βελτίων γίγνη καὶ εὐδοξῆς: etiam 2, 312 c εὐδοξία e 1
ostenditur quam Dionysius consecuturus sit, si philosophiae
operam dederit.

Ἀπόλλω: quod Dionysius Apollinem eximie colebat, et ex 361 a 1
eius carmine apparere existimat L. A. Post, cuius unum ver-
sum affert Plato 3, 315 b, et ex Apollocratis filii nomine.

Λεπτίνης: nihil est cur iudicemus hunc Leptinem fuisse 2
illum Pythagoreum, a quo una cum Polysperchonte occisum esse
Callippum tradit Plut. Dio 58. Quae de Leptine hic et infra
361 b et 362 b dicuntur, potius in navicularium quendam et
mercatores videntur cadere.

Λεωχάρης: nobilis ille statuarum artifex Atheniensis. Cuius 3
opera Plin. N. h. 34, 79 enumerat; qui ib. 50 Leocharem aequae
ac Polyclem, Cephisodotum, Hypatodorum ol. CII, i. e. a. a. Chr.
n. 372—369, floruisse scribit, Praxitelem et Euphranorem ol.
CIV. Quod Leochares Praxitele natu maior fuisse tradatur,
abhorrere videtur ab epistulae loco, quo Leochares a. 366 νέος
δημιουργός appellatur. Etiam id cum aetate a Plinio tradita
male congruit, quod Leochares etiam Alexandro Magno reg-
nante artificium exercuisse commemoratur. Plutarchus, Alex.
40, Leocharem una cum Lysippo regem Alexandrum finxisse
narrat in venatu cum leone confligentem, quod opus a Cratero
Delphis esse positum: τοῦτο τὸ κνήριον Κρατερός εἰς Δελφούς
ἀνέθηκεν, εἰκόνας χαλκᾶς ποιησάμενος τοῦ λέοντος καὶ τῶν
κυνῶν καὶ τοῦ βασιλέως τῷ λέοντι συνεσιῶτος καὶ αὐτοῦ προσ-
βοηθοῦντος, ὧν τὰ μὲν Λύσιππος ἔπλασε, τὰ δὲ Λεωχάρης.
Pausanias 5, 20, 10 memoriae prodit fuisse in Philippeo Olym-
piaco, quod a Philippo post pugnam apud Chaeroneam commis-
sam aedificatum sit, chryselephantinas statuas regis Philippi,

fili eius Alexandri patrisque eius Amyntae, opera Leocharis; accedit quod, ut Frazer, Pausanias's Description of Greece 3, 623, existimat, veri simile est Philippei aedificationem Philippo mortuo ab Alexandro esse perfectam. Quae cum ita sint, iudicare licet id quod Plinius de Leocharis aetate tradit Platonis epistula corrigi.

- 4 σου τῆ γυναικί: Sophrosyne dicitur, Dionysii Maioris et Aristomachae, Dionis sororis, filia. In fabulis, quae de Platone fictae narrabantur, traditur Platonem etiam Dionysii uxorem ad philosophiam vocavisse; haec fabula, quae apud Cyrillum, Contra Iul. 76, p. 820 ed. Migne legitur, sine dubio ab hoc epistulae loco orta est.
- 5 και ἀσθενούντος: hoc solo loco commemoratur Platonem Syracusis morbo laboravisse. Habemus praeter notissimum illum Phaedonis dialogi locum 59 b alteram de Platone aegrotante mentionem. Cf. etiam Archytae q. f. epistulam p. 280.
- b 1 τοῖς παισὶ: e Dionysio et Sophrosyne quattuor liberos natos esse novimus, duos filios, duas filias; quorum nomina uno Apollocrate excepto ignorantur. Tempore, quo Plato hanc epistulam ad Dionysium misit, Apollocrates, qui eorum natu maximus videtur fuisse, circa decimum aetatis suae annum agebat, quippe quem Dionysius a. 356, dum Locros confugit, Ortygiae praefecerit, v. Plut. Dio 37. Cum Dionysius decem annis post a. 347 Syracusas revertisset, alter filius iam adolescentulus et filiae virgines cum matre a Locrensibus ad execrabile Dionysii odium efferatis asperrime tractati ac trucidati sunt, v. Strab. 6, 8 (259 sq.) δύο δ' ἦσαν αἱ θυγατέρες καὶ τῶν υἱῶν ὁ νεώτερος ἤδη μειράκιον· ἄτερος γὰρ Ἀπολλοκράτης συνεστρατήγει τῷ πατρὶ τὴν κάθοδον . . . τὸν δὲ θυμὸν εἰς τὰς θυγατέρας τὸν πλεῖστον ἐξέχεαν (sc. οἱ Λοκροὶ)· καταπορνεύσας γὰρ ἐστραγγάλησαν, εἴτα καύσαντες τὰ σώματα κατήλεσαν τὰ ὀσῆα καὶ κατεπόντωσαν; cf. Plut. Timol. 13 (Διονύσιος) υἱῶν ἐνηλίκων θανάτους καὶ θυγατέρων καταπορνεύσεις παρθένων ἐπέιδε, Praec. ger. reip. 28 (821 d) τοὺς μὲν γὰρ Διονυσίου παιδας καὶ τὴν γυναῖκα καταπορνεύσαντες οἱ περὶ τὴν Ἰταλίαν ἀνείλον, εἴτα καύσαντες τὰ σώματα τὴν τέφραν κατέσπειραν ἐκ πλοίου κατὰ τῆς θαλάττης. Quia filiae eo tempore sine dubio iam adul-

tae erant, veri simile videtur eas ante a. 365 natas esse; quae cum ita sint, iudicare licet eas Apollocratemque hoc loco a Platone dici.

ισχάδων δὲ ὕστερον ἦλθομεν τῆς ἀποθέσεως: ex hoc loco 2
apparet Platonem post tempus quo caricae reponuntur, i. e. post mensem Augustum Athenas revertisse.

μύρτα: bacas myrtaceas numerat Plato Pol. 2, 272 c in frugibus ad opsonium parandum idoneis.

περὶ . . . φυτῶν: veri simile habeo oleas dici, v. Pollucis On. 3
1, 222 *σπέσματα, φυτά, φυτευτήρια· μάλιστα δὲ ἐπὶ ἐλαιῶν ὀνομάζεται.*

εἰς ταῦτα ἕνεκά τε τούτων καὶ εἰσφορῶν τινων: genetivis cum 5
ἕνεκα coniunctis significat Plato cur a Leptine pecuniam sumpserit, demonstrativo *εἰς ταῦτα* designat in quas res eius pecuniae pars iam insumpta sit.

ὃ εἰς τὴν ναῦν ἀναλώσαμεν τὴν Λευκαδίαν: Plato cum non 7
impetravisset, ut sibi Andromedes pecuniam mutuam daret, v. 362 b, a Leptine summam sedecim fere minarum sumpsit parem illi pecuniae quam ipse et Dionysius — re vera puto Dionysius solus — in navem Leucadiam insumpserint. Faenoris genus, cuius exemplum hoc loco apparere opinor, in eo constabat, quod homines pecuniosi naviculariis ad navigationes perficiendas pecunias mutuas dabant grandi scilicet faenore, cum alea in re inesset; notum est usuras nauticas (*τόκοι ναυτικοί*) interdum tertiam capitis partem ($33\frac{1}{3}\%$) effecisse, v. Boeckh, Staatshaushaltung der Athener 1, 3. ed. p. 166—175; velut Demosthenes 34, 23 commemorat Phormionem viginti minas ad navigationem Ponticam sex minarum faenore (30%) mutuas dedisse. Quae pecuniae locandae ratio *ἔκδοσις* appellabatur, v. Anecdota Gr. Bekk. 1, 47 *ἔκδοσις· τὸ ἐπὶ ναῦσι καὶ φορτίοις διδόμενον· ἦν δὲ τὰ τοιαῦτα ἐπισηφαλῆ μὲν, πολύτοκα δέ.* Si eiusmodi *ἔκδοσις* loco de quo agimus significatur, verbum *ἀναλώσαμεν* pro usitato *ἐδανείσαμεν* positum esse putandum est. Itaque credo Dionysium fortasse Platone auctore naviculario cuidam ad navem Leucadiam instruendam sedecim minarum summam mutuam dedisse; qua Platonem, cum in Graeciam revertisset, tamquam hypotheca usum parem summam a Lep-

tine mutuam sumpsisse; Leptinem cum novisset qui esset Platoni cum Dionysio usus et consuetudo, eam dedisse, Platonem mandata a Dionysio habere ratum; pecuniam Leptini Dionysium solvere debere commemoratur infra 363 d.

- c 2 *τὸ δὴ μετὰ τοῦτο περὶ χρημάτων ἄκουε*: cf. similem transitionem 362 a *τὸ δὴ μετὰ ταῦτα λέγω περὶ τῶν σῶν ἀδ' χρημάτων τῶν Ἀθήνησιν τῆς ἀναλώσεως*, 362 e *τὰ μετὰ ταῦτα περὶ Δίονος λέγοιμ' ἄν*. Propter rei pecuniariae commercium, quod Platoni cum Dionysio erat, Plato postea ab obtrectatoribus reprehendebatur; huc referendum est etiam quod apud Lucianum Necyom. 13 narratur, Dionysium *πολλοῖς τῶν πεπαιδευμένων πρὸς ἀργύριον γενέσθαι δεξιόν*.
- 3 *ἐγὼ τοῖς σοῖς χρήμασιν . . . χρήσομαι*: Plato Dionysii permissu usurus est pecunia quam Dionysius in Graecia depositam habuit.
- 4 *ὥσπερ τότε σοι ἔλεγον*: idem colloquium commemoratur infra e 7 *ὥσπερ τότε ἔλεγον*.
- 7 *ἀδελφιδῶν θυγατέρες*: Platoni duo fratres erant, Adimantus et Glauco, una soror, Potone; cuius eorum filiae fuerint matres quattuor puellarum, quarum dos Platoni est curae, nescimus, excepta una, quae infra e 1 Speusippi soror eoque Potone; filia fuisse dicitur.
- d 1 *ὄτ' ἐγὼ οὐκ ἐστεφανούμην, σὺ δ' ἐκέλευες*: existimo id quod Plato coronari noluit quodam modo ad nuntiatam mortem propinquarum pertinere; fortasse cum sollemni quodam convivio prae luctu coronam abnueret, a Dionysio reprehensus est. De simili inter Platonem Dionysiumque controversia narrat Diog. Laert. 2, 78 *καὶ ποτε παρὰ πότον κελεύσαντος Διονυσίου ἕκαστον ἐν πορφυρᾷ ἐσθῆτι δοχῆσασθαι, τὸν μὲν Πλάτωνα μὴ προσέσθαι, εἰπόντα* «οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδύναι στολήν [Eur. Bacch. 836]» *τὸν δ' Ἀρίστιππον λαβόντα καὶ μέλλοντα δοχῆσασθαι εὐστόχως εἰπεῖν* «καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν οὐδ' ἢ γε σῶφρων οὐ διαφθαρήσεται» [Eur. Bacch. 317 sq.]. Cf. Stob. 5, 46, Sext. Emp. Pyrrhon. Hyp. 1, c. 14, 40.
- 3 *ταύτας ἐκδοτέον ἐμοί ἐστιν καὶ τοῖς ἐμοῖς ἐπιτηδεύοις*: Plato in re familiari exponenda primo loco ponit novam curam, quae sibi exstiterit, dum in Sicilia commoretur. Et apud Graecos et

apud Romanos hominum liberalium erat propinquis, amicis aliisque indigentibus ad dotem comparandam et ad sepulcrum faciendum conferre. Apud Lysiam or. 19 filius dum patris abstinentiam probat ostendit quae pater in liturgias insumpserit atque haec addit (59): *ἐτι τοίνυν καὶ ἰδίᾳ τισὶ τῶν πολιτῶν ἀποροῦσι συνεξέδωκε θυγατέρας καὶ ἀδελφάς, τοὺς δ' ἐλθῆσαι ἐκ τῶν πολεμίων, τοῖς δ' εἰς ταφὴν παρείχετο ἀργύριον. καὶ ταῦτ' ἐποίει ἡγρούμενος εἶναι ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ὠφελεῖν τοὺς φίλους, καὶ εἰ μηδεὶς μέλλοι εἴσεσθαι.* Cf. Cic. De off. 2, 56 »liberales. . . qui suis facultatibus. . . aut aes alienum suscipiunt amicorum aut in filiarum collocatione adiuvant aut opitulantur in re vel quaerenda vel augenda«. Ex epistulae loco de quo agimus argumentum hausit auctor [Chionis] epistulae decimae (Hercher, Epistol. Gr. p. 199 sq.); in qua Chion narrat a se talentum illi triginta minarum doti adiectum esse.

αἷς ἂν ἐγὼ ἐπιβιῶ: i. e. »quae me vivo nubant«; legatis doti earum providere suum esse Plato non existimat.

ὧν . . . οἱ πατέρες αὐτῶν: *αὐτῶν* in enuntiato relativo per pleonasmum additur, ut saepe in Novi Testamenti graecitate, cf. Apoc. 13, 8 *οὗ οὐ γέγραπται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς*. Quem »pleonasmum« Blass, Grammatik des neutestamentlichen Griechisch 5. ed. p. 170 § 297 recte ne a classica quae dicitur graecitate prorsus abhorrere dicit; cuius rei unicum affert exemplum Hyper. Euxen. 3 *ὧν οὐδεμία δῖπον τῶν αἰτιῶν τούτων οὐδέτις κοινωνεῖ τῷ εἰσαγγελτικῷ νόμῳ*. Saepius adhiberi videtur pronomen *αὐτός*, cum enuntiato relativo aliud enuntiatum adiungitur, velut Xenoph. An. 3, 3, 16 *ἀκούω δ' εἶναι ἐν τῷ στρατεύματι ἡμῶν Ῥοδίους ὧν τοὺς πολλοὺς φασὶν ἐπίστασθαι σφενδονᾶν καὶ τὸ βέλος αὐτῶν καὶ διπλάσιον φέρεσθαι τῶν Περσικῶν σφενδονῶν*.

τὰς μητέρας δὲ αὐτῶν ἐγὼ ἐξέδωκα καὶ μετ' ἄλλων καὶ μετὰ Αἰώνος: quod fieri potuit, cum Plato Dionem plus viginti annis ante huius epistulae tempus cognovisset, v. 7, 324 a. Dionem consulto videtur nominare, quo facilius Dionysii liberalitatem commoveat.

ἡ μὲν οὖν Σπενσίππῳ γαμεῖται: Speusippus hoc tempore cum puellam cognationis iure in matrimonium ducturus est, plus

quam tricesimum aetatis annum agit, quippe qui senex (*γηραιὸς ὄν*, Diog. Laert. 4, 3) 2. anno ol. 110 = a. a. Chr. n. 339 mortem obierit, Diog. Laert. 4, 1 et 4, 14.

- 3 *μέτραι γὰρ αὐταὶ ἡμῖν προΐκες*: *ἡμῖν* ad Platonem refertur. Quae dotis summa non est comparanda cum praecepto a Platone Leg. 6, 774 d dato, quo maxima duarum minarum dos divitissimis permittitur; illud praeceptum enim non vitam qualis erat, sed qualem Plato animo finxerat spectat atque non de dote ipsa, sed de pecunia ad vestem parandam (*ἐσθητὸς χάριν*) data agit, cum dotem ipsam et dari et accipi Plato vetet, v. Leg. 5, 742 c *γαμοῦντα . . . καὶ ἐκδιδόντα μὴτ' οὐδ' διδόναι μῆτε δέχεσθαι προΐκα τὸ παράπαν μηδ' ἠντινοῦν*. Contra locis ex orationibus collatis confirmavit Hackforth 175 sq. triginta minarum dotem apud Athenienses fuisse usitatam; v. [Dem.] 59, 50 *τὴν γὰρ θυγατέρα τὴν ταυτησί Νεαίρας . . . ἐκδίδωσι Στέφανος οὐτιοσί . . . καὶ προΐκα ἐπ' αὐτῇ δίδωσι τριάκοντα μνᾶς*. Demosthenis oratione 45, 66 ostenditur centum minis dotari esse solitas filias divitissimorum: *ἔχων γὰρ οὐσίαν τοσαύτην ὡσθ' ἑκατὸν μνᾶς ἐπιδοῦναι τῇ θυγατρὶ, οὐδ' ἠντινοῦν ἐώραται λητουργίαν ὑφ' ἑμῶν λητουργῶν, οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην*. Contra apud Isaeum 11, 40 dos 20 minarum tamquam parva commemoratur: *Στρατοκλεῖ γὰρ κάμοι τὰ μὲν ὑπάρξαντα πατρῶα τοσαῦτα ἦν, ὥστε εἶναι μὲν [οὐχ] ἱκανά, λητουργεῖν δὲ μὴ ἄξια. τεκμήριον δέ· εἰκοσι μνᾶς ἐκάτερος ἡμῶν ἐπὶ τῇ γυναικὶ προΐκα ἔλαβε, τοσαύτη δὲ προῖξ οὐκ ἂν εἰς πολλὴν τινα οὐσίαν δοθῆι; cf. id. 2, 3 *τελευτήσαντος δὲ τοῦ πατρὸς ἐκδίδομεν ἡμεῖς τὴν πρεσβυτέραν ἀδελφὴν . . . προΐκα ἐπιδόντες εἴκοσι μνᾶς*. Plut. Arist. 27 tradit Aristidis filias e publico tricenis minis esse dotatas; quam dotem haud ita magnam fuisse censet Aug. Boeckh, Staatshaushaltung der Athener, 3. ed. vol. 1, p. 315, qui ib. p. 598 etiam alios affert locos qui ad dotem pertineant.*

ἔτι δὲ ἐὰν ἡ μήτηρ τελευτήσῃ ἢ ἐμῇ, οὐδὲν αὖ πλείονος ἢ δέκα μνῶν δέοι ἂν εἰς τὴν οἰκοδομίαν τοῦ τάφου: quod Platonis mater a. 366, quo haec epistula scripta est, vivebat, nihil habet quod non sit veri simile; octogesimum eam aetatis suae egisse annum putandum est, si eam viginti annis filio natu maiorem fuisse censemus. Ceterum e coniunctionis *ἐὰν* usu iudicari potest

eius mortem tum appropinquavisse; alioqui coniunctio *ἐπειδάν* videtur fuisse adhibenda. Carpere filium talia de matre scribentem mollioris esse animi existimo, praesertim cum de propinquis sepeliendis etiam apud alios mentionem fieri inveniamus, velut apud Dem. 57, 70, ubi simili modo filius viventis matris funeri prospicit: *ἐγὼ δὲ τοῦ μὲν πατρὸς ὄρφανὸς κατελείφθην, τὴν δὲ μητέρ' ἴκετεύω ὑμᾶς καὶ ἀντιβολῶ διὰ τοῦτον τὸν ἀγῶνα ἀπόδοτέ μοι θάψαι εἰς τὰ πατρῶα μνήματα.* Quod pietatis officium praestitumne esset necne, etiam in morum integritate iudicanda spectabatur, v. Xenoph. Comm. 2, 2, 13 *καὶ νῆ Δία ἐάν τις τῶν γονέων τελευτησάντων τοὺς τάφους μὴ κοσμηῇ, καὶ τοῦτο ἐξετάζει ἡ πόλις ἐν ταῖς τῶν ἀρχόντων δοκιμασίαις.* Gravisimum videtur fuisse quod Philoni vitio datur in Lysiae oratione adversus illum habita (31) 20 sq. *οἶα μὲν οὖν ζῶσα ἡ μήτηρ αὐτοῦ κατηγορεῖ, παρήσω· ἐξ ὧν δὲ τελευτῶσα τὸν βίον διεπράξατο τεκμαιρομένοις ῥᾶδίον ἐστὶν ὑμῖν γνῶναι ὅποῖός τις ἦν περὶ αὐτήν. ἐκείνη γὰρ τούτῳ μὲν ἠπίστησεν ἀποθανοῦσαν ἑαυτήν ἐπιτρέψαι, Ἀντιφάνει δὲ οὐδὲν προσήκουσα πιστεύσασα ἔδωκεν εἰς τὴν ἑαυτῆς ταφὴν τρεῖς μνᾶς ἀργυρίου, παραλιπούσα τοῦτον ὄντα ἑαυτῆς.* Quae cum ita sint, facile intellegimus cur Platonem expensarum rationes componentem eius modi sumptum notare non piguerit. Si quidem ex Parmenidis dialogi initio 126 b iudicamus Platonis matrem cum Pyrilampe alterum matrimonium iniisse, existit quaestio cur Plato suum esse existimet Perictionae sepulcrum curae habere, cum et Pyrilampes maritus et Antipho filius illi superstites futuri sint; quam rem animadvertit Wilamowitz, Hermes, 33, 1898, 496. At et si id missum facimus quod qui sint Adimantus ille et Glauco et Pyrilampes et Antipho minime est certum, multa animo fingi possunt quibus Plato commotus eam curam vitrico demere aequum iustumque duxerit. Quod decem minarum summa a praescripto Leg. 12, 959 d dato discrepare videtur, quo ut sepulcri sumptus quinque minas superet non permittitur, simili modo explicatur quo supra de dotis magnitudine exposuimus.

ὥσπερ τότε ἔλεγον: ad idem colloquium refertur cuius supra 7 c 4 mentio fit: *ὥσπερ τότε σοι ἔλεγον.*

362 a 2 τὸ δὴ μετὰ ταῦτα λέγω περὶ . . . τῆς ἀναλώσεως: v. annot. ad 361 c 2.

3 ἐάν τι δέη ἐμὲ ἀναλίσκειν εἰς χορηγίαν: de choregia quadam qua Plato Dionis sumptu functus est narrat Plut., Dio 17: αὐτῷ δὲ Πλάτωνι χορηγοῦντι παιδῶν χορῶ τὸν τε χορὸν ἤσκησεν ὁ Δίων καὶ τὸ δαπάνημα πᾶν ἐτέλεσε παρ' ἑαυτοῦ, συγχωροῦντος τοῦ Πλάτωνος τὴν τοιαύτην φιλοτιμίαν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ὡς ἐκεῖνῳ μᾶλλον εὐνοίαν ἢ δόξαν αὐτῷ φέρουσαν. Fortasse eadem fuit choregia quam sibi suscipiendam esse ad Dionysium scribit.

4 οὐκ ἔστι σοι ξένος οὐδεὶς ὅστις δώσει: premuntur verba ὅστις δώσει, cum hospites Dionysio in Graecia fuisse appareat ex b.

5 ὡς ὠρόμεθα: Plato et Dionysius, sine dubio cum ante Platonis reditum colloquebantur, v. annot. ad 361 e 7.

5 ἂν τι σοὶ αὐτῷ διαφέρῃ μέγα: »si quid tua ipsius magni intererit«, quae sententia opponitur ei quae praecedit »si quid me oportebit insumere«.

πρὸς τῷ χαλεπῷ τὸ τοιοῦτόν σοι ἔστιν καὶ αἰσχρόν: non accurata apodosis quippe quae non utrique sententiae, ἀναλωθέν et μὴ ἀναλωθέν, sed soli μὴ ἀναλωθέν respondeat; congruens esset enuntiatum »praesenti pecunia solvere quam solutionem differre praestat«.

b 1 παρ' Ἀνδρομήδῃ τὸν Αἰγινήτην πέμψας Ἐραστον: Andromedes alibi non commemoratur; de Erasto v. annot. ad 6, 322 c 2. Christ., Plat. Studien p. 458—460, hoc loco usus est ad explanandum exemplum τὸ πλεῦσαι εἰς Αἰγίναν ἔν' ἀπολάβῃ τὰ χρήματα, quod affert Aristoteles Met. 4, 5, 1015 a 25, dum de necessario exponit sine quo bonum aut esse aut fieri nequeat. At nihil est quo eam inter utrumque locum interesse rationem convincatur, v. Raeder, Rhein. Mus. 61, 1906, 430 annot. 1.

6 παρὰ Δεπιτίνου: v. 361 b.

c 1 ὅτι οἷός τ' ἦν ἐπιτήδεια: codices et editiones ἐπιτήδεος; quam lectionem dum recipit Howald, verborum structuram ἐπιτήδειος φανερός ἦν pro ἐπιτήδειος ὧν φανερός ἦν breviam esse putat. At φανερός ἦν ad participia καὶ λέγων καὶ πράττων pertinet; quae cum ipsa per se sententiae non satisfaciunt, Wilamowitz, Platon II 406, vocem ἐπιτήδειος in ἐπιτήδειως mutatam

cum iis coniunxit, ego ἐπιτήδεια scribendum esse atque cum dictione λέγων καὶ πρᾶττων ἐπιτήδεια comparari posse existimo locos ut Pol. 2, 378 b οὐδὲ αὐτῷ μοι δοκεῖ ἐπιτήδεια εἶναι λέγειν, Leg. 7, 817 d εἴτε ῥητὰ καὶ ἐπιτήδεια πεποιήκατε λέγειν εἰς τὸ μέσον. Lectio ἐπιτήδεια in ἐπιτήδειος antecipto exitu vocis φανερός quae sequitur corrupta videtur esse.

χρῆ γὰρ δὴ . . . ἐμὲ ἀπαγγέλλειν, ὁποῖός τις ἂν ἕκαστος ἐμοὶ 2
φαινῆται περὶ σέ: v. annot. ad 2, 315 a 1.

οἱ προσαγγέλλοντες ἐκαστοῖ σοι: absolute dicitur »qui tibi 5
singula referunt«, »tui relatores«.

ὅτι ἂν οὔονται ἀνάλωμα εἰσαγγέλλειν: etiam infinitivus 6
εἰσαγγέλλειν potentialem quae dicitur vim habet »quidquid putant aliquam impensam afferre posse«.

δυσσύμβολον: huius vocis a Schneidero restitutae sensus e 1
dilucide intellegitur Pol. 6, 486 b e verbis simile significantibus ἄδικος et δυσκοινώνητος; de re pecuniaria adhibetur Xenoph. Comm. 2, 6, 3 ὅστις χρηματίζεσθαι μὲν δύναται, πολλῶν δὲ χρημάτων ἐπιθυμεῖ, καὶ διὰ τοῦτο δυσσύμβολός ἐστι, καὶ λαμβάνων μὲν ἤδεται, ἀποδιδόναι δὲ μὴ βούλεται. De Dionis asperitate hac voce cum adiectivo δυσπρόσοδος coniuncta utitur Plutarchus, Dio 8; de vultus tristitia idem, Phoc. 5 τῷ δὲ ἦδει προσημέστατος ὢν καὶ φιλανθρωπότατος ἀπὸ τοῦ προσώπου δυσξύμβολος ἐφαίνετο καὶ σκυθρωπός.

τὰ μετὰ ταῦτα περὶ Δίωνος λέγοιμ' ἂν: v. annot. ad 361 c 2. 2

περὶ μέντοι ἐκείνων . . . εἰ γίγνοιτο: rem quae hoc loco bre- 3
viter tangitur aperte narrat Plutarchus, Dio 21: Δίων δὲ καὶ τούτοις ἐχαλέπαινε, καὶ μετ' ὀλίγον χρόνον ἐξεπολεμώδη παντάπασι πυθόμενος τὸ περὶ τὴν γυναῖκα, περὶ οὗ καὶ Πλάτων ἠνέξατο γράφων πρὸς Διονύσιον. Ἦν δὲ τοιοῦτον. Μετὰ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Δίωνος ἀποπέμπων Πλάτωνα Διονύσιος ἐκέλευσεν αὐτοῦ δι' ἀπορρήτων πυθέσθαι, μή τι κωλύοι τὴν γυναῖκα πρὸς γάμον ἑτέρῳ δοθῆναι· καὶ γὰρ ἦν λόγος εἶτ' ἀληθῆς εἴτε συντεθεῖς ὑπὸ τῶν Δίωνα μισούντων, ὡς οὐ καθ' ἡδονὴν ὁ γάμος εἴη Δίωνι γεγονὸς οὐδ' εὐάρμοστος ἢ πρὸς τὴν γυναῖκα συμβίωσις. Ὡς οὖν ἦκεν ὁ Πλάτων Ἀθήνας καὶ τῷ Δίωνι περὶ πάντων ἐνέτυχε, γράφει πρὸς τὸν τύραννον ἐπιστολὴν τὰ μὲν ἄλλα σαφῶς πᾶσιν, αὐτὸ δὲ τοῦτο μόνῳ γνώριμον ἐκείνῳ φρά-

ζουσαν, ὡς διαλεχθεῖη Δίῳνι περὶ τοῦ πράγματος ἐκείνου καὶ σφόδρα δῆλος εἶη χαλεπαίνων, εἰ τοῦτο Διονύσιος ἐξεργάσαιτο. Καὶ τότε μὲν ἔτι πολλῶν ἐλπίδων οὐσῶν πρὸς τὰς διαλύσεις οὐδὲν ἔπραξε περὶ τὴν ἀδελφὴν νεώτερον, ἀλλ' εἶα μένειν αὐτὴν μετὰ τοῦ παιδίου τοῦ Δίῳνος οἰκοῦσαν. Ἐπεὶ δὲ παντάπασιν ἀσυμβάτως εἶχε καὶ Πλάτων ἀδίδις ἐλθὼν ἀπεπέμφθη πρὸς ἀπέχθειαν, οὕτω τὴν Ἀρέτην ἄκουσαν ἐνὶ τῶν φίλων Τιμοκράτει δίδωσιν, οὐ μιμησάμενος τὴν κατὰ γε τοῦτο τοῦ πατρὸς ἐπιείκειαν. Sunt qui parum veri simile ducant Platonem in rem ut dicunt tam indignam operam suam abicere voluisse, velut Ritter, Neue Untersuchungen 341; quorum praeiudicata opinione Plutarchi explicatio vix refellitur.

363 a 1 **Κρατίνῳ τῷ Τιμοθέῳ . . . ἀδελφῷ:** Timotheus qui hoc loco tamquam vir Dionysio notus nominatur, sine dubio est egregius ille Atheniensium dux, Cononis filius, Socratis discipulus; quem Platonis consuetudine usum esse commemorat Cicero Tusc. 5, 100 (cf. Athen. 10, 419 c sq.) et Aelianus Var. h. 2, 10. De fratre eius Cratino alibi nulla fit mentio; fortasse idem fuit equitum Atheniensium apud Arguram dux, quem a Midia reprehensum esse commemorat Demosthenes 21, 132; cf. Kirchner, Prosopographia Attica n. 8753.

θώρακα δωρησώμεθα ὀπλιτικῶν τῶν μαλακῶν τῶν πεζῶν: τῶν μαλακῶν gen. partitivus adiectivi ut in enuntiato quod sequitur *χιτώνια . . . μὴ τῶν πολυτελῶν τῶν ἀμοργίνων, ἀλλὰ τῶν Σικελικῶν τῶν λινῶν*, cf. Hipp. Min. 368 c *τὴν ζώνην . . . εἶναι . . . οἶαι αἱ Περσικαὶ τῶν πολυτελῶν*, Xenoph. Conv. 7, 2 *εἰσεφέρετο τῇ ὄρχηστρίδι τροχὸς τῶν κεραμεικῶν*, An. 4, 1, 14 *παιδὸς ἐπιδυμῆσας ἢ γυναικὸς τῶν εὐπρεπῶν*. Ex iis quae infra c 4 dicuntur apparet Platonem hanc loricae Cratino commune suum et Dionysii donum dare velle atque cogitare Dionysium eam esse comparaturum, se ipsum traditurum.

2 **ταῖς Κέβητος θυγατρᾶσι:** Cebes ut infra legimus Thebanus est qui in dialogo Phaedone cum Socrate colloquens inducitur.

3 **χιτώνια τρία ἐπταπήχη:** mensura vestis addenda erat, cum etiam hoc munus comparandum Dionysio imponeretur. Hoc loco solo accurate indicatur quantum linteum opus fuerit ad tunicam conficiendam, v. Léon Heuzey, Histoire du costume antique

p. 202 sqq. Mulieres vestimentis donare non erat inusitatum; v. quae de chitonis a Dionysio [Maiore] Lysandri filiabus missis narrat Plutarchus, Lys. 2.

τῶν ἀμοργίνων: hoc telae genus saepe apud poetas comicos commemorari tradit Harpocratio s. v. Ἀμοργός exemplaque affert Aristophanis Lysistratam [v. 150 sq. *κάν τοῖς χιτωνίοισι τοῖς ἀμοργίνοις γυμναλ παρλοίμεν*] et Eupolidis comoediam quae inscripta erat Πόλεις; addo Antiphanis frg. 153 K. *ἦν χιτῶν ἀμόργινος, ἕτερος δὲ περιηγητός ἐστιν οὐτοσί*, ex aliis scriptoribus Aeschin. 1, 97 *γυναικα ἀμόργινα ἐπισταμένην ἐργάζεσθαι*, Clearch. apud Athen. 6, 255 e de adolescente quodam luxurioso *ἐπεβέβλητο δ' αὐτῷ πορφυροῦν ἀμφιταπον ἀμοργίνῳ καλύμματι περιειλημμένον*; IG II 2, 754 (ed min. II 3, 1514) l. 10 *Φιλουμένη χιτῶνα ἀμόργινον*, l. 20 *Νικολέα χιτῶνα ἀμόργινον περὶ τῷ ἔδει*, l. 50 sq. *Ἀντιβλον γυνή Φελδύλλα χιτῶνιον ἀμόργινον ἀπλοῦν* alia. Cognoscimus telas amorginas quae vocabantur fuisse tenues pellucidas pretiosas. Unde essent dictae, iam veteres varie explicabant, velut Poll. 7, 74 *τὰ δὲ ἀμόργινα, γίννεσθαι μὲν τὰ ἄριστα ἐν τῇ Ἀμοργῷ, λίνου δ' οὖν καὶ ταύτας* (sc. ἐσθῆτας) *εἶναι λέγουσιν. ὁ δὲ ἀμόργινος χιτῶν καὶ ἀμοργίς ἐκαλεῖτο*. Steph. Byz. s. v. Ἀμοργός · νῆσος μία τῶν Κυκλάδων . . . *τὸ δ' ἀμόργινος χιτῶν χρώματος ἴδιον*. Suid. s. v. ἀμοργίς · κυρίως ἢ λινοκαλάμη, ἐξ ἧς γίνεται ἐνδύματα ἀμόργινα λεγόμενα. ἢ ἢ τοῦ ἐλαίου ὑποσιτάθμη, καὶ ἢ τρυγίας τοῦ οἴνου . ἔστι δὲ ἢ ἀμοργίς ὁμοιον ἀλεπιστῶ λίνῳ. περιλεπίζουσι δὲ αὐτὸ καὶ ἐργάζονται. ἔστι δὲ σφόδρα λεπτὸν ὑπὸ τὴν βύσσον ἢ τὴν κάρπασσον. Eustath. ad Dionysium Perieg. v. 525 *τὸ δὲ Ἀμόργινος, προπαροξεντόνως, χιτῶνος ἐπίθεται, ἀπὸ χρώματος ἴσως ἐλαιοχρόου τινός. Ἀμόργη γὰρ ἢ τοῦ ἐλαίου ὑποσιτάθμη, ὃ ἐστὶν ὁ τρυγίας. Πανσανίας δέ, οὗ τὸ Ἀττικὸν λεξικόν, ἄλλο τι ἐμφαίνει, λέγων » Ἀμοργός ὁμοιον βύσσῳ · καὶ ὅτι ἀμοργίς κυρίως ἢ λινοκαλάμη, ἐξ ἧς ἐνδύματα ἀμοργίδια λεγόμενα, ὡς ὁ κωμικὸς ἐν Λυσιστρατῇ δηλοῖ*. Veri simillimum videtur ἀμόργινα nomen tenuisse a planta quae ἀμοργίς appellabatur et aequae ac linum fibras ad texendum aptas praebebat; quae commemoratur Aristoph. Lys. 735 sq. *τάλαινα ἔγῳ, τάλαινα τῆς ἀμοργίδος, ἦν ἄλοπον οἴκοι καταλέλοιπα* et eadem putatur fuisse quae malva silvestris, v. Mau, Pauly-W.

Real-Enz. 1, col. 1875. Quin insulae Amorgi nomen cum plantae nomine cohaereat, non est cur dubitemus.

4 *τῶν Σικελικῶν*: suspicor pretii differentiam consulto a Platone praetendi, qua explicetur cur linum in Sicilia scilicet a Dionysio emptum lino amorgino quod Athenis venibat sit praefendum. Quod et tunicae Sicilienses magno pretio esse poterant v. Plut. Lys. 2, ubi narratur Dionysium Maiorem Lysandro misisse pretiosas tunicas Sicilienses (*πολυτελῆ χιτῶνια τῶν Σικελικῶν*).

5 *γεγραμμένος γάρ ἐστιν ἐν τοῖς Σωκρατεῖσι λόγοις . . . ἐν τῷ περὶ τῆς ψυχῆς λόγῳ*: gravissimum est hoc documentum ad cognoscendum quomodo Plato ipse sua scripta nominaverit. Verbis *ἐν τοῖς Σωκρατεῖσι λόγοις* litterarum genus significatur, dialogi in quibus Socrates disserens inducitur, Socratis memoriae causa scripti, cum unus ex eo genere, Phaedo, verbis *ἐν τῷ περὶ ψυχῆς λόγῳ* designetur, appellatione ex argumento imposita; cf. Tim. 17 c *χθές που τῶν ὑπ' ἐμοῦ φηθέντων λόγων περὶ πολιτείας ἦν τὸ κεφάλαιον οἶα τε καὶ ἐξ ὄλων ἀνδρῶν ἀρίστη κατεφαίνεται ἂν μοι γενέσθαι*. Quem appellandi modum etiam ab Aristotele adhiberi omnibus notum est, velut cum Platonis Convivium verbis *οἱ ἐρωτικοὶ λόγοι* designat, Menexenum δ' *ἐπιτάφιος*. Cf. de Phaedone dialogo Callimachi epigr. 23, 3 sq. *Πλάτωνος ἐν τῷ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος*, Cic. Tusc. 1, 24 *revolve diligentur eius (sc. Platonis) librum, qui est de animo*. Eius modi appellationes postea omnibus Platonis scriptis esse additas et ex Diogenis Laertii loco 3, 58—61, quo Thrasylli tetralogiae enumerantur, et e codicibus manuscriptis cognitum habemus. Loco de quo agimus praesertim verbis *ἐπιεικῶς γιννώσκεις* ostenditur Platonem aut scire aut sperare Phaedonem dialogum Dionysio esse notum. Ceterum ne id quidem neglegendum videtur esse, quod Plato nullo modo significat dialogum a se esse scriptum.

b 1 *περὶ τοῦ συμβόλου*: cognoscimus Platonem et Dionysium signum habuisse constitutum, quo inter litteras commendaticias a Platone scriptas Dionysius veras dinosceret a talibus quae dicitur causa scriberentur. Signi mentio suum locum habet in hac epistula, quam primam Plato ad Dionysium scripsisse videatur. Quae hic leguntur, inter varios numeranda sunt modos quibus ab iis qui epistulas scribebant providebatur ne epistularum secreta

patefierent; de quibus v. Guil. Süss, Über antike Geheimschreibmethoden und ihr Nachleben, *Philologus* 78, 1922, 142—175. Comparari potest Cic. Ad fam. 13, 6, 2 »quare Cuspiatorum omnium commendationis causam hac tibi epistula exponendam putavi, reliquis epistulis tantum faciam ut notam apponam eam, quae mihi tecum convenit, et simul significem de numero esse Cuspi amicorum«. De Pythagoreorum symbolis tradit Lucianus Pro laps. in salut. 4 *ὅποτε σπουδαῖόν τι γράφοιεν, ὑγιαίνειν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ παρεκελεύοντο*, de Epicuro id. ib. 6 *Ἐπίκουρος . . . ἐν ταῖς σπουδαιοτέραις ἐπιστολαῖς (εἰσὶ δ' αὐταὶ ὀλίγαι) καὶ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς φιλότατους μάλιστα ὑγιαίνειν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ προστάττει*. Aliud est σύμβολον quod 360 a commemoratur; quo Plato confirmare vult epistulam re vera a se esse scriptam. Eius modi signa aut in epistula ipsa inerant, velut est illo loco praescriptum *εὖ πράττειν*, aut propriae tesserae, quibus is qui epistulam tradebat de eo qui scripserat fidem faciebat; v. Witkowski, *Epistulae privatae Graecae*, 2. ed. n. 34.

θεός . . . θεοί: Bentley, Remarks upon a late Discourse of Free-Thinking cap. 46, opinionem protulit Platonem in animo habuisse initio seriae epistulae verba *σὺν θεῷ* ponere, alibi *σὺν θεοῖς*. Equidem puto aliud fuisse unde Plato huius symboli exemplum sumpserit, morem dico Graecorum titulis et publicis et privatis vocem *θεοί* vel *θεός* tamquam boni eventus omen praescribendi; pluralem numerum in titulis Atticis temporis antechristiani usitatum fuisse ostendit Guil. Larfeld, *Griech. Epigraphik* 3. ed. p. 306 sq., numerum vel singularem vel pluralem in aliis titulis inveniri. 5

Symbolum a Platone ipso esse inventum videtur eiusque solius fuisse proprium; in epistulis vero quae a Platone scriptae ad nostram pervenerint aetatem, alio loco non occurrit. Locus de quo agimus fortasse adhiberi potest ad illustrandum initium epistulae Synesii 13 Herch. ad Petrum presbyterum scriptae quod est *θεός ἡγελοῦ παντὸς ἔργου καὶ λόγου*. Epistula est commendaticia; haud scio an Synesius eius initio, quod a communi usu abhorret, Platonem imitatus commendationem esse veram ostendere voluerit. Utrum inter eum et Petrum de sym-

holo conventum fuerit an speraverit rem esse viris litteratis notam nescimus; hoc quidem videtur sperare potuisse.

Eusebius Praep. 11, 13, 3 sq. hunc Platonis locum affert quo demonstratur Platonem unius dei notionem habuisse: *δῆλος δὲ ἔστιν* (sc. Plato) *ἓνα θεὸν εἰδῶς, εἰ καὶ συνήθως Ἑλλησι τῶν πλειόνων εἴωθε χρῆσθαι προσηγοῦσα, καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς Διονύσιον ἐπιστολῆς, ἐν ἣ σύμβολα διδοῦς τῶν τε διὰ σπουδῆς αὐτῷ γραφομένων ἐπιστολῶν καὶ τῶν ἄλλως ἀπερριμμένων, τῶν μὲν μηδὲν ἔχουσῶν σπουδαῖον σημεῖον τὸ τῶν θεῶν ὄνομα προτάξειν ἔφησε, τῶν δὲ πεφροντισμένως αὐτῷ συνταττομένων, τὸ τοῦ θεοῦ. λέγει δ' οὖν ὧδε κατὰ λέξιν* »*Περὶ δὲ δὴ τοῦ ξυμβόλου* quae sequuntur . . . *θεοὶ δὲ τῆς ἤτιον*«. Ex plurimis qui posteriore quoque aetate hoc loco ad Platonis veram ut putabant de deo opinionem demonstrandam usi sunt unum commemoro Ioannem A. Comenium; qui in libro quem »Schola ludus« inscripsit VIII 2, 3 (Veškeré Spisy Jana Amosa Komenského t. IX p. 446) Platonem haec dicentem fingit: »Quo (sc. Socratis capite damnati) exemplo territus ego publice quidem publici erroris stilo utebar, ad amicum tamen scripsi (quod eruditi norunt, exstat enim in libris meis): Ioco an serio scribam, inde cognosces: Si a diis ordior, iocum inesse scito; si a Deo, seria insunt«. At vix necesse est commemorare ex distinctione hoc loco constituta quid Plato de deo senserit nihil iudicari licere, quippe qui in dialogis singulari numero *θεός* et plurali *θεοί* promiscue utatur, velut Pol. 2, 381 c *οὐ γάρ που ἐνδεᾶ γε φήσομεν τὸν θεὸν κάλλους ἢ ἀρετῆς εἶναι* et ib. 365 d *ἀλλὰ δὴ θεοὺς οὐτε λανθάνειν οὐτε βιάσασθαι δυνατόν*. Wilamowitz, Platon II 260, commemorat in Timaeo Platonem interdum singularem numerum *θεός* et *τὸ θεῖον* etiam tum usurpare, cum deos (*θεοί*) qui demiurgi operam exceperint nominet.

Quae cum ita sint, temere existimavit Cudworth, Systema intellectuale huius Universi (1678) cap. 4, § 23 (ex Anglico Latine vertit Ioannes Laurentius Moshemius, ed. secunda (1773) tom. I p. 620) hanc unius dei mentionem ab iis quae in Timaeo de multis diis commemorantur prorsus abhorreere indiciumque esse ex quo esset iudicandum epistolam tertiam decimam a Platone scriptam non esse. »Quae cum ita sint«, inquit, »non possum

quin decimam hanc tertiam Platonis ad Dionysium epistolam, quamvis ante Eusebii iam exstiterit tempora, Christiani hominis dolum et commentum esse pronuntiem, cuius immoderatum erga religionem quam profitebatur studium exigua rerum veterum temperaverit cognitio. Nec dissentiunt qui Platonem ediderunt doctissimi homines, verum omnes epistolae huic vocem *νοθεύεται* ut fucatae mercis signum praefixerunt. Quod nota *νοθεύεται* re vera ad epistolam duodecimam pertinet v. praef. ad epistolam 12.

ἐπιστέλλειν: » ut tibi scriberem « sc. de iis.

Φιλαργος: vir aliunde non notus.

Φιλαίδης: vir aliunde non notus.

παρὰ βασιλέως ἤκων τοῦ μεγάλου: nescio an vera sit opinio quam E. Cavaignac protulit, Revue des études Grecques 39, 1926, 247, ad actiones haec pertinere quae Susis a. 367—6 habitae pacem a. 364 factam praecessissent.

εἰ δὲ μὴ πάνυ μακρᾶς ἐπιστολῆς ἦν: v. annot. ad 7, 327 e 3.

τὸν θώρακα: v. a 1 et annot.

ἂν μὲν αὐτός τῳ βούλῃ, εἰ δὲ μὴ, Τηρίλλῳ δός: in priore enuntiato condicionali deest apodosis; plena esset verborum structura *ἂν μὲν αὐτός τῳ βούλῃ, τούτῳ δός, εἰ δὲ μὴ, Τηρίλλῳ*. Tali modo et apud Platonem et apud alios scriptores duae sententiae condicionales inter se oppositae breviari solent; ellipsin in eius modi enuntiatibus usitatiorē esse quam quae sine ellipsi proferantur, demonstrat H. van Herwerden, Mnemosyne 19, 1891, 338 sq. Cf. Prot. 325 d *καὶ ἔαν μὲν ἐκὼν πείθεται· εἰ δὲ μὴ, ὥσπερ ξύλον διαστρεφόμενον καὶ καμπτόμενον εὐθύνουσιν*, Pol. 9, 575 d *οὐκοῦν ἔαν μὲν ἐκόντες ὑπέκωσιν· ἔαν δὲ μὴ ἐπιτρέπῃ ἢ πόλις, . . . τὴν πατρίδα . . . κολάσεται*; cf. Hom. Il. 1, 135 sqq. *ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί. . . εἰ δέ κε μὴ δώωσιν*, Thuc. 3, 3, 3 *καὶ ἦν μὲν ξυμβῆ ἢ πείρα, εἰ δὲ μὴ, Μυτιληναίοις εἰπεῖν* quae sequuntur. Terillus alibi non nominatur.

Τείσωνος δ' ἔστιν κηδεστής, δς τότε . . . ἐπολιανόμει: Tison alibi non nominatur. Nomine *πολιανόμος* magistratus quidam designabantur civitatum Doricarum, sine dubio iidem qui alibi *ἀστυνόμοι* appellabantur; cuius rei exemplum recte affert Christ,

Plat. Studien p. 480, tabellas Heracleenses CIG 3, 5774 et 5775 (IG 14, 645, Collitz-Bechtel, Sammlung der griech. Dialekt-Inschriften 3, 2, n. 4629 p. 88 sqq.) exeuntis saeculi a. Ch. IV. Apud scriptores vocabulum *πολιανόμος* non prius occurrere videtur quam apud Dionem Cassium 43, 28 et 48, ubi de aedilibus Romanis dicitur.

- d 1** *ἔρρωσο καὶ φιλοσόφει*: haec adhortatio apud Platonicos in usum videtur venisse; utitur ea etiam Synesius Ep. 139 (p. 725 ed. Herch.).
- 2** *καὶ τοὺς συσφαιριστὰς ἀσπάζου ὑπὲρ ἐμοῦ*: tales salutationes in epistulis quae ad nos pervenerint sero admodum exstare affirmat Ferdinandus Ziemann, De epistularum Graecarum formulis sollemnibus p. 327; sibi quidem primum huius modi exemplum occurrere in papyro Oxyrh. 4, 805 ex anno a. Ch. n. 25: *ἀσπάζου πάντας τοὺς παρ' ἡμῶν*; ceterum tales salutationes inveniri iam in Ciceronis epistulis, unde colligi oportere Graecos iam initio saeculi a. Ch. n. primi hunc habuisse morem. Profecto mirum esse puto, si in nulla de epistulis ex Lagidarum aetate servatis talis salutationis formula occurrit, cum res ipsa et ante primum a. Ch. n. saeculum et ante Platonis ipsius tempus sine dubio fuerit usitatissima.
- 3** *Ἄριστοκρίτω*: v. annot. ad 3, 319 a 3.
- 5** *καὶ νῦν Δεπτίῃ τῆς ἀποδόσεως τοῦ ἀργυρίου μὴ ἀμελήσης*: v. annot. ad 361 b 7.
- e 1** *Ἰατροκλήης*: viri ignoti nomen.
Μυρωνίδου: viri ignoti nomen.
- 2** *ἔμμισθον οὖν που αὐτὸν κατάστησον*: non de sola rerum allarum remuneratione, ut vertit Apelt (« gib ihm also einen Botenlohn ») et Andreae (« belohne ihn doch »), sed de Iatrocle ad perpetuam operam mercede conducendo, ut etiam ex verbis *κατάστησον* et *που* iudicandum est; recte interpretatur L. A. Post « give him then some salaried post » et Souilhé « prends-le donc à ta solde ».
- 4** *καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἢ αὐτὴν ἢ ὑπόμνημα αὐτῆς σφῆξε*: contrarium est quod 2, 314 c de epistula admonetur: *καὶ τὴν ἐπιστολὴν ταύτην νῦν πρῶτον πολλάκις ἀναγνοὺς κατάκασσον*.
καὶ αὐτὸς ἴσθι: hic locus varie et legitur et explanatur. Burnet codicem *O* secutus scribit *καὶ ὁ αὐτὸς ἴσθι*; hoc est quod vertit

Apelt » und bleibe bei deiner jetzigen Sinnesart «, Andreae » und bleibe der gleiche «, L. A. Post »and be always the same«, Souilhé »et reste ce que tu es«. Quae lectio quoniam neque satis Graeca neque satis plana neque satis certa est, cum littera δ in *O* puncto sit notata, in *A* erasa, in *Z V* omissa, praefendam puto lectionem *καὶ αὐτὸς ἴσθι* atque imperativum *ἴσθι* non esse verbi *εἶναι* sed *εἰδέναι*, supplendum obiecto *τὴν ἐπιστολήν*, ita ut exsistat sententia » ipse nosce hanc epistulam «, i. e. » hanc epistulam tibi soli scriptam puta «. Ad hanc explicationem confirmandam maximi est momenti quod de allegorico epistularum genere scribit Demetrius Phal., *Τυπὶ ἐπιστολ.* (Epistologr. Gr. Hercher p. 4) *ἀλληγορικὸς δὲ ἐστίν, ὅταν πρὸς ὃν γράφομεν αὐτὸν εἰδέναι βουλώμεθα μόνον καὶ ἑτέρου πράγματος εἰκόνα σημαίνωμεν*. Habemus dictionem sine dubio in epistularum consuetudine usitatam. Pronomine *αὐτός* Plato etiam aliis locis designat id quod latine solus (« reliquis omnibus exclusis « Ast) dicitur, velut Parm. 137 a et Leg. 8, 836 b *αὐτοὶ ἐσμεν* (« soli vel sine arbitris sumus « Ast;) proxime autem ad locum de quo agimus accedit Phaed. 63 c, ubi Simmias Socratem interrogat: *τί οὖν . . . ὃ Σώκρατες; αὐτὸς ἔχων τὴν διάνοιαν ταύτην ἐν νῶ ἔχεις ἀπιέναι, ἢ κἄν ἡμῶν μεταδόλης;*

Cur Plato hanc ipsam epistulam Dionysio soli scriptam esse voluerit, satis ex iis quae ea continentur videtur posse intellegi; profecto in nulla alia Plato tam aperte de sua Dionysiique re pecuniaria, de iis qui circa Dionysium sint, de secreta epistularum nota scribit quam in hac prima epistula ad Dionysium missa.

